



# **De sectis, dissensionibus, contradictionibus et confusionibus doctrinae, religionis, scriptorum & doctorum pontificorum liber**

<https://hdl.handle.net/1874/406667>

qec

2

DE SECTIS, DIS-  
 SENSIONIBVS, CONTRA-  
 DITIONIBVS ET CONFVSIONIBVS  
 doctrinae, religionis, scriptorum &  
 doctorum Pontificiorum  
 LIBER:

Authore MATTHIA FLACIO  
 Illyrico,

*Cum rerum & uerborum toto Opere memora-  
 bilium copioso Indice.*



BASILEAE, PER PAVLVM  
 Queckum, M. D. LXV.

DE SECTIS. DIS  
SENSIONIBVS. CONTRA  
DICTORIVS ET CONVERSORIVS  
doctrinae, religionis, & morum  
doctrinae Pontificum  
L I B E R I

Auctore MATTHIA FLACIO  
Ilyrico.

Curata & reuiderata O. F. M. M. M. M.  
dilecti copioso indice.



HAERESER PER PALATVM  
CANTONVM M. M. M. M.

ILLVSTRISS. ET PIEN-  
TISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANA  
ni Alberto Duci Megapolensi, &c: Suo Domino clementif-  
simo Salutem, & in agnita ueritate constantem zelum,  
à Domino I E S U, unico omnium  
piorum seruatore,

MATTHIAS FLACIVS Illyricus optat, ac à Deo  
opt. max. per & propter filium suum  
ex animo precatur.



DOMINVS ac Seruator noster I E-  
SUS CHRISTVS, Princeps pien-  
tiff. paulo ante suam mortem, ab itio-  
nemq; ad patrem, differens de extre-  
mo die ac iudicio, post multas para-  
bolas de uigilantia, constantia ac dili-  
gentia in uera pietate, tandem aliquoties repetens in-  
culcat: **Vigilate, uigilate, quia nescitis diem, neq; ho-  
ram. Quod autem uobis dico, omnibus dico, VIGI-  
LATE.** Vtinam hæc uox non tantum in auribus,  
sed & corde nostro perpetuò, efficaciterq;, eodem illo  
Domino per Spiritum suum operante, insonet. No-  
strum sanè est, nosmet ad hanc sollicitudinem cõside-  
ratione tam grauis monitionis, postremorumq; tem-  
porum, & iudicij uēturi, subinde exsuscitare, & à Do-  
mino incrementū fructumq; huius meditationis quo-  
tidie ardentissimè petere.

Sunt uerò multa ac euidentia indicia instantis ũltri

mæ diei, iudicij q̄: quorum ista sequentia quatuor primaria esse uidentur, quæ sanè dignissima sunt, ut à pio homine crebrò multumq̄ considerentur.

Primum igitur indicium uicinitatis ultimæ diei, feuerissimiq̄ iudicij est, patefactio abominationis desolationis, seu Antichristi, qui tam longo tempore sub specie angeli lucis & uicarij Christi, in Ecclesia Dei sedit, per suas horrendas abominationes omnia deuastans ac perdēs: nempe ueram Religionem, gloriam Dei, & animarum salutem.

Scribit enim Paulus 2. Thes. 2. quòd quidem mysterium aut abominatio Antichristi iam tunc paulatim agebatur, ac ueluti præparabatur: sed Antichristus ipse uerè uigere ac regnare debeat, inclinato demum Imperio Romano: id est, circiter post Domini annū 400. Et quòd tandem instate ultimo fine aut iudicio, patefiet: quodq̄ Dominus quidem primùm sit eum confecturus aut perditurus spiritu oris sui: id est, per Verbum & Spiritum S. declarando nimirum orbi terrarum, quòd sit uerus Antichristus: prorsus autem sit eum aboliturus ipsa demum præsentia sua. Sic & ipsemet Dominus prædicit, ante finem mundi patefendam esse abominationem, stantem in loco sancto, nempe in medio Ecclesiæ Christi.

Secundum est, ista tam subita gloriosaq̄ instaurationio, adde & repentina per orbem terrarum propagatio ueræ doctrinæ: nequicquam contra Satana principem mundi huius, cum omnibus suis satellitibus & instrumentis, furente, repugnante, & resistente. Videtur

detur enim omnino hæc esse illa ultima uocatio ocio-  
forum in uineam Domini, denotata in parabola om-  
nium temporum uocationes describente: ne quis ue-  
niente illo summo iudice, de ignorantia sese excusa-  
re queat.

Tertium extremæ diei iudicium est, iste tam subi-  
tus contemptus, ac horrēda ingratitude plerorumq;  
hominum, istius tanti thesauri, agnitioq; boni, quam  
passim plenoq; impetu grassari uidemus, dū alij qui-  
dem agnitam ueritatem uel nolūt recipere, agnitosq;  
errores abijcere: uel etiam eandem furenter blasphe-  
mant & persequuntur. Alij autem uarias corruptelas  
ac fanatissimos amplectuntur: à ueroq; degenerantes,  
cum agnita Babylonis meretrice colludūt, ac scortan-  
tur: cum ea transigunt, eiusq; abominationes, si non  
omnes, at saltem aliquas, ueluti characteres quosdam,  
notasq; ac nomina eius in manu & frōte ( ut est in A-  
pocalypsi prædictum ) recipiunt, ut uel opes ac ter-  
ras, uel saltem pacem securitatemq; consequantur. A-  
lij deniq; curis, cupiditatibus ac uoluptatibus terrene  
huius uitæ immersi, parum hanc cœlestis regis inuita-  
tionem conuiuiumq; curant.

Quartum est, summa securitas, & nimium studiū  
rerum ac commodorum terrenorum, quod Christus  
dicit fuisse ante diluuium: & futurum etiam in immi-  
nente fine mundi, ut uidelicet homines toti sint in  
uendendo, emendo, ædificando, coniugia contrahen-  
do, & in alijs occupationibus & uoluptatibus huius  
uitæ: minimum de Deo, uera eius Religione, uita æ-

terna, iudicio aut inferno solliciti: frustra clamante & uocante eos Deo ad pœnitentiã, filijq; sui agnitionẽ.

Vltimum sit, præcedentibusq; quatuor appendicis uice addatur, ista omnium literarum, linguarum & scientiarum, artiumq; liberalium ac illiberalium renouatio, illustratio, & quasi quædam perpolitio: quæ omnia multo nunc sunt cultiora, perfectioraq; & ornatiora, quàm ante 50 aut 60 annos fuere. Solêt enim non rarò experientia ipsa deprehendimus) ante ultimam interitum quasi reuiuiscere, & reflorescere: iuxta illud, Ante ruinam exaltatio. Sic sanè & mundus nunc ante suum ultimum interitum reiuuenescit, & ueluti reflorescit. Deus quoq; ipse antè ultimam castigationẽ magnis beneficijs nõ rarò homines ad respicientiam inuitat & allicit, ut primum mundum & Sodomitas admirabili liberatione ac rerum successu.

Hæc aliãq; indicia extreme diei, nos Christianos diligenter obseruare, expendereq; decet, ut iuxta admonitionem Domini tantò uigilantius, cautiùs & constantius in uera religione uersetur, eam retinendo, sequendo, & omnes corruptelas fermentaq; Satana, quorum pleraq; aut ab ipso Antichristo Romano nobis obtruduntur, aut ab eius collusorib. falsis fratribus (ut est synergia, & operum necessitas ad salutẽ) astutẽ inducuntur: aut deniq; , etiamsi à sectarijs & alijs impostoribus ueniunt, tamen omnes maxima ex parte Papatui correspondent, consonantq;.

Causa porrò, cur de hisce rebus disseram, ad tuam  
Celsit.

Celsit. scribendo, non ea potissimum est, ut ipsam moneam (tametsi omnes mutua admonitione ac exhortatione in tantis reb. ualde profectò indigeamus:) sed ut ea huiusmodi pias meditationes scriptionesq; cõprobans, sit alijs pijs, agnitãq; ueritatis studiosis, præsertim uerò sui ordinis magnatibus ac proceribus, exemplo ac incitamento, in fugiendis omnis generis corruptelis, retinẽdoq; sincero Christi Euangelio; sicut & hætenus resistendo conciliationibus Christi & Be lial, seu multiplicibus Interim, & alijs corruptelis, accersendõq; pios ac cõstantes doctores, præclarè fecit.

Verissimè profectò, ac citra omnẽ falsitatem, adulationis uè speciem dici potest, tuæ Celsit. Academiã Ecclesiãq; præ alijs omnibus totius Germaniã (absit uerbo inuidia) doctis, synceris ac sanã doctrinã cõstanter adhærentibus uiris instructas exornatasq; esse. Quos omnes ut fratres diligo, & ut superiores reuerenter ueneror, coloq;.

Macte uirtute heros: Hæc demum summa ueraq; laus, & hoc summum hominis officium ac uirtus est, rectè agnouisse Deum: eumq; quem misit, unicum filium suum Iesum: nec tantum agnouisse, sed & subditis suis, alijsq; hominibus summo studio eiusdem cognitionem, accersitis synceris eius ministris, cõmunicasse. Et deniq; in hoc tam sancto proposito institutoq;, uno tenore usq; in finem perseverare. Nõ uel tantum bene incipere, ac mox turpiter desinere: uel denique etiam in contrariam persecutionem, ut multi alij (proh dolor, ac pudor) deserta puritate religio-  
nis à



nīs à patre auoq̄ accepta faciunt, se commutare.

Non hoc certè dico adulandi studio. scio enim hoc minimè Theologum decere: & plura esse in omnibus hominibus etiam uerè pijs, quæ meritò accusari debeant, quàm quæ laudari: sed quia tum Dei dona, beneficiaq̄ Ecclesiæ exhibita, agnoscenda & celebranda sunt, Deusq̄ in sanctis suis laudandus est: tum etiã exempla uirtutis ac pietatis, præsertim in illustribus personis, quoniam eas uulgus hominũ magis sequitur cæteris, ad imitationem sunt proponenda.

Sicut autem tua Clem. alios sinceros constantesq̄ doctores in sua regione clementer fouet: ita ut etiam mei aliquam uel tenuem (nam ego alioqui in habitaculo & sola protectione Dei cœli commoror) curam habeat, reuerenter peto. Noti sunt tuæ Cl. mei labores, certamina & pericula, pro retinenda pura & incontaminata Euangelij doctrina contra Antichristũ, eiusq̄ satellites & collusores, aliosq̄ seductores primùm anno 1548, in summis periculis, & rebus nostris planè desperatis, triumphante iam & Epinicion canente Antichristi satellitio, suscepta: & hæctenus per multas cruces, pericula & opprobria, tolerata. Notũ etiã meum studium pacis T. Cl. est, ut quæ diligentissimè omnes actiones perspexit: præsertim uerò eas, quæ intercedentib. Saxonis concionatoribus Cosuici, & postea etiam T. Cl. actæ sunt initio anni 1557.

Hoc unum profectò, neglecto hominum favore ac odio, semper egi, studioq̄ habui, ut incorruptum filij Dei depositum, nobis hisce postremis temporibus in-

bus ingenti cœlestis patris misericordia illustratum, & per reuerendum uirum D. MARTINVM LUTHERVM concreditum, retineretur; utq; illa cœlestis lux diligentissimè à tenebris, sincera Christi massa à fermēto Pharisæorum & Antichristi, salutare animarum alimentum ab omnibus spiritualibus uenenis, ac deniq; omnino sanctum à prophano separaretur. In quo opere ac sudore scio me & Deo gratum sacrificium offerre, & cum alijs Ecclesijs, tum etiam Saxonicis ac Mechelburgicis nō nihil inseruiuisse, & seruire.

Semper uerò me obtuli ad Synodum & iudicium Ecclesiæ, & ad reddendam rationem de uita, actionibus & doctrina mea. Ad eandem & nunc me promptè offero: ualeat modò ibi ius, ac uerbum Dei: nō humana sapientia, audacia, gratia, ac potentia. At contra aduersarij omnem lucē piæ disputationis ac disceptationis fugitantes, tantū in suo theatro apud imperitā istius controuersię iuuentutem furiose declamitant, ac debacchantur, scientes facile esse ἐρημνυ δίκην λαβῆν.

Fuit mihi hisce proximis annis certamen contra Papisticā synergiam naturalis aut Adamici liberi arbitrii, quæ tum Originalē corruptionē, morbum uē nostrum, tum & beneficia Christi, unici spiritualis medici, nefariè extenuat: quæq; adeò propalā pugnāt cum uerbo uiuentis Dei, præsertim cum Paulo Rom. 7. s. 1. Cor. 2. 2. Cor. 3. & Gal. 5. ut non solū in nostris Ecclesijs, pluribus sacris cantionibus uulgaris linguæ grauissimè damnetur: sed etiam ab ipsismet Papistis Vuormaciæ cōcessum sit, esse acre-

manere in renatis quoque uitium repugnans legi Dei, seu repugnantiam non leuem aduersus legem Dei. Quod hisce ipsis uerbis ingeminantes illustrissimi Principes & Status August. Cōfess. exhibito scripto (quod tūc statim editum fuit) in comitijs Ratisbon. anno 1541, ad Cæsarem testati sunt. Quæ ergo potest esse in naturalibus aut Adamicis uiribus carnalis hominis synergia in spiritualibus, si illa etiam in sanctis repugnat legi Dei? At nunc istæ phrasæ discretissimè ex D. Paulo sacrisque literis desumptæ, non tantum à Tridentino conciliabulo, sed etiam à Philo-  
photheologis & Sophistis quibusdam exagitantur, & audacissimè anathematizantur.

Denique nunc inuerso toto scopo aut titulo illius disputationis (quæ est, fuitque DE LIBERO ARBITRIO, aut VIRIBVS HVMANIS, de quo inter Christum & Phariseos, & postea semper inter assertores gratiæ & Pelagianizantes, & denique inter Lutherum, omnesque nostros doctores ac Ecclesias, & inter Papistas disceptatum litigatumque est.) & inuento nouo omnibus seculis in hac controuersia incognito titulo aut quæstione seu scopo, nempe DE MODO AGENDI, tota ea iam planè explicata euiçtaque controuersia, denudò prorsus inuoluta ac obscurata est.

Sic solet mille artifex satan, ut prouerbiū de seipia est, cum iam iam se captum confusumque uidet, amentum hominum oculis offundere, & ueluti Proteus quidam in nouam formam sese commutare. In quo tanto magis est mei aduersarij, eiusque adstipulatorum

latorum ac collusorum scelus detestandum, quòd ipsemet suis thematibus, & ipsius impius arrosor & uastator uineę Domini Caper, in suis propositionibus in nostra disputatione agitandis, hunc titulum, summamq; sua manu & calamo inscripsit, ac præfixit, DE LIBERO ARBITRIO AVT VIRIBVS HVMANIS.

Dominus IESVS istam impiã sceleratamq; sophisticam ac sycophantiam, pusillorum Christi consciëntias perniciosis laqueis intricantem & strangulantẽ, ueritatemq; cœlestis doctrinæ obscurãtem, unã cum suis magistris potenter retundat ac confundat, Amẽ.

Nunc aduersarius meus, in omnibus fermè lectio nibus, in me meamq; uitam, pro libitu confingendo mendacia, debacchatur: sciens neminem ibi esse, qui contradicat. At si ullam micam honestatis in se habet, cur non id potius agit, ut denuò disputatio aut legitimum iudiciũ instituat? Ne ille multos suos uomitus, quibus nunc me pro arbitrio contaminat, denuò in os suũ resorbere cogeretur: ut ei Vuinarię accidit.

Cur uerò isti Heroes non instituunt aliquã ordinariam ex uerbo Dei cognitionem? Verũm fortè ob uenationes eis non uacat. Iudicet igitur ipsemet uiuens ac omnipotẽs Deus inter me & ipsos, summos ac infimos, doctos & indoctos.

Porrò autem, Princeps pientiss. quoniam mancipia Antichristi ex ista collusorum Babylonicorum & aliorum sectariorum ueritatis quasi quadam corrosione ac infestatione, meaq; & aliorum sincerorũ doctorum eius propugnatione, & ex alijs occasionibus

innumeras sectas, audacter comminiscuntur, nobisque perpetuo obiectant: idque certissimum indicium falsitatis nostrae Religionis esse (quonia[m] eam uerbo Dei, sacris u[e] literis confutare nequeunt) omnibus persuadere conantur: ideo scripsi in sequenti libro plixam istius foedissimae calumniae confutationem. In quo simul tum consensum unitatemque nostrae Religionis & Ecclesiarum demonstraui: tum & innumeras eorum dissensiones, contradictiones, & horrendas dogmatum confusiones ualde prolixè, ac ex ipsorum proprijs libris, citatisque prolixissimis eorum dictis aut testimonijs, liquidò ostendi, euicique.

Quod autem obsecro euidentius potest esse uerae Religionis, Euangelijque Christi indicium, quam quòd à uarijs seductoribus, tum manifestis aduersarijs, tum ab ouilla pelle tectis lupis, & angelis lucè simulantibus: tum à clam subrepentibus, & denique à falsis fratribus oppugnatur & infestatur? quodque gladium ac ignem dissidij intimorum adiunctum habeat? Quam ueritatis notam liquidò est in nostra religione deprehendere.

Quae etiam maior esse posset Ecclesiae unitas ac consensus, quam quòd nostrae Ecclesiae in summis periculis, licet post grauissimas clades afflictionesque, tum atrocibus minis, atque adeò praesentis gladii uiolentia territarentur, & potenter crudeliterque urgerentur, tum etiam magne auctoritatis uirorum astutijs & persuasionibus allicerentur ad uaria Interim, conciliationesque cum Antichristo; nihilominus: omnia illa constanter:

stanter usq; in hodiernam diem repudiarunt:

An etiam illud leue indicium est concordie doctorum, & certitudinis doctrine nostre, quod cum postea in summis nostris difficultatibus, à florente tum Osiandro non uulgari arte, industria & autoritate noua doctrina, aut potius reuera Papistica, sed noua forma inducta proponeretur: nec deessent offensiones inter doctores ex proxima cribratione per Interim orta excitatæ, multorumq; cum eo amicitia uetus adhæc, & non uulgaria præmia ei sese adiungentes consequi possent: nihilominus tandem omnes eius errorem unanimiter refutarunt, & iam Dei beneficio extinxerunt:

Hoc igitur opus, de Contradictionibus, dissensionibus, & confusionibus Papisticarum abominatiorum, deq; nostra unitate, tuæ illustriss. Clem. dedico: eiusq; patrocínio, post Deum piorumq; preces commendo: ut omnes etiam ex eius approbatione huius nostri laboris discant acrem dijudicationem ueri à falso, seueramq; reprehensionem errorum (qualem Christus etiam in illo suo pusillo Apostolorum cœtu, & Apostoli ac primitiui patres, Ecclesiaq; tum in se mutuo, auditoribusq; tum & in ijs qui à ueritate deficiebant, hereticis seueriter adhibuerunt) non modo ad conseruationem ueritatis prodesse, sed etiam certissimum indicium ueræ Religionis, unitatisq; Ecclesiæ esse.

Nam inter alia (uti dictum est) hæc tria non sunt potestrema Religionis ac cœtus Christi indicia, quæ pio

homini diligentissimè expendenda sunt: primùm,  
 quòd eam satan uariè oppugnat & molestat, tentat &  
 turbat, non solùm per impiorum malitiam, sed etiam  
 per piorum ipsorum imbecillitatem & carnem, uaria  
 scandala ac etiam opiniones cogitationesq; nò rectas,  
 subinde tum in toto cœtu, tum & in singulis suscitati  
 do. Deinde, quòd Ecclesia ac pij, ut quædam colum-  
 na ueritatis, uel potius ipsemet Spiritus Dei, ducens  
 suos in omnem ueritatē, semper talibus corruptelis,  
 scandalis & prauis opinionibus acriter resistit. Sicut  
 Christus Petrum, ob unicam prauam sententiã, sug-  
 gestionemq;, mox Satanam uocat: quem paulo antè,  
 ut eximium confessorem, amplissima laude exorna-  
 rat. Et Paulus eundem in faciem, coramq; tota Eccle-  
 sia, tanquam ueritatem Euangelij subuertentem, aspe-  
 rè grauiterq; obiurgat. Tertiò, quòd Deus dat feli-  
 cem talibus errorum oppugnationibus exitum, abo-  
 lens errores, & reducens ueritatem in lucem. Vt nūc  
 Dei beneficio omnes ueritatis cupidi agnoscunt, illos  
 tam uarios uitulos, ac *INTERIM*, tempore potesta-  
 tis tenebrarum (cum Satan Ecclesiam Dei liberè cri-  
 brabat) ab Aaronib. & alijs cusa ac fusa, impia fuisse:  
 unã cum suis Papisticis fermentis, de necessitate ope-  
 rum ad salutem, & synergia, ac infusa Osiandri iusti-  
 cia, alijsq; eiusmodi Satang fermentis ac pestilentissi-  
 mis uenenis.

Suscipe igitur clementer serenoq; uultu, Princeps  
 Illustr. ac pientissime, hoc nostrum scriptum, dedica-  
 tionemq;: & in præclarè inchoato curriculo retinen-  
 dæ ac

dæ ac propagandæ puræ Christi religionis, extirpandiq; corruptelas sedulo perge: indefesso studio perficiens & faciens, si quæ porrò adhuc in istarum Ecclesiarum scholarumq; exedificatione desunt: ut nusquã quicquam est in hac uita perfectum, & prorsus irreprehensibile: semperq; habemus quod primùm in nobis ipsis, deinde & in alijs corrigamus, ac exedificemus. Quod pñ hominis est agnoscere, ac in eo diligentissimè elaborare, semet dñiudicando, ne à Deo iudicetur, puniaturq;: in cuius manus incidere, durum, ac profectò longè tristissimum est.

Dominus IESVS tuam pientiss. Clementiam suo S. spiritu regat: & in omnem ueritatem, opusq; ipsi gratum, ac Ecclesie humanoq; generi salutare, ob gloriam nominis sui, miserorumq; hominum salutem, deducat: Amen. Ratisbonæ, in die homonymi mei Mathiæ apostoli, qui in locum proditoris Iudæ ad Apostolatam uocatus est: anno Domini  
nostri Iesu Christi

1565.



The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

The first part of the Revolution was the  
the second part was the  
the third part was the  
the fourth part was the  
the fifth part was the  
the sixth part was the  
the seventh part was the  
the eighth part was the  
the ninth part was the  
the tenth part was the

17

CHRISTIANA ADHORTA-  
TIO M. FL. ILLYRICI, AD SERENISSIMUM  
Principem & inclytum Senatum Venetiarum, ad scrutan-  
dam inquirendamq; ex cœlestibus sacrarum literarum oraciu-  
lus ueritatem, in præsentibus Religionis controuer-  
sis, & Antichristi reuelatione.



COGITANTI mihi uestras Amplitudines, Princeps serenissime, & Senatus inclyte, de Christiana Religione alloqui: & simul expendenti, tum uestram augustam Maiestatem, tum meam extremam indignitatem, donorumq; ac dotum mearum tenuitatē: uarieq; omnino de hoc toto instituto deliberanti, tandem incidit illa Spiritus S. sententia, per D. Paulum de omnibus sinceris IESU CHRISTI doctoribus pronunciata: Debitores sunt Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus. Quo cœlesti oraculo tandem totam hanc consultationem finiens, concludensq; statui, omnino me piē ac ex officio uoluntateq; Dei facturum, si uestras (Patres ampliss.) Celsitudines de præsentibus Religionis controuersijs reuerenter allocutus fuero. Obligor enim illis non tantum communi lege charitatis, qua Deus omnes homines, quantumuis ignotos, sibi inuicem arctissimē deuinxit: sed etiam illo speciali uinculo, quod mei maiores inde ab aliquot iam ætatibus Aluone (quæ & Albona à uetustis scriptoribus dicta est) in Histria, inter Arsam flumen & sinum Flanaticum, sub ipsarum dominio uixerunt: ubi & ego natus educatusq; sum, & adhuc hodierna die cognatos consanguineosq; plurimos habeo. Ideoq; singulari quadam animi beneuolentiā, ac ueluti deuotione semper erga eas affectus fui: motus etiam diuino mandato, quo unusquisq; suum magistratum amare & reuereri iubetur.

Vestra uerò summæ Clem. humanitatisq; fuerit, ad bre-  
ue tem-

ue tempus benignas aures mihi dicenti præbere: scientes, quandoq; etiam holitores, aliosq; extremæ sortis homines, utilia dicere. Quod quidem in rebus negocijsq; spiritua- libus etiam multo uerius est, quàm in politicis, aut alijs qui huscunq; huius terrenæ uitæ: quandoquidem Christus el- git ignobilis, imbecilla & cõtempta mundi, suaq; mysteria reuelat paruulis: ac ex ore infantium & lactentium profert & perficit uirtutē, uictoriamq;: ac deniq;, testante filio Dei, non tam ipsi ministri sunt qui tantas res loquantur & tra- ctent, quàm Spiritus ipsiusmet patris cœlestis.

Existit iã, et hisce annis L. extitit, in maxima parte Euro- pæ, acere certamen, de primarijs Religionis Christianæ capi- tibus, inter eos qui illustrato Dei uerbo aut sacris literis, & eos qui Romano Pontifici hominumq; traditionibus ac sanctionibus adherent: de qua maximi ponderis contro- uersia, quo facilius iudicium fieri possit, utriusq; partis sen- tentiam, in primarijs aliquot capitibus breuiter simul ac di- lucidè proponam: quandoquidem id unice agunt seducto- res, ut homines audita solùm altera parte, ignoratisq; ueris Scripturæ fundamentis iudicent. Plurimum uerò, Patres amplissimi, uestra quoq;, sicut & omnium aliorum homi- num, tum ad temporariam, tum & ad æternam foelicitate- tem, omnemq; rerum uestrarum statum interest, eam probè cognoscere, ac diiudicare.

¶ Nos igitur, qui secundum uiuentis Dei testimonium di- cimus, solam Scripturam Propheticam & Apostolicam es- se illam lucernam in obscuro hoc mundi domicilio, summe hominis rerum optimarum ignorantia, tenebrosoq; itinere uitæ huius propositam, quæ sola possit plenè erudire ad salutem, perfecteq; hominem Christianum instituere & in- formare: credimus & docemus, Primùm esse uerum ac ui- uentem Deum, in essentia unum, & personis trinum, omni- uidentem ac omnipotentem, iustissimum ac misericordissi- mum: creasseq; omnia, inter quæ præsertim hominem, ual- de bonum, ac planè ad imaginem suam, iustum, sanctum ac foelicem:

foelicem: qui debitum perfectissimæ obedientiæ, tanquam diurnum quoddam pensum aut censum Deo præstare & debuerit, & potuerit: cuius debiti plena perfectaq; & perpetua persolutio, ei iusticia coram Domino ac creatore suo futura fuerit. Hunc ergo solum omnipotentem creatorem sentimus esse timendum, adorandum, inuocandumq;: & in ipso uno, omnem fiduciam nostram reponendam.

¶ Deinde uerbo Dei edocti scimus, hominem paulo post sponte recessisse ab obediētia Dei creatoris sui, seq; satanæ in seruitutem dedisse & associasse: prorsusq; esse factum malum, atq; adeo planè in illius nefandi hostis imaginē transformatum: iraq; Dei, morte & pœnis temporarijs ac æternis obrutum esse.

Quia ex re accidit, ut iam hominis erga Deum debitum, ueluti prægrandi quodam foenore auctum & duplicatum extiterit: cuius quidē altera pars fuit plenissima persolutio pœnæ, pro admissa iam culpa inobediētiæ: altera uerò, perfectissima obediētia in posterū perpetuò Deo præstanda. Quod duplicatum debitum iusticiæ, nisi homo Deo plenè præstitisset, persoluissetq;, nunquam ad iusticiam uitamq; perueniret, sed perpetuò in debito iniusticiæq; & pœnis hæreret. Præstare enim exactissimè, aut persolvere hoc totum debitum, iusticiam ei esse coram Deo: non præstare autem, seu debere, contrà esse iniusticiam.

Impossibile uerò prorsus fuit homini, id persolvere, ut qui adeo amiserit omnes illas bonas uires, opesq; imaginis Dei, quibus initio à suo creatore largè fuerat ditatus, ornatus & cumulatus: ut insuper in cōtrarias pessimasq; ac Deo inimicas, reasq; diabolicæ laruæ & formæ sit commutatus, quibus solùm offenderet & irritaret Deum, sibiq; ultra omnem modū debitū culpæ ac pœnæ necessariò accumularet.

¶ Tertio credimus ac docemus, Deum misertum esse generis humani, tanto debito & ueluti prægrandi ære alieno oppressi, obrutiq;: ideoq; unigenitum filium suum in hoc ipsū illi largitum esse, & tradidisse, ut ueluti quidam spon-

for, uas, redemptor, ac intercessor, illud tantum debitum in se transferens, pro eo incarnatus, iusticiam perfectissimam obedientiam, poenarumque pro peccatis à Deo per legem flagitarum, ipsius seueram iusticiam plenissimè persolueret: eamque humani generis persolutionem, ueluti prægrande quoddam pondus auri, ad suum tribunal soliumue, in usum egentium peccatorum, seu in redemptionem captiuorum dependeret, ac deponeret.

Hunc ergo statuimus solum esse nostrum perpetuum spiritualem regem, redemptorem, perpetuum sacerdotem, & unicum mediatorem inter Deum & homines, unicumque intercessorem nostrum, apud Patrem coelestem: qui solus depenso debito, obaratos à nexu uinculisque liberauerit, omnia peccata totius mundi sustulerit, unico passionis suae sacrificio peristauerit: omnia omnium hominum crimina expiauerit: solus patrem placauerit: solusque ad plenum, accedentes se iuxta thronum gratiae saluare possit: & denique non sit aliud nomen sub caelo datum, per quod homines saluos fieri oporteat, præter ipsum.

¶ Quartò, ex uerbo Dei discimus & docemus, illam amplissimam persolutionem, iusticiamue obedientiam & poenarum, pro toto genere humano, à IESU, nostro uade, intercessoreque, coelesti patri depensam, & ad tribunal eius instar preciosissimi thesauri depositam: ab illo omnibus hominibus, fide ad hunc mediatorem & seruatorem, & thronum gratiae fauorisque diuini confugientibus, ita applicari, imputari & adscribi, ac si ipsimet omnia illa largissimè Deo, eiusque legi, seueramque iusticiam præstitissent, persoluissentque.

Hæc igitur ipsa aliena persolutio iusticiam, obedientiam & passionis Christi, nobis in iudicio Dei imputata & applicata, est causa materialis nostrae iustificationis, qua nostra peccata teguntur & abolentur: qua nos in conspectu Dei ornatur, & super niuem dealbamur: quaque omnia nostra debita aut in iusticia tollitur, nosque pro iustis, ut si ipsimet persoluissimus, habemur. Formalis porro causa iustificationis nostrae est,

Stræ est, illa ipsa ratio aut modus applicationis ac imputationis alienæ solutionis, in nos per fidem translatae aut transcriptæ.

Qua ratione formaq; nos ob imputationem alienæ illius persolutionis iusticiæ, obedientiæ ac pœnarum coram iudice Deo iustificari, aut pro iustis haberi, uitaq; æterna dignos censerî oportet. Quæ quidem est illa unica ratio, aut forma perpetuæ iustificationis, qua homines quotidie per totam hanc uitam coram Deo iusti sunt, ac consequenter uitam æternam obtinent.

Hic uerò nobis ingens bellum ab aduersarijs mouetur, qui potissimum ista duo in Christi doctrina contumeliosissime exagitant, & prorsus anathematizant: nempe alienam Christi, seu imputatiuam iusticiam & rationem eius apprehendendæ, per solam fidem: seu tum quòd credimus, iusticiam qua Christiani saluentur, esse obedientiam ac passionem aut meritum Christi: tum quòd illa ipsa iusticia à nobis fide apprehendatur, & ad nos applicetur. Verum si hic pius Lector in timore Dei attendat, facile animaduertet, nobis, ueræq; doctrinæ, ab illis summam iniuriam fieri. Quod ut tanto facilius à quouis perspiciatur, cõpendiò de hac re disserã.

Non enim potest profecto à quoq; negari, ipsummet filium Dei docuisse hominis iam perditam esse rationem aut conditionem, quòd Deo debeat ingens debitum iusticiæ semper perfectissimeq; obediendi eius mandatis, & persoluedi exactissime pœnas pro omni culpa iam admissa. Et quòd hoc ipsum, non præstare hæc, sit nostra iniusticia, nostrumq; illud ingens debitum, decem mille talentorum: seu illa obæratio, ob quam perpetuis tenebris incarcerari & affligi, ac uelut mancipia quædam captiui in compedibus catenisq; & ergastulis perpetuæ infoelicitatis detineri debemus: sicut contra, præstitisse hæc perfectissime, esset nobis in iudicio Dei plenissima iusticia.

Non potest etiam certè à quoq; negari, quin, cum homo nulla ratione hoc ingens debitum præstare ac persolue-

re posset, atq; ita tantam iniusticiã à sese a moliri, iusticiamq; & uitam consequi: filius Dei factus homo, & mediator, receptoq; in se mortalium debito aut iniusticia, pro eo obediendo & patiando, largissimè illud cœlesti Patri numerauerit, persolueritq;. Sicq; coram Deo abolita nostra iniusticia debiti, iusticiam persolutionis plenissimè, ceu redemptricem quandam pecuniam dependerit, ac ueluti ad tribunal ipsius in omnium miserorum peccatorum aut debitorum usum, utilitatemq; fidelissimè deposuerit.

Hæc uerò gloriosa debiti persolutio, quæ simul est iniusticiæ abolitio, & cōtrariæ iusticiæ acquisitio, à filio Dei præstita, cœlestiq; Patri depēsa, & ueluti ingēs quoddã pondus auri ad tribunal omnipotētis Dei in egentiu cōmodū, obæradorumq; & nexorū redemptionē deposita, quomodo tandem nobis aliter cōtingere potest, q̄ imputatione sola? Non potest certè, ueluti reales quædã qualitates, re ipsa in corpus animãq; nostrã, ut isti somniãt, trãsfundi. Non em̄ est trãsfusibilis quædã qualitas, sed ueluti meritū tantū quoddã. Quæ obsecro est aliã ratio homini, ob ingens debitū nexu, alienã numerationē persolutionemue applicandi, q̄ per solã imputationē? Ea igit̄ ratione Deus ita potenter nobis, uerè infinito reatu pœnisq; nexis ac incatenatis, illã filij persolutionē imputat, ac si nos ipsi obærat, de nostris rebus, uiribus, aut (ut ita dicã) patrimonio, eã illi eterno monarche iudicij & exactori nostro legi depēdissemus. Sic sanè ille etiã antea filio suo, nostroq; mediatori, sponsori ac uadi, nostrum ingens debitum iniusticiæ pœnarumq; potenter efficaciterq; imputauerat. Ipsa igitur collatio imputationis iniusticiæ nostræ in Christum, clarè indica, quonam modo sit nobis uicissim eius iusticia imputata, aut in nos translata.

Quare uociferentur ac calumnientur sanè aduersarij, hæc filij Dei doctrinam quantumcunq; eis demum libet: tamen hæc est unica uerissimãq; ratio iustificationis, nempe per imputationem, aut imputatiuam applicationē ampliss. & gloriosissimã persolutionis iusticiæ, obedientiæ ac passionis filij Dei,

filij Dei, unici sponsoris & mediatoris nostri, nobis bono facte. Omnes enim etiam caeci uident, quotidianaque experientia eos conuincit, obarato alienam persolutionem, aut captiuo uinctoque alienam redemptionem non aliter quam per imputationem applicari posse. Caterum testimonia Scripturae, asserentia imputatiuae Christi iusticiae in nos transcribi, nosque ea sola coram Deo iustificari, plane innumera sunt: quae hic recensere, tempus occupationesque uestrae non ferunt: a me autem in libro de Iustificatione prolixius recensentur.

Porro etiam (ut iam de altera huius controersiae sententia agamus) quod ista imputatiua filij Dei iusticia, aut debiti persolutio, non nisi per fidem peccatori donetur, appliceturque, praeter innumera euidentissimaque sacrarum literarum testimonia, res ipsa manifeste ostendit. Si enim iudex alienam persolutionem aut redemptionem pro obarato aliquo nexoque factam, ei de uoluntate persolutoris redemptorisue illius ultrò benignissimeque suis uerbis, amplissimisque pollicitationibus ac contestationibus, uel ore coram, uel autentico diplomate offerat: qua tandem alia ratione ille miserimus ac omnium rerum indigentissimus debitor, eam potest apprehendere, nisi postquam intellexit quid sibi dicatur, ardentissime eam desiderando expectandoque, & ueracissimis uerbis fide dignissimi iudicis assentiendo, testandoque se ei credere, assentiri, & illam gratis oblatam alterius persolutione toto pectore ambabusque uulnis accipere, amplectique.

Certe si ille uinctus uel nolit intelligere, quid sibi à tanto Domino tam benigne offeratur, dicaturque: uel etiam ubi intellexit, non curet, nec desideret ac expetat tantum beneficium: uel promittenti credere nolit: uel denique suas uires operesque iactet, quibus suum debitum persoluere, seque metipsum ex tantis difficultatibus liberare queat, nunquam omnino tanto bono beneficioque potietur. inuito enim, recusantique, promissio rata non fit.

Sic sane magnus ille iudex totius mundi, cui totum hominum genus infinito debito obstrictum obligatumque est, ac propte-



propterea eidem in perpetuam seruitutem addictum, adamantinis catenis nexum captiuumque tenetur, ordinauit mediatorum ac redemptorem, qui illi pro omnibus (uti dictum est) largissime persoluit, suamque illam gloriosam persolutionem, aut redemptricem pecuniam ad tribunal ipsius deposuit.

Nunc igitur porro idem ille iudex missa amplissima suorum ministrorum, diplomate sacrarum literarum instructorum legatione, primum quidem omnes grauiss. per legem monet de ingenti debito aut iniusticia, qua sibi obligati, obarati que sint: & de tristi seruitute reatus poenarumque, qua captiui teneantur: iubetque ut se eo liberent, & ad persolutionis iusticiam perueniant, si omnino ulla ratione queant. id enim suam iusticiam, legemque, optimo prorsus iure ab eis exigere & flagitare: simulque contra eos docet, tantam esse illorum innatam corruptionem, & ueluti quandam natiuam omnium rerum uiriumque bonarum egestatem, carentiamque, ut plane nihil horum praestare queant.

Vbi porro ille summus iudex sic miseros peccatores sub inobedientiam & damnationem (ut Scriptura loquitur) conclusit, ac ueluti in agnitionem tanti debiti desperationemque de suis opibus ac uiribus aut meritis adduxit, ut omnium misereatur: per eosdem suos ministros prorsus alio genere doctrinae, quod Euangelium uocatur, illos benignissime blandissimeque alloquitur, monstrans illis suum illum unicum agnum sponsorem & persolutorem, qui omnia peccata totius mundi tulit, abstulitque: & multis amplissimisque promissionibus, plus quam maternis blanditijs, & denique sacrosanctis iuramentis, eisdem offert imputationem aut applicationem illius abundantissimae filij sui redemptionis, persolutionis, aut iusticiae, obedientiae & depensarum poenarum, in ipsorum proprie usum praestitae: eosque ardentiss. hortatur, ut agnito suo ingenti debito, eam persolutionem credant & accipiant: utque agnita sua extrema pauperie, fame & siti, ad illud suum longe lautissimum saluberrimumque conuiuium properent, ex quo qui comederit, non esuriet in aeternum. Qua

Qua ergo tandem alia ratione possunt miseri homines illud ingens bonum, donum aut beneficium imputandæ alienæ redemptionis aut persolutionis, per tã largas benignissimasq; promissiones gratis ac mera gratia oblatum apprehendere, quàm per fidem, seu credendo assentiendoq; illis tam liberalibus ac tam blandis pollicitationibus, & ( ut ita dicam ) obtrusionibus tantorum bonorum?

Sic sanè omnia promissa, dona, beneficiaq; apprehēduntur. Omnis certè promittens, & pollicitando sua dona offerens, ideo promittit ac loquitur, ut sibi credatur: quæq; ille promittendo offert, ea uult credendo accipi. Inuito enim, ut est in lure, beneficium non datur.

Certè si uel aures habent non uolentes audire, aut oculos non uidentes, ac cor non intelligens tantas promissiones: uel etiam, ubi intellexerint tam familiarem blandamq; ad lautissimum conuiuium inuitationem, non curent eam, non cupiant ac expetant tantas delicias, ut illi in parabola Christi: uel deniq; si ut maximè intelligant, magniq; faciant illa summa bona, non tamen possint in animum inducere ut credant, tantam esse illius summi Domini benignitatem atq; potentiam, ut sibi indignissimis istud ingens bonum largiri uelit, possitq; nunquam id consequentur. Id enim erit illa blasphema dubitantis desperantisq; Caini uox: Maius est meum peccatum, quàm Dei misericordia.

Testimonia porro Scripturæ sunt innumera, quæ luculentissimè asserunt, nos per fidem sine ullis operibus istam Christi persolutionem aut imputatiuam iusticiam apprehēdere, absq; omnibus nostris iusticijs ac meritis. Quæ si citare & exponere uellem, integrum librum occuparent.

Quare euidentissimum est, utrumq; hoc caput uel dogma iustificationis, nempe tum quid sit nostra iusticia corã Deo, tum etiam quomodo eam apprehendamus, uerè ac germanè doctrinam Christi, Prophetarum & Apostolorum esse: quam tum uis homines audacissimi, spiritualiumq; rerum ac exercitiorum prorsus expertes, genuinè sensus Scri-  
d pturæ

ptura contemptores, omniaque humana ratione & Philosophia regulis metientes, omnia fanda atque nefanda blasphemio ore contra uociferentur.

¶ Quintò, Post iustificationē porrò sequitur doctrina de renouatione, & noua obedientia ac bonis operibus. In ea ergo docemus & credimus, hominem per Spiritū S. denuò generari, nasci & renouari, ut uelit & conetur iam seriò obedire Deo. Agnoscimus nihilominus cum gemitu, & fate-mur, quòd etiam renatus ac renouatus homo simul in tota hac uita circumferat, teste Paulo, aliam quoque legem & dominum in membris suis, quem Scriptura carnem & ueterē Adamum uocat, qui perpetuò contra spiritū nouumque hominem luctetur, ac strenuè militet: impediaturque pium hominem, ne possit obedire Deo, sicut uellet: quin etiam non raro captiuum ducat, ac ueluti transuersum rapiat sub legem peccati: sicut Paulus Ro. 7. de semetipso testatur. Ob quam inhaerentem pestem, quotidianosque & non leues lapsus qui inde necessariò subinde oriuntur, ad prius indicatam formam rationemque iustificationis, per illud perpetuū **REMITTE**, remitte mihi debita mea ob alienam persequutionem mihi si de imputatam, omnibus horis recurrere & confugere cogimur.

Verum quoniam nihilominus à Deo, acceptis quibusdam primitioliis Spiritus, renouati, & ad bona opera conditi sumus: debemus, conamur, & aliquo modo possumus Deo obedire: quam inchoatam obedientiam aut bona opera, quantumuis tenuia, & multis modis cõtaminata, Deus propter filium suum gratam habet. Illud nihilominus certissimum est, quòd per talem obedientiam nequaquam iustificemur: quia omnia etiam piorum opera, sunt ut pannus menstruata, & ut reiectamenta quaedam ac sordes, ut sanctiss. uiri Isaias & Paulus de semetipsis, suisque operibus testantur. Omnium enim piorum, teste Paulo & Dauide, illa est unica ueraque iustificatio: Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit Do-  
minus

minus peccatum. Pro hac iustificatione, teste eodem Dauide, orabit omnis sanctus, in tempore opportuno, dicēs: Ne intres in iudicium cum seruo tuo Domine: Quia si iniquitates obseruaueris, quis subsistet? Imò planè non iustificabitur in conspectu tuo ullus uiuens.

Docemus igitur cum Augustino, quòd adeò bona opera non sint causæ, aut ullæ præparationes mediæ ad iustificationem, ut sequantur iustificatum, non præcedant iustificandum. Sicut & Christus saepe, postquam iustificauit peccatorem, ac dixit, Remissa tibi sunt peccata, aut, Fides tua te saluū fecit: tandem addidit, Vade, & noli amplius peccare.

Sunt igitur bona hominis opera, fructus aut effectus iustificationis ac iustificati, seu bonæ arboris: non autem ullo modo causæ efficientes, aut formales. Oportet enim (uel ipsa Philosophia, experientia, ac tota rerum natura teste, quam & Christus in hac ipsa controuersia citauit) prius ipsos homines fieri aliquales (ut malè uersus Aristoteles loquitur) seu bonis qualitatibus ac uirtutibus præditos, quàm ulla uerè laudabilia facta aut opera præstent. Siquidem, teste ipso met Domino, non facile de spinis uuas, aut de tribulis ficus collegeris, sicut nec ex malo thesauro bonas res deprompseris. Quare oportet prius condì, creari aut plantari arborem bonam, priusquam ullos bonos fructus proferat.

¶ Sextò, de Sacramentis credimus ac docemus, ea propriè hoc nomine censerì, in quibus (ut Augustinus ea definiuit) Christi institutione, ad elementum uisibile adiunctum est uerbum, aut promissio gratiæ, seu remissionis peccatorum. Talia esse propriè tantum Baptismum, & sacram Cœnam corporis & sanguinis Domini: quæ duo sola etiam Augustinus ad Ianuarium commemorat, & simul queritur immensa uerè ceremoniarum ac traditionum Ecclesiam Christi onerari. Absolutio quidem aliquid uicium Sacramentis habet, non tamen uerè ac propriè est Sacramentum.

¶ Septimò, de Missa aut sacrificio discimus ex uerbo Dei, credimus & docemus, IESVM CHRISTVM esse unicũ sacerdotem, unicoq; sacrificio longè preciosissimæ passionis suæ pleniss, totius mundi peccata expiassè, ac omnipotẽtem Deum generi humano placasse, omniaq; nostra debita persoluissè, ita ut ille solus ad plenum omnes se fide accedẽtes saluare possit, uelitq; cuius sacrificij memoriale & quasi applicatorium instrumentum, sacram Coenam nobis reliquerit, nec quicquam amplius in eo sacramento instituerit: ut uerba trium Euangelistarum, & Pauli uberior declaratio euidenter testatur.

Scimus igitur, Missam esse humanum inuentũ ac figmentum: sicut ipsimet Papistici scriptores, ueteres simul ac recentiores, id apertissimè confitentur, dum diligenter commemorant de toto eo corpore, centone aut actione, quã eius partẽ quis homuncio, & quot post Christũ seculis excogitauerit, & reliquis assuerit. Inter quos Gregorius Magnus aut papa narrat, ipsummet Canonẽ (qui est ueluti cor, uita aut anima Missæ) à quodam obscuro scholastico confarcinatum esse. Eandem eius nouitatem, ac humanum inuentum, testatur etiam summa uarietas Missarum in Christianis populis.

¶ Porro manifestum quoq; insuper est, Missam esse multipliciter contumeliosam in passionem Christi: præsertim uerò, quòd fingitur esse expiatoriũ, aut propitiatorium sacrificium, quod offeratur pro uiuis ac mortuis, pro redemptione animarum, proq; peccatis totius mundi: ut ipsemet canõ blasphemè blaterat. Quibus uerbis ac ratione sacrificus euidenter testatur, Christum sola sua passione non plenè omnia peccata mundi expiassè, aut planè perlitassè: eoq; se iam, quod ille antea præstare non potuit, uerè perficere, perlitareq; uelle.

¶ Verùm hanc blasphemiam, & citra hanc consequentiã ratiocinationem prolixè multumq; asserunt aduersarij: inter quos eam in primis inculcat ac urget Catharinus archiepiscopus Campfanus, in suo libro de Incructo sacrificio, ante pau-

te paucos annos Romæ impresso, disertè affirmans, passionem Christi tantum pro originali peccato & actualibus ante baptismum admissis ualere: sed pro peccatis post baptismum, ipsorum Missam offerendâ esse, eaq; illa peccata expiari ac aboleri oportere. Cuius erroris testimonia, postea ex ipsius proprio ore scriptoq; citabuntur, & integrè adscribentur.

Quid contumeliosius (quæso uos per Christû, sapientissimi Patres) in passionem Christi dici, aut omnino excogitari potest, quàm quòd ea Christiano homini, post baptismû, toto nimirum ipsius uitæ tempore sit inutilis? Cur igitur omnino quicquam amplius de illa in templis aut scriptis, hominibus iam baptizatis dicitur aut proponitur? Quin potius ut res inutilis, obliuione æterna sepeliatur: ut reuera eius fructus utilitatesq; ab istis seductoribus sepultæ fuere.

Ex hac porro blasphemia & contumelia passionis Christi oritur, utroq; profluit, illa ingens impietas, quòd omnes homines in Papatu, in omnibus suis difficultatibus ac calamitatibus, præsertim uerò in ipsa morte ac metu æternæ damnationis, obliti penitus preciosissimæ passionis ac sanguinis Christi, tantum ad Missarû præsidium, ut unicum salutis suæ portum, aut tutissimum asyllum confugiunt: ut & experientia, & omnia testamenta ipsorum contestantur, quæ illam solennem clausulam perpetuò unoq; ore repetunt: **ITEM RELINQVO** pro anima mea huic aut illi monasterio, uel templo, aut sacrificarum collegio, tantum pecuniæ, agri, ac similitum rerum aut fortunarum mearum, ut tot Missæ pro anima mea recitentur aut decantentur. Quæ clausula adeò apud Pontificios necessaria habetur, ut si quis moriens illam omittat, pro Christiano nequaquam habeatur, nec in cœmiterio cum alijs Christianis sepeliatur. Qua ratione miseri homines prorsus obliuiscuntur Christi, unici Seruatoris, eiusq; passionis aut expiatorij sacrificij: ad quam solâ, tali potissimum tempore, & in talibus difficultatibus, uel maxime confugere debebant.

¶ Octauò, de sanctorum ac mortuorū inuocatione aut mediatione discimus aut docemus, eam nec mandatū, nec promissionem ullam Dei habere: atq; adeò nec exemplum quidem ullum eius in sacris literis, aut etiam in primitiua Ecclesia Patrumq; scriptis extare. Contrà autem ex sacris literis discimus, esse tantum unum Deum, qui solus cernat gemitus cordis nostri: nosq; solus pro sua omnipotētia, omni momento, & in omnibus, quantumuis magnis calamitatibus, iuuare, efficaciterq; eripere possit, & pro infinita misericordia uelit. Sic etiam ex uerbo Dei constat, unū solum esse mediatorē Dei & hominum, qui nobis cœlestem patrem placare queat: & ad hoc ipsum in illo suo æterno tabernaculo ac sacerdotio ad dexteram patris assistat, ut pro omnibus uera fide accedentibus ipsum, & thronum gratiæ, omnibus hominis intercedat, omniaq; quæ in nomine eius petierint, indubitanter illis impetret. Quæ omnia disertis. Scriptura affirmat, ut de eis dubitare prorsus nefas sit. Oratio, teste Christo & Iacobo, certissima fide niti debet. At nobis cū alia innumera sunt in sanctorum inuocatione incertissima: tum etiam, quī nam uerē sancti, aut saltem seruati sint, aut nō, exceptis perpauca, quorum nomina in sacris literis reperiuntur. Quare etiam apud ipsos pontificios uetus & planē peritulum dictum est: Multi inuocantur in cœlo, quorum anima ardent in inferno.

¶ Nonò, de primatu papæ super Ecclesiam per totum mundum sentimus, eum planē impossibilem esse. Quomodo enim unus angelus, nedum homo, orbem terrarum regeret: idq; præsertim in Religione, cōscientiæq; negocijs, ubi summa cognitio ac certitudo requiritur? Nec si maximè Petro datus fuisset, propterea mox etiam Romano pontifici dari: quia Petrus alibi quoq; diutius docuit quàm Romæ, ut ex Nicephoro patet, & multo magis ex epistolis Pauli. Et quia Prophetica Apostolicaq; priuilegia ac dona nō habent successores. Neq; enim mox episcopus Hierosolymitanus, Antiochenus, Ephelinus aut Corinthius, ideo similis ulla ex parte

parte Christo, Petro, Iohanni aut Paulo existet, quia ibi illi docuerunt. Quo igitur iure, autoritate aut testimonio, istud suum figmentum de similitudine succedentium in locis, ubi prophete, Christus aut Apostoli docuerunt, comprobabunt?

Denique etiam ex Euangelistis, Actis & Epistolis Paulinis liquidò apparet, Christum nullum omnino primatum ulli homini in sua Ecclesia dedisse: quin potius seueriss. prohibuisse, sibi que eum soli retinuisse: qui affirmauerit se ubique nobiscum, praesertim ubi de rebus religionis, ac in nomine ipsius sincere agetur, praesentem efficacemque fore. Et insuper etiam paraclitum suum nobis daturum esse, qui omnia agat in omnibus.

Mouetur ista controuersia de superioritate inter Apostolos, uiuo ac praesente Christo, testibus Euangelistis, ut minimum quater: idque postremo etiam in ultima coena, quod profecto non accidisset, si semel Petrus princeps Apostolorum factus, & a Christo declaratus fuisset. Aut si omnino accidisset, Christus eis respondens, decretum de primatu Petri antea a se sacrosanctè sancitum renouasset, ipsosque in eo aliquando tandem acquiescere seuerissimè praecipisset. At ille contra eos omnes (ut ita dicam) ad inferioritatem, aut certe ad aequalitatem compellit ac cogit, omne hominum dominium ac superioritatem tollens, damnansque: ac ostendens, longè aliam rationem suam Ecclesiam regendam, quam mundi huius regna ac politias, quae suos reges ac monarchas necessariò habeant, ut eis imperitent.

Sic & Paulus cum in alijs Epistolis monarchiam ex Ecclesia tollit: tum praesertim in Epistola ad Galat. ubi prorsus manifestè contendit, nullam esse superioritatem Petri aut aliorum, supra se aut alios: quin potius ille apostolatū Petri restringens, perspicue ad solos Iudaeos, tum iure tum facto alligat. Affirmat enim, Petro fuisse diuinitus demandatum apostolatū circuncisionis: sibi uerò praeputij, seu inter gentiles. Et insuper narrat, illum tum antea praedicasse proprie tantum circuncisis, tum & in posterum illis praedicaturum esse: sed ad id sancta dextrarum pactione obstrinxisse. Sic &  
ipsemet



ipsemet D. Petrus primæ quinto (sub cuius titulo isti regnũ affectant, uel potius tyrannidem dudum inuaserunt ac exercent) omne dominium presbyteris ex grege & glero Domini aufert, politicisq; eos magistratibus reuerenter subijci ac obedire uult & præcipit.

Postremò de traditionibus & præceptiunculis hominum id sentimus, quod Isaias & Christus unicus summusq; præceptor de eis pronunciat, inquit: Frustra Deum colunt mandatis hominum. Quinetiam insuper alibi filius Dei docet, mandatis ac traditionibus hominum, Dei uiuentis mandata tum obscurari ac obrui, tum etiã prorsus irrita fieri.

Hæc iam breuiter, Patres inclyti, commemorare uolui, de nostræ (quæ eadem & Christi est) Religionis dogmatibus: si fortè alicui uestrum facultas cognoscendi nostra scripta, ob Antichristi, horrentis lucem ueritatis, tyrannicam prohibitionem hæctenus data non fuit. Quæ omnia, nisi breuitati temporis studerem, & uestris grauiss. occupationibus parcerem, luculentissimis Sacrarum literarum testimonijs demonstrare possem: & in plurimis nostrorum scriptis hæctenus euidētissimè demonstrata sunt.

PONTIFICIAE PORRO<sup>1</sup> SUPERSTITIONIS abominationes, idololatriam, tyrannidem, rapacitatem & sceditatem, ob prædictas duas causas nunc plenius recensere non libet: satis illæ produntur, uel eo uno palpabili indicio, quòd nunc, & longo iam tempore, earum doctores, Papæq; adulescentes adeò scèdè pedibus conculcant sacras literas, contendentes, eas esse literam mortuam, chartam, atramentum, & non spiritum: esse ambiguas, & obscuras, & flexibiles: esse librum hæreticorum, omnem eas autoritatem à se recipere, nec continere plenam institutionem omnium rerum Religionis ac saluti hominum necessariarum.

Ad idem iudicium pessimæ causæ pertinet, quòd suam Papæq; sui autoritatem super ipsummet Dei uerbũ, atq; ita supra Deum ipsum extollunt, iactantes, eum errare non posse, in eius pectoris scrinio omnia iura recòdita esse: ipsum habe-

habere plenitudinem potestatis, ipsum posse dispensare cōtra Apostolum & Euangelistam, contraq; nouum & uetus Testamentū: nemini licere contradicere Papæ, etiamsi pro palam infinita milia animarum secum ad infernum rapiat. dist. 40. Se cum suo papa Ecclesiam esse: Scripturam omnē auctoritatem ab ipsis habere. igitur ipsis magis esse credendum quā sacrosanctæ Scripturæ: & deniq; sibi licere unū idemq; decretum omnipotentis Dei disertè in sacris literis expressum, iam sic, mox aliter, atq; adeò contrario modo exponere, & praxi ipsa exercere: quod tū in nostra edita Norma istorum Synodi, non ita dudum, citatis ad uerbum ipsorum proprijs testimonijs, ostendimus: tum etiam ipsimet opere ac praxi, usuq; ipso multo luculentius comprobarunt toties contrarijs decretis, modò prohibita cōmunionē sub utraq; specie, quam filius Dei grauissimè sanxit, mādauitq;, modò etiam contrā approbata. Nec prioris tantum ac tenebrosi illius seculi hæc Papæ præconia & sacrarum literarū contumeliæ fuerunt, sed etiam recentissimorum scriptorū post illustratam ueritatem. Videantur inter alia etiam disputationes Cardilli Hispani, pro concilio istic superiore anno editæ: in quibus toties Papa terrenus Deus expressè nominatur, eumq; errare non posse, nec à quoquā in hoc mundo iudicari debere, contenditur: omnes uerò contrā ab ipso iudicandos esse, pertinacissimè & prolixissimè disputatur.

Videatur uel solum uulgaris Lipomani Veronensis episcopi liber istic impressus, titulo, Confirmatione, &c. in quo disertè contendit, Ecclesiam esse supra Scripturam, iudicare & regere Scripturas: ipsiusq; esse, dare Scripturis legitimum & uerum sensum, quia Scripturæ nos dubijs liberare nequeant. Quis uerò, obsecro, tandem usus est legum, quæ regi, nō regere, accipere, nō dare uerā sententiā debeāt? Similis, aut etiā multo prophanior uerbi Dei cōculcatio est, quòd cardinalis Hosius nugatur, expressum Dei uerbū esse ipsam charitatem, eamq; solam ad salutē sufficere. Qua ratione Christus cū suo Euāgelio, uerbo aut scriptura, prorsus aboletur.

Ista profectò aduersariorum sacrosancti uerbi Dei plusquam sacrilega prophanatio, & contrà blasphema suæ dignitatis authoritatisue, aut tyrannidis potius exaltatio, supra omne id quod dicitur Deus aut cultus, manifestè indicat, ipsos tum liquidò cernere, tum quasi clara uoce confiteri, suam Religionem patrocinio sacrarum literarum defendi nō posse (nemo enim libenter sua iura extenuat) eoque ipsos uelle eam illo Pythagorico seuto, *αὐτὸς ἔφα*, Ipse dixit, Papa decreuit, protegere: uel potius tyrannico illo uiolentoque gladio tueri, SIC VOLO, SIC IUBEO, SIT TIBI PRO RATIONE NOSTRA VOLUNTAS: ut disertè in eorum Canonico iure habetur, quòd Papæ sit pro ratione uoluntas, nemoque dicere debeat, Cur hoc sic facis?

Si quis uult manifestariam falsitatem impietatemque Papiæ doctrinæ deprehendere, uel solum Iesuitarum (qui nunc flos ipse Pontificiorum Theologorum sunt) Catechismum legat, qui primùm anno 54 Viennæ prodijt, & postea etiam sæpius recusus est, ac in compendium quoque nō ita dudum à Canisio illorum patriarcha primario est redactus, ac denique etiam amplissimis monarcharum bullis exornatus, colaudatusque, quod uerè germaneque doctrinam Romanæ ecclesiæ contineat: & insuper omnibus, ut secundum eum credant, seuerissimè est iniunctum.

In eo sanè authentico ac sacrosancto istorum libro, aut Euangelio potius, manifestè ipsissimum Ethnicismum reperies. Nam in descriptione iusticiæ Christianæ, qua coram Deo iustificemur ac saluemur, fol. 117. primæ editionis, & aliquot paginis sequentibus, totam Christianam iusticiam collocat in sola nostra ommissione malorum operum, & operatione bonorum. Christi uerò iusticiæ aut obedientiæ meritorum, passionis aut sanguinis, quòd ea coram Deo iustificari debeamus, nulla prorsus ibi fit mentio.

Quam autem obsecro aliam doctrinam de iusticia proponeret aliquis Ethnicus sapiens, Aristoteles, Plato, Auerroes, Mahometus, aut aliquis Iudaicus Rabinus uel Phariseus, uel  
etiam

etiam quiuis non prorsus furiosus Turcus aut Tartarus, quam istam ipsam. Omitte mala opera aut facta, & fac bona. Si hæc est propria peccatoris coram Deo iusticia, tum liberè vereq; cum Paulo dicere possumus, Christum frustra mortuum passumq; esse.

Ita iste flos Theologorum Papæ nihil plus nouit de primario Christianæ Religionis capite, nempe de iusticia Christiana, qua sola omnes miseros peccatores in illo seruerissimo Dei iudicio iustificari seruariq; oporteat, quam aliquis Turcus, Ethnicus, Iudæus, aut quiuis alius trux & barbarus idololatra, & ab omni doctrina religioneq; Christi alienus.

Sic idem ille authenticissimus liber Papisticae doctrinae, cum de peccatorum expiatione, propitiatione, & Dei placatione, fol. 145. & sequentibus, differit, quod est primariū ac penè unicum officium Christi, disertissimè affirmat, multos esse *M O D O S* (sunt eius uerba) media aut rationes expiandi peccata. Ex quibus ille ibi sex enumerat, inter quos nullum prorsus locum dat sanguini aut passioni Christi. Quod quid tandem aliud est, quam unicum illum agnum Dei (cui tota Scriptura, omnesque Prophetæ & Apostoli uno ore testimonium dant, quod præter ipsum non sit aliud nomen sub cælo datum, quod auferat peccata mundi, patremque coelestem nobis conciliet) unà cum sua passione prorsus ac funditùs abolere?

Si iusticia obedientia ac exinanitionis passionisq; Christi, non est unica nostra iusticia: si eiusdem propitiatorum sacrificium passionis non est unica perlitatio, expiandiq; nostra totiusq; mundi peccata ratio: quid nobis prodest, utilisue est Christus, cum sua incarnatione, obedientia, & passione?

Solent aduersarij, cum eis fœdi errores suæ Theologiæ ex ipsorum scriptoribus obijciuntur, negare, illum esse commonem ipsorum consensum: nec se teneri reddere ratio-

nem, quid singuli aliqui doceant. At ille liber, ut modò dixi, & adiunctum summæ autoritatis diploma testatur, tum à multis summisq; istorum Theologis comprobatus est, tum continet communem istorum consensum, & (ut ipsi loqui solent) prorsus Catholicam Romanæ ecclesiæ religionem: atq; adeò etiam in plerisq; Academijs publicè, ut sacrosanctum librū, legendū esse decreto admonet. Quod quidē decretum insuper seuerissimè omnibus concionatoribus & ludimagistris mandat, ut illum solum Catechismum auditu ribus proponant.

Est quoq; insuper iam aliquoties renouatum, nō sine ad ditamento commendationis libri, & seueritatis pœnæ.

Videntur igitur omnino isti Iesuitici seductores id agere, ut Mahometanismo, armorum uiolētia in nos irruenti, ad itum aperiant, & hominum mentes ueluti initiali alphabetariaq; quadam institutione præparent. Cum enim inuentus & alij quoq; Turcicam iusticiæ & iustificationis ac salutis æternæ rationem uiamq;, & peccatorum expiationem, quæ sunt præcipua Religionis capita, imbiberint, uerāq; ac Christianam esse persuasi fuerint: facillè postea, regnante Turco, porrò in Mahometismum prorsus degenerabunt. Nam ista duo religionis capita prorsus primaria sunt, & in maxima totius religionis praxi uersantur.

Quartò, ex prædicto Papistarum summæ autoritatis libro liquidissimè demonstratur, ipsos extremè impiam, Pharisæicā, Turcicā, & planè Antichristianā, aut Christi officio ex diametro repugnantē doctrinā Religionemq; proponere, & apertè profiteri, pusillisq; Christi fraude & sanguinaria uolentia obtrudere conari. Dolendū profectò & deplorandum est, monarchas tam impiū genus doctrine suis seuerissimis edictis, miseris subditis uia ac uolētia obtrudere conari.

¶ Hactenus dixi de summa præcipuorum capitum ueræ doctrinæ, deq; manifestis indicijs falsitatis pontificiæ abominacionis. Vestræ uerò laudatiss. celebratissimæq; Sapientia & grauitatis fuerit, habere curam uestræ subditorumq; salutis,

lutis, quæ maxima ex parte ex religionis puritate dependet: & accuratè dijudicare, utra doctrina fidesq; sit uerior ac sincerior. Nolite, prudentissimè uiri ac Patres, ulterius permittere istam horrendam sacrificorum tyrannidem, adeò liberè impuneq; in uestram florentissimã remp. dominiumq; quæ sola hoc tempore libera est, grassari: qui politicos homines quantumuis doctos, prudentes, aut alioqui præstantes, à rerum sacrarum studio, cognitioneq; impiè arcant, eorum sententiam audacter nefarieq; contemnunt, sibiq; solis earum rerum iudicium temerè usurpant, postulantes ut reliqui homines, quasi clausis oculis & auribus, ipsos uerè, ob summam inscitiam, turpissimosq; mores & peruersissimos affectus, cupiditatesq;, cæcos duces sequantur, quò scilicet utriq; in foueam externi exitij præcipites corruant.

Tam fœda profectò, tamq; palpabilis spurcicies, aut Sodoma potius, libidinũ fœdissimarum: tam tetra rapacitas auaritiæ ac Symoniæ, tam deniq; nefanda omnium morum peruersitas est sacrificorum, monachorum, & prælatorum, atq; adeò ipsius etiã sacrosanctæ aulæ ac sedis Romanæ, quòd iam etiã ipsorum propria scripta, atq; adeò aliquot orationes in isto ipso Tridentino conciliabulo recitatæ ultrò confitentur & testantur, ut nemo uel stultissimus (necdũ uos cautissimè & cordatissimè Gubernatores) eis suas filias, sorores, aut uxores, nemo suos thesauros, multo minus suas ciuitates aut arces concedere uelit.

Quanto igitur minus ipsis æterna salus animæ, ueracq; Religio (quæ in infinitũ omnes thesauros mundi superant, charioraq; nobis esse debent, & maiori sollicitudine diligenda atq; custodienda sunt) eis credi deberent?

Quàm illi nefariè sacrosanctam IESU CHRISTI Religionem tum ignorent, tum peruertant, ac in quæstum ambitionemq; suam conuertant, præter ipsorum propria scripta id propalãm conscientia, innumera passim per orbẽ terrarum crassissimaq; exempla testantur, quæ ubique in omnium oculos incurunt.

Liceat mihi quaeso bona uenia augustissimi Senatus, ex ista uestra celeberrima urbe specimen proferre istorum uerius luporum, quàm pastorum, horrendæ contaminationis Religionis IESU CHRISTI. Non fit id profectò ullo cõtemptu nobilissimæ urbis: sed ut ex re præsentis petito certitudinis indicio, tanto clarius compertiusq; rei ueritas perspiciatur.

In uestibulo speciosissimæ portæ D. Marci, sub quatuor æneis equis, sunt depicti, illa sumptuosiss. pictura quam uulgò Musaicam uocant, quatuor Euangelistæ: singulisq; sui uersus, quibus inuocandi compellandiuë sint, adscripti. S. Matthæo, qui primus est, hæc inuocatio adiuncta est:

*Ablue cuncta reæ mentis mala sancte Matthæe.*

Diuo porrò Iohanni, qui est ultimus, hæc:

*Quo sine fine manes, perduc nos uirgo Iohannes.*

Quibus precationibus manifestè ex mortuis sanctis nō mediatores tantum, sed & ueri ac omnipotentes Dñi finguntur. Quid enim quisquam maius & melius ab æterno Deo petere possit, quàm purificationem mentis, seu iusticiam, & uitam æternam, aut regnum cœlorum? quod isti à mortuis hominibus directè petunt. Similia complura sunt in isto templo, alijsq; istic passim.

Iisdem etiã idololatricis inuocationibus propalàm ac penitus abrogatur Christo suum uerum officium, eiusq; beneficia & gloria in miseros, peccatoresq; homunciones transcribuntur. Nam cum Scriptura sanguini Christi tribuat, quòd is nos mundet ab omnibus nostris peccatis, sordibusq;: & solus ille agnus auferat peccata mundi, solusq; filius Dei nostras mentes cœlitùs misso Spiritu S. renouet ac regeneret: istæ blasphemæ precationes, istud tantum minus ac opus, Matthæo olim publicano tribuunt. Sic, cum Christus affirmet, se solum esse uiam, ostium & aditum ad patrem ac uitam æternam: cœlumq; & per se tantum intrare, si quis intret: cõtrà, ista blasphema oratio tantam rem à Iohanne pre-

ne precatur. Talem planè idololatricam inuocationem etiã communis, ac istis usitatissima precula, *Salue regina, & Aue regina cœlorum*, innumerãq; aliã continent. Simile est, quòd Antoninus scribit, usitatum fuisse suo tempore sub imagine Pauli scribi, *PER HVNC ITVR AD CHRISTVM.* & sub Dominici, *SED FACILIVS PER ISTVM.*

Ita uidetis, *Dux serenissime, & Senatus inclyte*, istos seductores, & uerè cæcos ductores, tum pro uno uero ac uidente Deo, mortales, atq; adeò mortuos homunciones colere: tum etiam æterni illius uniciq; mediatoris ac seruatoris officium gloriamq; ad miseros peccatores, per summum sacrilegium nefasq; transferre. Quid obsecro tandè est Antichristum agere, si hoc ipsum non est? Talibus abominatibus plenissima sunt istorum templa, libelli precatorij, & similia.

Non libet, nec uacat, omnes alias istius primarij tantæ uerbis tēpli idololatrias enumerare. Sic & alibi istic passim fraude & auaricia sacrificorum subinde nouæ idololatriæ excitantur, quò rei nouitate tanto magis stultum uulgus dementetur, eorumq; prædæ rapinãq; pateat, obnoxiumq; sit.

Olim ante annos L, istic celeberrimus opitulatur, & planè Deus erat S. Fantinus, alijs alioqui gentibus planè ignotus diuus. Ei iam exolescenti, successit Maria de miraculis. Cui S. Rochus, comitatus nescio qua peregrina pictura crucifixi: quò ingens frequentia hominum ante annos 30, omnibus horis confluebat. Illo porrò, quoq; ignoto alijs mortalis, diuo senescente, aut etiam exulcere (quod perpetuò præ dolore cruciatuq; ostentabat) mortuo, totam illam seductæ multitudinis clientelam pictura ante armamentarium nauale sita ad se rapuit. Qua itidem iam quasi effoeta, ut miracula non pariat, excitata est alia imago in sordido quodam hortuli pariete, in platea quam uocant Della Tana, prope templum Blasij, quod sordidum idolam mox parrochus, aut (ut isti uocant) plebanus Blasianus in suum templum unã cū illo fragmento parietis, ingenti cū pōpa & sacrosancta solenni-



solennitate transtulit, altare sumptuosum ei extruxit, largissimasque indulgentias impetrauit, plurimas candelas de die, utpote oculos habenti & non uidenti, solet accendere, eique innumeras Missas offerre: fingens & ebuccinans infinita miracula, quae illa mortua pictura & paries omnibus diebus & horis patret. Effossum porro parietem horti, albo muro bonus ille plebanus sarcinuit, quo nihilominus uetulae & stulta plebecula solet conuenire, ibi orare, & adorare absentem deam, ac parietem nouum exosculari. Sapiuit sane plebanus, quod album parietem reliquit, nulla noua pictura in locum ueteris substituta. alioqui non pauci deserto eius transportato idolo, ad pristinum locum confluere, plurimumque eius (ut uocant) offertae ac lucro decederet.

Ad illud igitur transportatum idolum, stultum uulgus conuenit, infinitas Missas idolo offerendas coemit, indulgentias mercatur, & alioqui infinitam pecuniam offert: unde bonus plebanus cum suis sodalibus laute se suaque scorta alit, & quas potest corrumpit, offerens interim non parum etiam domino Legato, & ipsimet sacrosancto patri Papae. Istas plusquam Aegyptias abominationes, dominus Inquisitor, Legatus & Pontifex, non uident: quia auro tectae, ornataeque sunt.

Talia plane infinita istis, & alibi in Papatu, quotidie accidunt. Denique quamprimum aliqua uel superstitiosa uetula, uel etiam malitiosa lena, subornata a quopiam auaro sacrificio aut monacho, de aliqua pictura exclamat, La madonna pianze, La madona pianze (id est; domina lachrymat, exudante humorem pariete picturae) mox eodem miserum uulgus, sine omni intellectu, cogitatione, aut ueritatis inquisitione, diuinique uerbi ac mandati consideratione, plane ut bruta, tanquam ad praesentissimum quendam opitulatorum Deum confluit, prorsus sicut Paulus de Ethnicis inquit: Ad simulacrum ignotae deae Genouefae in summis discriminibus ac difficultatibus, tanquam praesentaneum quoddam ac orbi terrarum salutare numen circumgestatur: & alibi alia. Taliu enim prorsus

prorsus ethnicarum idololatriarum non est in Papatu ullus  
modus, finis aut numerus.

O' uos mercenarij pastores, aut lupi potius: ô cæci, cæco-  
rumq; duces: O' uos quoq; mundi gubernatores, quomo-  
do in extrema illius horrendi iudicij die de tam manifesta-  
rijs & plusquam Aegyptijs abominationibus, deq; tam infi-  
nitarū animarum æterno exitio, illi seuerissimo iudici ratio-  
nem reddetis?

Nec ociatur aut cæcutit in tali lucrî occasione sanctissi-  
mus Pontifex, cum suis purpuratis harpyis. quamprimùm e-  
nim à talium idolorum mystis aut ministris, oblati muneri-  
bus petuntur indulgentiæ, eò concurrentibus & offerenti-  
bus aliquid: mox eum cultum, ut Catholicissimum confir-  
mat, & insuper ampliss. indulgentiarū bullis largitionibusq;  
exornat, supersticiosamq; plebeculam, ex stulta porro insa-  
nam. fascinatam, attonitamq; reddit & excantat.

O' miseranda & deploranda hominum cæcitas ac fascina-  
tio: O' detestanda & execranda istorum pastorū, uel potius  
luporum hæresis aut malitia, qui fictis miraculis pecuniariæ  
rapinæ gratia, uilissimas imagunculas ac idola, pro uero ac  
uiuente Deo adorandas, colendas ac inuocandas misero im-  
prudentiq; popello obtrudunt.

Quod si etiam uerè tale aliquod factum aut miraculū ac-  
cideret (quod impostori & mille artifici illi spiritui, quin &  
hominibus per facile factu est: atq; adeò & ipsa natura est fri-  
gidi lapidis ac parietis, ut in isto tam humido loco uaporem  
attrahat, condensetq; in humorem, ac exstillet) quid tandem  
mirum esset: Præstigiatores me hercle, & ludiones isti, in fo-  
ro D. Marci, aut in Riualto multò faciunt maiora miracu-  
la istis idolis, quæ fascinata & miserè dementata plebecula  
simpliciter, ut uerum ac omnipotentem Deum, inuocat. id  
quod appensa tabellæ, continentes eorum inuocationes ac  
uota in periculis maris, morborum, aut alijs facta, adoratio-  
nes item, geniculationes, preces, candelæ, & sacrosanctarū  
Missarum oblationes continuè liquidò testantur.

f

Istam

¶ Iſtam ne igitur monſtroſam Religionē ſpurciſſimorū ac rapaciſſimorum ſacrificorū, qui de animarum ueſtrarū interitu ſordidum ſacrilegumq; lucrū (proh dolor) exercent, iſtā infinitarum animarū perniciē, & nefandā diuinæ gloriæ uiolationē, uiuentisq; Dei offenſionē & irritationē, diutius (ſapientis. auguſtiſſimiq; Patres) tolerabitis; & nō potius adhibita graui maturaq; dijudicatione cohibebitis, & prohibebitis? Quod ſape etiā ethnicus ille Romanorum ſenatus in prohibendis nouis ſuperſtitionib. grauiter ſeueriterq; fecit.

Non ſunt profectō iſta uobis diutius ſolita patientia toleranda. Onerāt enim uos, ueſtramq; florentis. Rempub. graui ira poeniſq; Dei. Nam etiā ſi haecenus Deus (ut Paulus Athenienſibus concionatur) tempora ignorantiae diſſimulauerit, tamen nunc miſſo uerbo, inſtaurataq; Religione, inuitat omnes ad reſipiſcentiā: omneſq; hortatur, uti ſeſe ad extremæ diei iudicium comparent, reddaturi rationem totius ſuæ uillicationis ac uitæ. Videndum igitur profectō eſt omnibus hominibus, ne tempus uiſitationis Dei turpiter negligant. Cum enim Deus inſtaurat uerbi ſui prædicationē, ple-runq; iam (ut Baptiſta loquitur) ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, in eiusq; extremum exitiū imminet, incumbitq;. Quale tempus certē hoc præſens eſt, quo Deus mundum uiſitans, Religionemq; ſuam inſtaurans, Antichriſtum ſub ſpecie, nomine laruaq; angeli lucis graſſantem arripuit, in medium protraxit, eamq; cœleſtem perſonam ouillamq; pellē illi potenter detraxit: omnibusq; hominibus, ne quis ſeſe excuſare de ignorantia queat, eius horribilem, infernalemq; aut Gorgoneum uultum publicē cōmonſtrauit: eumq; cum omnibus eius abominationibus, pro ipſiſſimo Antichriſto, ſumo inferorum uicario ac miniſtro, atrocisſimoq; ſuo hoſte ab omnibus haberi & deuoueri ſeueriſſimē mandauit.

Miſit Deus hoc tēpore uiſitationis & illuſtrandæ Religionis ſuæ, cum alijs omnibus gētibus ſuos quosdā doctores & monitores: tū etiā ueſtris illuſtr. Dominationib. inter alios, duos nequaq; obſcuros legatos, aut uerbi uoluntatisq; ſuæ prædi-

prædicatores: nempe Franciscū Spierā, & R. uirū fratrem Baldū Lupetinū, ciuē & cognatū, ueritatisq; præceptorē meū.

Quorum prior, cū esset clarus uir, celebrisq; caudidicus, tum & ingenio, tum faciūdia, tum & eruditione multos alios præstantes uiros longē anteiret, ueritatemq; sincerioris Religionis agnouisset, & cōfessus fuisset, & Antichristi errores damnasset, ac multos de ueritate edocuisset: tandē istic à Pōtificio legato, minis uolentiāq; coactus est agnitum Christi Euangelion contra conscientiam damnare, & abnegare.

Verūm Deus eū, ueluti alterū Iudam, filijq; sui proditorē, eo sensu iræ suæ feriūt, in ipsissimū infernū proiecit, & præsentī demonū carnificina, ac planē tartareo horrēdoq; cruciatu uiuentē adhuc alijs, tū persecutoribus, tū cōtemptorib. ueritatis suę, in cōspicuū, modisq; omnib. expauescendū exemplū diu excarnificari uoluit, clamantē ac uociferatē sine fine in illustri & frequētis. loco publicę Academię Patauij, se ob abiuratā damnatāq; agnitā uiuētis Dei ueritatē, in æternū damnatū esse: non multo aliter, ac ille apud inferos uociferatur,

*Discite mortales iusticiam, & non spernere Deum.*

Quod profectō ualde memorabile Dei miraculū, nulli omnino humanæ fraudi aut Physicæ causæ tribui potuit, ut multo doctiss. uiri ex omnibus profefsionibus & nationibus, qui eum corā sapius inuiserunt & allocuti sunt, testantur: quæ historia multorum publicis scriptis, omnibus fermē notioribus linguis editis euulgata, celebrataq; est.

Alter uerō R. uir Baldus Lupetinus, ex nobili genere uertissimāq; profapia ortus, & doctiss. monachus, ac minister prouincialis, postq; longo tēpore plurib. ciuitatibus magna cum laude uerbū Dei utraq; uulgari prædicauerat, & in multis celebribus locis cū laude disputauerat, tandē istic ab inquisitore & legato Antichristi est in tetros carceres coniectus: in quibus fermē xx annis testimoniū Euangelio Christi cōstanter præbuit, aded ut eius uincula & doctrina nō tantū isti urbi, sed etiā fermē toti Italię, atq; aded toti etiā Europæ innotescerent, ueritasq; Euāgelij eo latius spargeretur.

Quam doctrinam tandem ille pientiss. & praestantiss. uir, nullis minis aut pollicitationibus, diutinoque carceris squalore aut miserando cruciatu immutatus, constanti martyrio in mari submersus confirmauit.

In quo, inter alia plurima, etiam illud profecto prorsus admirabile diuinæ prouidentiae uestigium apparuit, quod nec principes Germaniae aliquoties pro eo intercedentes, eum liberare potuerunt: nec e contra legatus pontificius ac inquisitor, atque adeo ipsemet Antichristus, cum multum sudassent, seduloque institissent, efficere potuerunt, ut mox initio exuretur. Cum enim iam condemnatus esset, sereniss. Ducis ipsiusque collegij sententia est ab ignis supplicio liberatus.

Adeo prorsus uoluit Deus, eum tali quasi cruci affixum, diutissime ueritati testimonium praebere: & ueluti ex alto, de infaurata Christi Religione, & Antichristi Romani reuelatione, omnibus hominibus in tam frequenti omnium gentium theatro concionari.

Nec nullus agnoscendae ueritatis monitor fuit uestro florentiss. Dominio, Reique publici, clariss. ac doctissimus uir Gasparus Contarenus, celebri istic Patriciorum familia oritur, summis honoribus in ista ampliss. Repub. maxima cum laude perfunctus: quem puer in grauissima causa fauorabiliter pro nobis dicentem, in collegio serenissimi Ducis cognoui. Is igitur heros fuit postremo factus Cardinalis, ac legatus ad comitia Ratisponensia anni 1541, ubi initio in pluribus capitibus ueram Christi doctrinam agnouit. Inter quae etiam admisit, uitam aeternam esse merum donum Dei, ac propter Christum contingere: nec ullo modo ulla nostra bona opera uere esse aut dici posse meritoria uitae aeternae: id quod eius impressa Epistola ad Alexandrum Farnesum Cardinalem & nepotem Papae, cum ipso ea de re exposulante, anno 1563 Basileae edita testatur. Ex qua etiam apparet, Papam, Cardinales, & totam illam aulam egerrime tulisse, tanta ab eo nostris statibus ac doctoribus in concordatis articulis concessa esse.

Atque

Atq; ob eam causam, is tantus uir, tum absens, ac adhuc in illa functione sua existens, acerbis Pontificis Cardinaliumq; literis est flagellatus. ideoq; postremis scriptis, actionibusq; admodum duris & crudis, uel potius cruentis, quasi reuocare coactus est ea omnia, quæ prius aliquanto lenius egerat, ut ex Actis ipsis apparet. tum etiam postea tabifico ueneno ab illis ueneficis patribus est extinctus: ut ipsemet iam ægro tans, celebri tunc monacho Bernharo Ochino, ob conciones aliquanto saniores & liberiores istic Venetijs habitas Romam citato, questus testificatusq; est, dissuadens, ne ille ullo modo coram pontifice compareret.

¶ Est quoq; uebis, Patres sapientissimi, nō parua Dei monitio, atq; adeo euidens iudicium iræ Dei, q̄ ante quadrien nium ista tam sumptuosa, terribilis & gloriosa machina aut moles ingētis nauis quam Gallionem uocarunt, quæ ueluti firmis, propugnaculum totius istius potentiss. dominij esse uidebatur, uixdum in aquam inducta, tam facili momento, ac uerè (iuxta prouerbiū) in portu, & anteq; se quoquā ex portu mouisset, parua tempestate subuersa & submersa est. Cui insuper & illud mirabile, quasi colophōis uice accessit, quod ex tam paruo profundo nullis machinis, nullisq; sumptibus, in tanta summorum architectorum copia, & tanta diligentia ac studio extrahi queat.

Quo facto Omnipotens ille cœli terręq; creator, conseruator & rector, uestras ornatiss. Amplitudines monuit, suū esse regnum, potentiam ac gloriam: ac per se, suo uere fauore imperia politiasq; uel stare ac florere, uel etiam ruere: eoq; uobis quamprimū filium suum, eiusq; regnum ac Euangelium omnino suscipiendū, eiq; portas urbis Imperijq; istius aperiendas esse. Ipsum enim solum esse, qui possit uiuificare & mortificare: quiq; toto mundo frustra repugnāte, omnes suos aduersarios, quantumuis præpotentes, possit, ac tandē uelit, non aliter ac testacea uasa ferreo scepro comminuere ac dispergere: non autem illum trucē ac minacem Antichristum Romanum, eiusq; satellites, ac conspiratas cōiuratasq;

cōtra Deū & Christū eius cohortes, quantūuis omnib. suas impias abominationes tyrānidēq; negligētib. dira minent.

Quid est q; uel uestrae illustres Dominationes, uel alij uli sapientes ac potētes homines, uel omnino quisq; mortaliū in Tridentinū conciliabulū respiciat, aliquot mitratorū histriōnū, quorū tū uitae foedissima turpissimāq; exempla, nō uetera tantū, sed iam quoq; Tridenti patrata: tum alia multiplex iniusticia, factiositas ac partialitas, est omnib. hominib. praesertim uerō toti Italiae, notissima & decātatissima: Quid enim (sapientissimi religiosissimiq; uiri) ab illo coetu boni in Religione expectari potest, qui non uult uerbū uiuētis Dei, aut sacras literas, p unica ueritatis norma habere? Sed se Ecclesiā esse audacter iactat, sibiq; magis q; Euāgelio credēdū esse blasphemē gloriā: ut superius breuiter, et i edita Norma synodi plixē de istis, idēq; ex ipsorū pprio ore demonstratū est.

Quod enim alia illorū pars aut factio huic, alia alij, & iterū alia alij monarchae addicta, obstricta, adiurataq; sit, satis eorum ac conciliabuli ipsius dissipationes acerbissimaq; certamina quae acciderunt Anno 1548, atq; adeo tot publicae impressaeq; monarcharum de ea re Protestationes testantur.

Verum de extrema illius conuenticuli iniusticia, factio- numq; studio ac seruitute, & quam nullo modo Christianū, legitimū ac liberū Conciliū dici possit, debeatue, prolixissi- me est in plurimis publicisq; scriptis, Recusationib. & Prote- stationibus, tū ab omnib. Statibus August. cōfessionis, tū & ab eorū concionatoribus, non tantū antea, sed & superiori anno neruose euidenterq; declaratum ac demonstratum.

Sat certē scio, nec uestras longē sapientis. Dominationes, nec aliū quenq; prudentem & grauem cautumq; gubernato- rem, illi coetui suā aliquā munitā urbem, arcemue magni mo- menti crediturum, eorumue fidei cōmissurum esse. Quanto igitur minus illis uestras ac uestrorum fidelissimorum subdi- torum animas, aeternamq; salutem credere debetis? Papa- rum profectō uasra malitia, ac cōtra istum ornatissimum sta- tūm plusquam Vatīnianum odium, cū ex innumeris bellis haecenus

hactenus, cōtra istā Remp. excitatis liquidò apparet: tum & ex eo, quòd fraudulenter subinde aliquos primarios, potentes industriosq; & deniq; secretorū istius domini peritissimos uiros, ex ista urbe sibi uel per cardinalicium galerū, uel per alia beneficia titulosq; & uelut quasdam inescationes adiungit, arctissimisq; iuramentis adstringit & quasi deuouet: id nimirū astute scelerateq; agens, ut per eos tum secreta istius Augustissimi regiminis, perpetuarumq; consultationum & actionum cognoscat, alijsq; prodat: tum etiam per eosdem, illisq; adiunctos, istud florentiss. dominium sub suo iugo abominationeq; detineat.

Hac iam (sereniss. Princeps & augustiss. Patres) paulo liberius, uti Christi ministrum, uestriq; boni studiosissimum hominem, idq; in optima causa, ac deniq; in libera Repub. & coram mitiss. lenissimisq; gubernatoribus cōuenit, de re omnium grauissima, nempe de Religione filij Dei, & Antichristi, iam ingenti Dei beneficio reuelati, imposturis probe dignoscendis & dijudicādis (in quo genere libertas dicendi uel maximè necessaria est) primū quidem ac præcipuè gloriæ filij Dei, deinde & animarum infinitarum salutis gratia differere uolui: petens ac supplicans, summa cum reuerentia, humilitate & animi demissione, ut hæc omnia pro uestro candore, benignitate ac singulari clementia in meliorem partem accipiatis.

Quoniam uerò non ignoro, aduersarios scedis calumnijs nos, nostrasq; Ecclesias ac Religionem deformare istic & alibi, tanquam nostra doctrina nihil firmum, cōstans, ac sibi alijsq; partibus inuicem consentiens habeat: sintq; in nostris Ecclesijs ac doctoribus infinitæ opinionum dissensiones: Ideo uestræ illustres Dominationes hãc adiunctam talium calumniarum refutationem, cognoscendæ etiam in hac parte ueritatis gratia, perlegere poterunt.

Omnino seueriter omnibus præcipit filius Dei, quærere, cognoscere & amplecti cœlestem ueritatem, inquit: **SCRUTAMINI SCRIPTURAS**, quoniam in eis de me scriptum



scriptum est: HABENT Moysen & Prophetas, illos audiāt  
 COELVM & terra transibunt, unum iota aut apex de Scri-  
 ptura non cadet. Intelligite igitur Reges, & erudimini qui iu-  
 dicatis terram: Osculamini filium, ne quando subito exarde-  
 scat ira eius, & pereatis, sicut uasa testacea ferreo sceptro cō-  
 minuta. Est enim hic noster Rex gloriæ, ualde potens in præ-  
 lio. Is profectò adhuc seuerissimè iudicabit in die iræ suæ Re-  
 ges: iudicabit in gentibus, replebit omnia loca cadaueri-  
 bus, & concutiet capita in terra multorum.

Væ autem in primis, illis qui istic ueritatem scientes, mul-  
 tumq; eam promouere ualentes, metuentes uentri suo, opi-  
 bus aut inani gloriolæ, dum pluris gloriam hominum quam  
 Dei gloriam faciunt, turpiter impieq; silent, negligentes in-  
 finitarum animarum atq; adeò suum proprium æternum in-  
 teritum, damnationem uæ: & Religionis gloriæq; filij Dei sa-  
 crilegā cōtaminationē, ac prophanationē, quā quotidie, om-  
 nibusq; horis, suis oculis coram istic spectāt atq; cōtēplant.

DOMINUS IESVS illuminet corda uestra SANCTO  
 suo SPIRITV, ut ipsum & Patrē eius (relictò Antichristo,  
 eiusq; tum humanis traditiunculis & præceptiunculis, tum  
 etiam abominationibus desolationis, ac deniq; intolerabili  
 corporum & animarum tyrannide) uerè agnoscatis.

Ad quam diuinam salutaremq; sapientiam solæ sacræ lite-  
 ræ uos uerè perducere possunt: quas ipsemet Dei filius tantū  
 fecit, a deoq; se ad eas esse obstrictum obligatumq; testatus  
 est, ut subinde hīc in terris agens repetierit in suis Euāgelijis,  
 se ex uoluntate mandatoq; cœlestis patris in eum finem om-  
 nia facere ac pati, ut modò Scriptura impleatur, in quo ueri-  
 tas Dei constet.

At contrā, eadem cœlestia oracula ab Antichristo eiusq;  
 mancipijs fœdissimè contemnuntur, ac deformantur. Quo-  
 rum nefandis blasphemijs, uiolētæ tyrānnidi, & planè cōspi-  
 cuae abominationi desolationis, ipsemet IESVS CHRIS-  
 TVS, cui iam omnis potestas tradita est in cœlo & in terra,  
 ob gloriā nominis sui, & miserorum Christianorum  
 salutem, potenter resistat. Amen.

## DE CONTROVERSIIS AC

DISSIDIIS RELIGIONIS ET SYNAGO-  
GAE PAPISTICAE.

LEMENS Alexādrinus, qui circiter annos 200 post natum Christum uixit, in septimo suorū Stro matum libro clarè testatur: Iudæos & Ethnicos tū temporis ualde molestasse & exagitasse Christianos, hac potissimū calumnia ac insultatione: Vos Christiani inter uosmetipsos dissidetis, totq; & tā

uarias sectas inter uos habetis: quæ licet omnes titulum Christianismi sibi uendicent, tamen alia aliam extremè execratur, detestatur & condemnat. Quare uestra religio neq; uera est, neq; à Deo originem suam duxit: alio qui profectò una, certa, & sibi met consentiens esset. Erant enim eo tempore plus quàm uiginti hæresarchæ, quorū unusquisq; suos peculiare discipulos, cœtusq; Ecclesiasticos & scholasticos habebat: in quorum numero etiam doctissimi & excellentissimi uiri reperiebantur.

Talibus, tamq; uenenatis sycophantis diabolus, & eius satellites, semper Ecclesiam Dei oppugnarunt: & imbecillos Christianos uel seduxerunt, uel saltem languescerunt: quandoquidem alioqui nullas prorsus certas confirmationes sui dogmatis, aut contrà ueræ doctrinæ refutationes habere possunt.

Non est autem admodū difficile illi calumniatori, eiusq; pseudopphetis, reperire talium calumniarum occasionē, messemq; longè amplissimam. Facillimè enim plurimis de causis accidit, ut aliqua dissidia ac certamina in Ecclesia de religione exoriantur.

Nam primū omnes uerè pij, id in primis omniq; studio ac ex mandato Dei agunt, ut ueram doctrinam, cultumq; purum incontaminatumq; conseruent: & contrà, omnia fermenta sathanæ, à quocunq; demum inuecta, quàm mundissimè ex ea expurgent.

Quare nequaquam uel ad mediocres corruptelas, si fortè quas animaduertunt, uel ad horam conuiuent.

Deinde perfacile fit, ut pro humana imbecillitate aliquis uel à uero aberrret: uel etiam si non aberrauit, tamen uel sui improprij sermonis culpa, uel aliorum imperiti intellectus, aberrasse uideatur: eoq; alij sinceri doctores & auditores acri zelo contra eum com-

moueantur, ut legitur Iosue 22, de decē tribubus contra illas seſ-  
quitres, quæ ultra Iordanem habitabant, re non ſatis intellecta ue-  
hementer inflammatas concitatasq; fuiſſe.

Hoc uerò ſolet accidere tum ob doctrinæ cœleſtis ſummâ diffi-  
cultatem, tum (ſicut dixi) ob naturæ humanæ imbecillitatē, quæ  
facillimè à uero aberrat.

Luculenta huius calamitatis exempla in ipſiſmet Apoſtoliſ  
habemus, qui licet cum ipſo filio Dei perpetuò, familiariffimeq;  
uiſitarent, & ferme dies ac noctes eius conciones inſtitutionesq;  
audirent, eumq; de quibus uellent conſulerent: tamen ſubinde du-  
bia, & diſceptationes quoq; inter ſe habebant.

Poſtremò, cum hæc ſit præcipua ſatanæ machina, ac prima-  
rius conatus, ut ſinceram doctrinam uel prorfus aboleat, uel ſaltè  
aliqua ex parte corrumpat & contamineſ, & pios doctores ac audi-  
tores diſſidere faciat, eosq; inuicem ad certamina prouocet: facil-  
limè ſanè èuenit, ut aliqua triſtis contentio, ac ueluti incendiū ſubi-  
tò inter Chriſtianos exoriatur, dum hinc pij acerrimè errores cum  
ſuis authoribus oppugnant, inde uerò ſeductores & ſeducti prorfus  
cedere non uolunt. Nam ſi uſquam citò liſ ex minimis uer-  
bis maxima creſcit, tum præſertim in Eccleſia, ac uera religione.

Exemplum huius calamitatis illuſtre eſt, quòd aliud Petro, a-  
liud Chriſto placuerit. Ideo quoq; ſanctiffimus ille Petrus paulo  
antè à Domino præclariffimè laudatus, mox in tetrum ſathanam,  
teſte Chriſto, transformatur: Matth. 18. Aliud item Paulo, aliud  
Petro, Gal. 2. probatur, adeò ut corâ tota Eccleſia acriter cõtendât.

Ex eodem malo fonte illud quoq; ſequitur, quòd etiam inter  
ueros Chriſtianos alius à partibus Cephæ, alius à partibus Pauli,  
tertius Apollinis eſſe uelit: ſicuti hæc peſtis continuò in ipſiſmet  
Apoſtolicis Eccleſijs inualuit.

Talia ſcandala & certamina perpetuò in domo ac populo Do-  
mini, idq; nonnunquam etiam inter coniunctiffimos & ſanctiffi-  
mos extiterunt, & exiſtunt: ut inter fratres Moſem, Mariam & Aa-  
ronem accidiſſe uidemus. Talia nobis quoq; nunc obijciunt &  
exprobrant Papiſtæ, ad euertendam ueritatem ſacroſancti Euange-  
lij, aut ad minimum in ſuſpicionem adducendam falſitatis apud  
puſillos & ſimplices Chriſtianos: quando quidem liquidò uident,  
quòd idololatriam & abominationem ſuam Babyloſicam firmiſ-  
ſimis & euidentiſſimis argumentis ex ueritate uerbi Dei deprom-  
pris de-

ptis defendere & palliare minimè possint.

Est uerò ualde obseruatu dignum, & tum blasphemii Papistarū spiritus, tum etiam desperatæ eorum causæ palpabile indicium, quòd nunc potissimum istis duabus machinis, ueluti amissis fractisq; alijs, nos oppugnent: nempe primùm conquerendo, aut etiã audacter fingendo & mentiendo uarios nostros lapsus & scandala, eaq; exagitando: deinde foedissimè sacras literas eleuando, imò & sacrilegè blasphemando, ac pedibus proculcando: ut in Norma Synodi non ita dudum liquidò ostendimus.

Hiscè ipsis prorsus artibus etiam ipsemet diabolus cõtra Christi Ecclesiam ac religionem furenter grassatur, nempe eleuando & in contemptum adducendo sacras literas, cui unico Apostolorum & prophetarum fundamento superextructi sumus. Et contrà obijciendo & exaggerando uaria scandala & offendicula, deformitates ac ueluti maculas næuosq; cõetus populiq; Dei, sine quibus hæc misera uita non est.

Cum autem de posteriore illorum diabolica machina seu de sacrarum literarum sacrilega prophanatione aliàs dictum sit: nunc de priori, id est de nostris dissidijs illis aliquid respondebimus.

¶ Ad hoc igitur istorum diabolicum machinamentum primùm respondetur, ueritatem & Ecclesiam Dei non esse in causa, quòd hostis humani generis zizaniã suã in agro Domini inter bonã segetem spargat & seminet, quodq; uariæ hærefes in mûdo excre-scant & nascantur: imò quòd hæretici ex eadem Ecclesia uideantur prodire: sicut S. Paulus Actor. 20. & D. Iohannes ac Petrus iam antea diuino spiritu prædixerunt futurum esse. Non enim excitat uel approbat Ecclesia errores, sicut nec nos quidem huius temporis corruptelas aut sectas approbamus aut excusamus: quin potius eas acerrimè reprehendimus, & confutamus. Quarum tamen pleræq; papatui simillimæ & ex ipso exortæ sunt.

Sic sanè neq; in eo sumus culpandi, neq; diuina ueritas aut Ecclesia Dei, quòd quidam particulares aut singuli homines nonnunquam non recto pede incedentes, interdum ueritati ( ut olim Aaron, Gedeon, Salomon, Heli, aut Petrus ) grauissimè obsunt. Quibus etsi ante oculos subijciantur sui errores, ita ut perspicuè conuicti, ipsimet eos deprehendere, & nonnunquam fateri necesse habeant: tamen aliqui eorum propter ambitionem & infamiam temporariam, nullo modo abijcere aut damnare illos propalã ac

ingenuè, ut oportebat, uolunt: sed uererem illum Adamum, omnium patrem, sequentes, ficulneis quibusdam folijs sua peccata uelare conantur.

Negare quidem & illud nemo potest, Osiandri papisticos errores tam euidenter & unanimiter esse à nostris doctoribus & Ecclesijs refutatos, ut ab istis Osiandristis palpari iam possint, quod nonnulla eorum mandata, clandestinæ reuocationes & epistolæ quorundam illustrissimorum Principum testantur: attamen ad damnationem solennem illorum deliriorum, & reuocationem coram Deo & Ecclesia scriptis excusis, neq; illi, neq; eorū patroni aut defensores adduci possunt. Quod autem Osiandri sententia cum Papistica conueniat, inde patet: quia utriq; infusa, aut intra nos existente iusticia, utriq; nouitate, utriq; etiam substantiali iusticia nos iustificari uolunt. Nam licet Papistæ docēt, nos nostra charitate iustificari: tamen eam esse ipsummet Spiritum S. clarè & prolixè M. Sententiarum asserit lib. 1. dist. 17.

In eodem pertinaciæ infamiæ carnalis metu hærent etiam illi, qui tēpore Interim, grassantibus crudeliter in nos Papistis, metu, & solita eis humanæ sapientiæ uanitate, Antichristi errores admitterunt, ac fugarunt: ut quāuis eos nunc liquidò perspiciat, & quasi ambabus manibus palpent, tamen propter infamiam & inanem huius mundi gloriolam palàm fateri nolunt, nec illas propudiosas collusiones & perniciosa scandala ex Ecclesia Dei (quæ hoc ab ipsis unice flagitat) radicitus extirpare uolunt. Dicere enim, P E C C A V I, etiam summis uiris difficilimum esse, testatur B. David Psal. 32. proprio experimento edoctus, inquiens: B E A T V S homo, in cuius spiritu non est dolus: id est, excusatio uel negatio sui peccati & erroris, sed ingenua confessio. additq; porro: Cum ipse uellem reticere meum peccatum, contabuerunt ossa mea, die ac nocte aggrauabatur super me manus tua, uersusq; est succus meus in siccitates æstiuas. Dixi, Confitebor peccata mea: & tu remisisti iniquitatem peccati mei.

Vera autem Ecclesia, & serij Christiani, nullo modo æquo animo ferunt istorum impœnitentem noxiamq; pertinaciam: sed semper accusant & redarguūt eorum errores scriptis & uiua uoce, cum coram hominibus, tum corā Deo in orationibus suis: eosq; ad pœnitentiam tollendāq; scandala hortantur, ne sint omnibus posteris offendiculo ac exitio.

Impiè

Impiè ergo profus faciunt calumniatores isti, qui ob paucorū quorundam hominum sua errata defendentium impœnitentiam, nostras Ecclesias religionemq; sua calumniatrice lingua crudeliter flagellant.

Ex hisce igitur constat, in nostra Ecclesia nullam magnam controuersiam aut discrepantiam opinionum uigere. Primò enim corruptelæ & sectarij, ut Anabaptistæ, Osiandristæ, Stenckfeldiani & similes, penitus extra nostrâ Ecclesiâ sunt: & à nobis multo maiori diligentia & seueritate, quàm ab ipsis Papistis, uerbo Dei arguntur & damnantur: sicut etiâ uicissim illi, omisis Papistis, nos acerbius lacerant.

Postea sunt nonnulli singulares homunciones, qui etsi de ipsa ueritate satis euidenter & perspicuè conuicti sunt: tamen noxios Papistarum errores, quos semel pingere metu ceperunt, non planè damnât, sed uerentes infamiâ, ficulneis folijs sua uerèda tegere & ornare non desinunt: quorū pertinacia nequaquâ toti Ecclesiæ potest aut debet imputari, adeoq; importunè obijci, exprobariq;.

¶ Profectò si diligenter euoluerimus statum & historiam ueteris Ecclesiæ, & S. Patrū, ferè similes, uel potius multo maiores controuersias concertationesq; ibi inuenire liceret, quàm nunc in nostris Ecclesijs esse ab aduersarijs finguntur. Nam ut de aliquibus breuiter dicamus, primùm tristia certamina fuerunt inter illos sanctissimos uiros Petrum & Paulum: item inter Barnabam, S. Marcum, & D. Paulum: item inter hunc summū Apostolum, & tot milia Christianorum ex Iudaismo conuersorum, quæ statim post ascensionem Christi in tam efficaci & euidenti præsentia donorum Spiritus S. (Gal. 2. Act. 15. & 21) acciderunt.

¶ Deinde ingens & ualde perniciosa discordia fuit inter Christianos de die Paschali, amplius 300 annis, præsertim inter celeberrimos illos uiros Polycratem D. Ioannis discipulum, & Victorem papam, atq; aded inter omnes Occidentales & Orientales Ecclesias, aded ut sese mutud excommunicarint, & anathematizarint. Quin & Irenæus, alijq; Galliarum episcopi, non leuiter de eisdem rebus cum aliquot Papis contenderunt. Qua de re etiam complures Synodi celebratæ sunt, non sine maximis motibus ac contentionibus, innumerisq; scandalis ac damnis. Hoc idem dissidium etiam inter Anglos & Scotos fuit fermè 600 post Christum annis, teste Petro Cluniacense.

¶ Tertio, ingens certamen extitit inter S. Cyprianum, qui fuit archiepiscopus Carthaginensis ac totius Africae: & papam Cornelium, qui primatum super eum Africanosq; episcopos & Ecclesias sibi audacter rapiebat, & absoluere eos uolebat, quos Cyprianus excommunicarat. Verum Cyprianus sermo libereq; ad eum scripsit, ut suae tantum Ecclesiae curam haberet, & in alienas dominium sibi non uendicaret. Ita enim tam à Christo, quàm à priori Ecclesia ordinatum mandatumq; esse, quòd quilibet Episcopus pro sua conscientia suam Ecclesiam gubernare deberet. Quam historiam in Catalogo testium ueritatis prolixius recitauimus. Vide Cypriani epistolas ad Cornelium.

¶ Quarto, non leuis controversia etiam fuit inter Basilium & ecclesiam Caesariensem, de Ecclesiasticis cantionibus & ceremonijs: item inter Romanos sacerdotes & Tertullianum. Et aliquando post inter eosdem ac D. Hieronymum scribunt quoq; Basilium & Nazianzenus, quòd acres contentiones ipsorum tempore fuerint inter plures Episcopos & inter plura Concilia.

¶ Quinto, fuit atrox digladiatio inter Chrysostomum & Epiphanium, de doctrina & libris Origenis. Quem multi tunc & postea usq; in caelum extulerunt, inter quos etiam Eusebius Caesariensis: plurimi etiam contra ut noxium haereticum (sicut etiam uere fuit) seueriter condemnarunt. Quod quidem certamen etiam ualde arduum fuit: utinam uerò rectè ad finem deductum, & errores Origenis penitus reiecti, danati, & ex Ecclesia Dei explosi fuissent.

Inter Hieronymum quoq; & Augustinum, qui alioqui animo coniunctissimi fuerunt, non leuis nec breuis dissensio extitit, quia in multis punctis contraria sibi inuicem pugnantiaq; docuerunt. Primò de autoritate sacrae Scripturae & monumentis Patrum: deinde an apud Paulum per opera legis significantur ceremoniae uel opera Decalogi, cum docet, hominem absq; operibus legis iustificari & saluari: tertio Hieronymus summis laudibus in caelum usq; efferebat uirginitatem, non citra contumeliam diuinitus ordinati ac instituti coniugij: Augustinus uerò econtra, coniugium contemni & eleuari ab eo aegre ferebat.

Hilarius & Prosper monent per epistolas (quae etiamnum extant) Augustinum, multis uideri eius doctrinam de praedestinatione pugnare cum omnium priorum Patrum doctrina. Et sanè non immeritò aut sine causa sic senserunt.

Post

Post mortem porrò Augustini, Deus bone quæ turbæ contra eius doctrinam de libero arbitrio excitatæ sunt, non tantum à recentioribus Pelagianis, sed etiam à multis catholicis episcopis: ut à Galliarum doctoribus, Calsiano, itē alijs, quibus Prosper Augustini discipulus utcunq; restitit, partim retundendo pertinaciores, partim docendo & placando commodis interpretationibus dociles. Quæ certamina profectò acria fuerunt, ac de rebus longè maximis: ut non immeritò queratur Prosper, illos quidem uelle uideri damnare Pelagium, & id etiam uerbis ac ore profiteri, cum interim ipsius dogma reuera utraq; manu retineant, & omnibus obtrudere conentur.

Sic & postea non longo tempore durum certamen fuit Ioanni Maxentio contra Faustum episcopum, de libero arbitrio ac originali peccato: cum infaustus ille Faustus synergiam papisticā, seu fucatum & palliatum quendam Pelagianismum suscitaret, non sine multorum applausu.

Cœlestinus quoq; papa sese Gallis pro sententia & libris Augustini, ac contra prauas liberi arbitrij prædicationes & amplificationes opposuit.

Nec iublaturum est prorsus hoc certamen de libero arbitrio & gratia unquam postea, donec tandem potissimùm per Sententia rios, sophistas aut scholasticos theologos, idolum liberi arbitrij contra gratiam Ecclesiæ erectum est, ut infrà latius & clarius exponetur.

¶ Sextò, inter multos Papas, Innocentium, Zozimum, Bonifacium primum, secundumq; & alios plurimos, ac inter concilium Carthaginense VI. cui etiam Augustinus interfuit, & alias Ecclesias ac Episcopos in Africa de dignitate Papæ & eius iurisdictione, adeò acriter diuq; concertatum est, ut id bellum ulterius quàm in 100 annos extensum sit. In quo certamine Papæ Romani nephario ausu tandem omnes ecclesias Africanas, earumq; Episcopos excommunicarunt, unà cum VI synodo Carthaginensi, cui simul (ut dictum est) etiam Augustinus & 217 sanctissimi & doctissimi Episcopi interfuerant: donec tandem post 100 annos regnante Bonifacio II, in concordiam inuicem redierunt. De quibus cruentissimis conflictibus propriam historiam, unà cum fide dignissimis eius testimonijs euulgauit, quæ in fine huic libro adijcietur.

¶ Septimò, inter Orientales & Romanas ecclesias detestabilis & diutur-



& diuturna dissensio fuit propter superioritatem, aut potius monarchiam Papæ, quam ille sibi planè tyrannicè uendicabat in omnes Ecclesias & Episcopos.

¶ Octauò, fortè 700 annis post mortem Christi, de imaginibus inter cõplures Papas & Ecclesias Orientales: quin & inter papam Hadrianum primum, qui earum adorationem approbavit, & inter Cæsarem Carolum magnum, qui adorationè imaginum, unà cum tota Synodo Franckfurdienfi ad Mœnum, contra Papam Romanum & secundum conciliabulum Nicenum uoce simul & graui prolixoq; scripto (quod iam in Gallia ab episcopo Tilio editū extat) condemnauit: quod complures historici testatur, ut in meo Catalogo prolixius ostendi.

¶ Nondè, acre bellum fuit inter Bonifacium (quem quidam parum uerè Germanorum Apostolum uocant, cum uerius eorum seductor fuerit) & inter Theutonicos episcopos, de pluribus religionis capitibus. Quos tandem (testante etiam Auentino) iste Malefacius mera uiolentia crudelitateq; oppressit: qui etiam S. Virgilium Bauaricum episcopum grauiter afflixit.

Deniq; postea annis ferè quingentis, inter Episcopos in Germania, & presbyteros, de eorum coniugio fermè cruenta fuit disceptatio, ut complures fideq; digni historici (inter quos Naucerus & Hirsfeldensis) unanimiter testantur. Quæ narratio unà cum epistola D. Hulrici contra Nicolaum papam, in fine adijcietur.

Ergo non rarè in Ecclesia Dei incidunt eiusmodi controuersie & tristes paroxifimi, etiam inter sanctissimos & amicissimos: ut inter Petrum, Barnabam, S. Marcum & Paulum. Ideo autem ueritas & Ecclesia non deberet apud candidos iudices in reprehensionem & damnationem incurrere, neq; quisquam talibus calamitatibus scandalizari. Cæterum diabolus mendax homicida, & calumniator, inflammat & instigat sui Antichristi pseudopphetas, ut undiq; scandala colligant, ac uel ex araneorum telis funes texant, quibus Ecclesiam Dei strangulent & calumnientur.

Atq; hæc iam breuissimè dicta sunt de ueterum discordijs, cum aliàs innumerabilia, eaq; grauisima præter hæc proferri possent: quæ omitto studio breuitatis, & ne uidear cupidè maiorum nostrorum næuos lapsusq; exagitare.

**N**VNC etiam diffensiones Papistarum, simulantium iactantiumq; maximam suorum dogmatum & doctorum concordiam, compedio (Christo iuuante) exponam, primùm quidem in genere, ac de totis eorum ordinibus aut partibus breuiter dicendo, postea de quibusdã singulis celebrioribus doctoribus agendo.

Primùm autem uerissimum, & omnibus notissimum est, quòd sicut Propheta de Iudæis inquit, Secundum numerũ ciuitatũ tuarum Dij tui: ita etiam quælibet regio, quælibet ciuitas, quilibet pagus, & quælibet domus, ac deniq; homuncio in Papatu, suum peculiarem sanctum propitiatorem aut seruatorẽ & idolum habuit, & sibi quisq; proprias ad salutem uias excogitauit.

Vna natio, una ciuitas uel homo, pro suo idolo & saluatore elegit sanctum Franciscum, alia Dominicũ, tertia Iacobum, & sic deinceps: ut exempli causa, Romæ in primis adoratur S. Petrus, Venetijs S. Rochus, Mediolani S. Ambrosius, in Absio S. Franciscus, Coloniae tres Reges, & sancta Ursula cum suis 11000 pedissequis: in Hungaria Vladislaus: in Gallia S. Ludouicus, & præ illo ignota dea S. Genouea. in Anglia S. Thomas: Viennæ in Austria S. Stephanus, Augustæ S. Vlricus: & sic porrò alius mortalis homo alibi.

In hisce mortuis miseri homunciones omnem suam spem & fiduciam repositam & collocatam habent, ac præsertim olim habebant, inq; honorem eorum ædificabant templa, monasteria, altaria, fraternitates: sacrificabantq; ipsis missas & officia, uti uocant, accendebant ipsis candelas, erigebant idola: recitabant illis quotidie ac frequenter, Pater noster, Aue Maria: ieiunabant ipsis, & peregrinabantur.

De priuatis & singulis personis seorsim dicere, infinitum & imperscrutabile foret, quàm uarios sibi sanctos ac sanctas in auxiliares destinauerint, eosq; subinde pro libitu mutarint. Legantur modò Legendæ & exempla sanctorum, ubi innumeras historias reperire facile fuerit, quomodo iam hic, iam ille, nunc hunc, nunc alium sanctum adorauerit & inuocauerit: ubi iam se huic, iam illi Ecclesiæ, altari, imaginibus, donis uel condecorandæ deuouerit: & hoc uel illo modo se ab ea recipi in gratiam, iuariq;, & ex medijs periculis eripi suppliciter flagitauerit. Imò non solum modò unus hunc, alter alium adorauit sanctum: uerumetiam unus hoc templum, altare & imaginẽ summo in honore habuit, coluitq;, & inde in suis difficultatibus auxiliũ expectauit, aut alia bona ab eis quæ  
h      fuit,

78  
fuit. Verbi causa: unus S. Mariam in Anglia adorauit, alter illam in Loreto, tertius in Racanato, quartus illam Venetijs quæ uocatur de miraculis, quintus formosam Mariam quæ est Ratisbonæ, sextus illam in Polonia Cestochouiæ, septimus Mariam in *Grienthal*, octauus eam quæ est in Solio (*Im Sal*) in Carinthia, alius aliam. Dies enim, uel etiam annus me deficiat, si hanc innumeram uarietatem idolorum recensere conarer. Ita semper uni Papistæ hic locus, sanctus, statua, idolumq; præ alio præstâtius uisum est, quæ sibi infinita prorsus pro libitu in isto Babylonico regno superstitioni stultiq; homunciones omnibus horis commenti sunt: ex quibus quidem illi omne auxilium & solatium petierunt. Quæ horribilis idololatria adhuc hodie in quibusdam locis pleno furore grassatur.

Videantur solummodo tabellæ, & alia anathemata, apud istiusmodi idololatricas statuas appensæ. Ibi leges, hunc in hoc, illud in alio genere extremi periculi, in mari, bello aut morbo existentem, fecisse uotum huic statuæ, ab eaq; opem implorasse, & subito (si credere fas est) miraculosè liberatum esse.

Hæc uia praxis aut usitata operatio Papisticarum abominationum, diligenter perpendatur. Reperietur profectò ingens chaos diuersitatis saluatorum, apud eos uulgò creditum, imploratumq; ac inuocatum esse.

Eòdem facit, quod unus per hoc medium, alius per aliud, animæ suæ salutem quæsiuit: hic per opera à Deo ipso præcepta, alter per opera (ut uocant) supererogationis, tertius per peregrinationes in hoc uel illud templum, in fines orbis terrarum: quartus per infinitas battologias rosarum (uti eas uocant) coronarum: quintus per excruciationem, duramq; ac miserā uitam: sextus per Misericordias, septimus per uarias indulgentias, octauus emptione bonorum operum huius uel alterius ordinis, nonus profusione facultatum suarum ad hoc uel aliud templum fundandum, decimus in ditione cucullorum huius uel alterius ordinis, undecimus per aliquas preculas demurmuratas singulis diebus certo numero, duodecimus eleemosynis, tredecimus certis ieiunijs diecularibus.

Negari enim non potest, eorum authenticos scriptores ualde multas uias commemorare solere, quibus remissionem peccatorum acquiri non tantum docent, sed etiā audacissimè cōtendunt. Videatur uel Iesuitarum Catechismus, anno 1554 Viennæ cō-

eximio privilegio, aut potius fevero mandato editus, ubi tota iusticia Christiani hominis in solis operibus collocatur: nempe in omissione malorum, & in operatione bonorum operum: ut prorsus perinde differat de Iusticia, sicut aliquis Pharisæus, Turcus, Ethnicus aut Iudæus. Ignorat uerò, aut certè saltem negligit penitus Christi iusticiam obedientiæ ac passionis, & quomodo sanguine Christi iustificemur.

Cum porrò ad expiationem peccatorum uenit, multas rationes ea expiandi, Deumq; placandi per bona opera mōstrat: inter quas nusquam reperies, quòd sanguis Christi nos mundet aut abluat ab omnibus peccatis. Recitabo autem amplioris fidei gratia, ipsorum propria uerba.

Quibus uerò MODIS (inquit Iesuiticus Catechismus) peccata EXPIANTVR? MVLTO S certè huiusmodi MODOS, sicut diuersis morbis diuersa remedia conueniunt, sacra Scriptura nobis in Ecclesia proponit. Principè uerò locum tenet Pœnitentiæ sacramentum: quo neglecto, frustra de reliquis lethaliū peccatorum remedijs adhibendis agimus. Hoc enim ut præfens, ita necessarium pharmacum Christus animarum medicus instituit, & contra omnem peccati lepram ualiturum nobis commēdauit, quādo dixit sacerdotibus: Quorum remisericis peccata, remittuntur eis.

Secundò purgantur & expiantur eleemosynis, quia scriptū est: Eleemosyna nos ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Tum alibi: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.

Tertiò remittuntur peccata, dum læsi fratri offensam condonamus, dicente Domino: Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis Pater cœlestis delicta uestra.

Quartò idem fit, cum peccantem fratrem lucrifacimus, sicut legitur: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uia suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Quintò huc pertinet abundantia sinceræ charitatis, ob quam de Magdalena dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quoniā multum dilexit. Charitas enim operit multitudinem peccatorum.

Sextò ad idem ualet contriti cordis sacrificium, quod nunquā despicit Deus. Respicit enim in orationem humilium, & non spernit preces eorum, sicut scriptum est de Niniuitis: Vidit Deus ope-

ra eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala: & misertus est Deus super maliciam, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit. His ALIIS QVE MODIS & officijs ueræ pietatis, comparamus, &c.

En hic audis multas esse uias expiandi peccata, ex quibus illi seductores sex recensent. Sed quomodo sanguis Christi nos abluat ab omnibus peccatis, nulla prorsus fit mentio. Nunc igitur ex istis tam multis expiandi peccata rationibus, deligat sibi quisq; cōmodissimam, ut & olim factitatum est.

Eundem hunc blasphemum errorem de uarijs modis expiandi peccata, placandiq; Deum, etiam in proximo Vuormacienfi colloquio asseruerunt Papistæ. Pugnat uerò ex diametro cum doctrina omnium Prophetarum & Apostolorum, qui clarè & indefinenter clamant, Non esse aliud nomen sub cœlo datum, per quod homines iustificentur, aut à peccatis liberètur & saluentur, quàm unum sacrificium passionis uel Christi.

Summa, innumerabiles rationes aut uias Papistæ habuerunt, ad consequendam æternam animæ salutem, ut constat. Perlegatur modò liber Exemplorum de sanctis, uel Speculum Vincentij. Sicut etiam Dominus & seruator noster IESVS CHRISTVS uaticinatus est Matth. 24. de his seductoribus, quoddà dicturi essent: Ecce hic est Christus, ecce illic.

Quomodo ergo nunc plures sectæ & diuersitates hisce, in Religionem excogitari possent, ubi quisq; suum peculiarem Apostolū, sanctum & idolum habuit, inuocauit & adorauit, ut præsentē opitulatorem, idq; magna inconstantia nunc huc, mox illuc confugit: In hac tribulatione aut morbo illius, in alia alterius opem implorauit. Addo & hoc, unumquemq; præcipua quadam uia præalio fultum & nixum esse, ad consequendam animæ salutem.

Nec sanè admirandum est, tam magnā & sibi inuicem pugnantem ueritatem deorum & cultuum religionis in Papatu exitisse: cum norma ueritatis, unicaq; illa lucerna pedibus nostris diuinitus proposita, nempe sacra Biblia, omnino neglecta fuerint, & econtrā omnes humanæ traditiones & figmenta curiosè obseruata sint: cumq; insuper hoc planè Ethnicum fundamentum, ac ceu scaturigo omnium errorum & uarietatis apud eos maximi ponderis sit, Omnia uidelicet quæ homo bona intentione excogitauerit, feceritq;, indubitanter placere & accepta esse Deo.

Hanc

Hanc uerò prorsus Ethnicam regulam, uel potius errorum Lernam, non tantum antea monachi, sed & Hosius Cardinalis, & nunc in concilio Tridentino præsidens & legatus Papæ, lib. 4. de Traditionibus renouat. Quin potius dicit ille, multo gratiores esse cultus ab hominibus excogitados, quàm diuinitus mandatos, inquit: Vides, quàm longissimè dissentiat hic à uobis Lutheranis, qui uoluntarios omnes cultus, qui fiunt absq; expresso mandato Dei, abominabiles esse contenditis? Hic uerò tanto censet esse gratiores, quanto magis fuerint uoluntarij. Hæc sunt eius propria uerba. Pergit uerò ille prolixè ibi, hanc regulam aut fontem Ethnicæ aut Papisticæ religionis asserere: quòd quâto quisq; cultus minus mandato Dei exigatur, magisq; pro libitu hominum suscipiatur, tanto sit Deo gratior.

Hac uerò effreni licentia, pro libitu religiones cultusq; fingendi mortalium audaciæ uanitatiq; concessa, non aliter ac ripa exundantis fluminis amota, quisq; maximo impetu in nouas inuentiones electiciorum cultuum, ut iuxta prouerbiū Semper suū cuiq; pulchrum est, proruit.

Porrò hac eadem licentia freti monachi, monachæ, alijq; innumerabiles impostores & seductores, quisq; suum cultum plenissimo ore ebuccinauit, ut TALI NASSA simplices & laicos homines fraude circumuenirent, pecuniaq; ipsos emungerent. Vnde illæ immensæ opes sacrificorum, rasorum, monachorum ac nonnarum, & templorum.

**S**ECUNDO' Papistarum opinio de suis Papis est, quòd non possint errare, sintq; unicum asylum ueritatis diuinæ. Quare etiam ea omnia pro meris oraculis habent; quæ illi ipsis præscribunt, etiam si ex diametro cum sacra Scriptura omniq; alio recepto religionis more ac iure pugnent.

Porrò Platina & alij scriptores perspicuè & prolixè testatur, plurimos Papas, suos ante cellores omniaq; eorum facta, bullas & decreta, quantum uis sacrosancta, extremè damnasse, atq; aded etiam anathematizasse.

Fuerunt etiam crebrò, ac sæpe diu, duo uel plures Papæ, quorū unius dominio hæc regio, alterius alia, tertij rursus alia se subiecit, eiq; obtemperauit. Quorum alius alium, eiusq; omnes subditos eum uel sequentes, atrocissimè damnauit & excommunicauit: que

omnia separatim, pleneq; exponere & pertractare nimis longum foret. breuiter tantum quædam uerba Platinae, testimonij gratia ascribam.

Scribitur igitur Platina hæc, in aliquot Pontificum uitis, de eorum præclara concordia: Stephanus sextus patria Romanus, Anagninus Episcopus, pontifex creatus, tanto odio persecutus est Formosi nomen, ut statim eius decreta abrogauerit, res gestas restituerit: licet quidam scribant, illum Stephanum episcopatum Anagninae à Formoso consecutum fuisse. Sed ego arbitror hoc odium ex ambitione ortum fuisse, cum iam ed uenissent Ecclesiastici, ut non coacti, ut antea, sed sponte, & largitionibus pontificum munus ambirent. Hinc odium ortum est, quo etiam in mortuum Stephanus sauebat, quod ei antea impedimento fuisset, quo minus citius optata sede potiretur. Refert Martinus scriptor, Stephanum tanta rabie desæuisse, ut habito concilio corpus Formosi ex tumulo tractum, pontificali habitu spoliatum, indutumq; seculari, sepulturae laicorum mandauerit, abscissis tantum dextris eius duobus digitis, illis potissimum quibus in consecratione sacerdotes utuntur, in Tyberimq; proiectis, quod (ut ipse dicebat) contra iura sacramenti Romam ad sacerdotium repetisset, quo à Ioanne Octauo iure spoliatus fuerat. MAGNA fuit hæc CONTROVERSIA, & pessimi EXEMPLI: cum POSTEA SEMPER seruata hæc consuetudo sit, ut acta priorum pontificum sequentes aut infringere, aut omnino tollere. Quod hætenus certè ab optimis pontificibus, quorum uitas conscripsimus, alienum fuit.

Romanus, patria Romanus, ubi pontificatum iniit, Stephani pontificis decreta & acta statim improbat, abrogatq;. Nihil enim aliud illi PONTIFICVLI cogitabant, quàm & nomen & dignitatem maiorum suorum extinguere: quo nihil potest esse peius, & angustioris animi.

Ioannes Decimus, patria Romanus, pontifex creatus, Formosi causam in integrum statum restituit, aduersante magna populi Romani parte: qua ex re tanta seditio orta est, ut paulum admodum à iusto prælio abfuerit. Is autem Rauennam profectus, IIII & LXX Episcoporum habito conuentu, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit: iudicans perperam à Stephano factum, qui censuit iterum ordinandos esse, quos Formosus ad sacros ordines adsciuerat. Hoc ideo accidisse putauerim ego, cum quia

quia pontifices ipsimet à Petri uestigijs discesserant: tum uel maxime, quia respublica Christiana tunc ignauos & desidiosos principes habebat, quorum maxime intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari.

Et mox in uita Benedicti IIII, scribit in hæc uerba: Verum est certe, quod philosophus ait: Quæ orta sunt, occidunt: quæ aucta, senescunt. Imperium ipsum habuit magnum incrementum: uerum postea Principum & populi Romani ignauia splendor ille Romani nominis in obscuras tenebras conuersus est: tum uel maxime, ubi remissa exercitatione uirtutis, uoluptatibus se & thymis, ad effeminanda corpora inuentis, tradidere. Idem etiam accidisse pontificali dignitati dicere possumus. Sanctitate enim & doctrina, quæ non nisi magnis laboribus, consummataque uirtute comparantur, pontificium decus sine ullis opibus primum quidem auctum est, inter tot hostes & obstinatos persecutores Christiani nominis. Mox uero cum ipsis opibus lasciuire cepit ecclesia Dei, uersis eius cultoribus à seueritate ad lasciuiam, peperit nobis tantum licentiã peccandi, nullo principe flagitia cohercente, hæc monstra, hæc portenta, à quibus ambitione & largitione sanctissima Petri sedes occupata est, potius quam possessa.

Sergius IIII. in Italiam rediens, & Christophorum arctiore custodia reuinxit: & Formosi acta ita improbauit, ut denuò ad sacros ordines admittere necesse fuerit, quos Formosus antea sacerdotali ordine dignos censuerat. Neque hanc quidem ignominiam mortuo intulisse contentus, eius cadauer, è sepulchro tractum, capitali supplicio, ac si uiueret, afficit: corpusque ipsum in Tyberim proiecit, tanquam sepultura & honore humano indignum.

Hactenus testimonia Platinæ de Papparum rabiosis inter se dissidijs, & mutuis decretorum suorum damnationibus ac anathematismis audiuius.

Huc uerò etiam referri possunt omnia schismata illius Babylonice sedis, quæ multa ac ualde tristia ipsimet papistæ recescent. Itè uaria certamina Papparum cum cardinalibus, populo, ac etiã ipsis Cæsaribus, ubi non raro papæ depositi sunt.

Eodem spectant etiam nefariæ, & sæpe etiam sanguinariæ contentiones Papparum, totius cleri ac ecclesiæ Romanæ de electionibus. Quod malum tetraque pestis admodum uetus est, crebroque accidit. Nam ante mille & 200 annos, tempore Hieronymi, tam rabiose



biosè ac furiosè digladiati sunt Papæ de illa sacra sede, ut cõfligentibus duobus electis Damaso & Vrsacio, teste Amiano Marcellino, templa cadaveribus repleta sint. Sequenti uerò tempore usq; ad nos, etiam tristiora acciderunt.

Cum autem Papæ sint caput, canon, infallibilis q; regula idololatriæ & synagogæ aduersariorum, facile est uel cæco prospicere, quàm bellè tunc sibi inuicem eorum illa abominanda confusio cõcordauit. Verùm audiamus Erasmi quoq; de Paparum horrendis disidijs, mutuisq; damnationibus testimonium: ut secundum Scripturam, in plurium ore testimonioq; ueritas comprobata consistat. Sic ergo ille in suis Annotationibus super Nouum testamentum, 1. Cor. 7. scribit.

Porro si uerum est, quod quidam asseuerant, Romanum pontificem errore iudicali non posse errare: quid opus generalibus concilijs? quid opus in concilium accersere Iureconsultos, ac Theologos eruditos? Si pronuncians labi non potest, cur datus est appellationi locus, uel ad Synodum, uel ad eundem rectius edoctum, quum semel de causa pronunciauit Pontifex? Quorsum attinet tot Academies in tractandis fidei quæstionibus distorqueri, cum ex uno Pontifice, quod uerum est, audire liceat? Imò qui fit, ut Pontificis huius decreta, cum illius pugnent decretis? Ut enim taceam de Formoso: nonne papa Iohannes uigesimussecundus, & Nicolaus, decretis totis inter se pugnant, idq; in his quæ uidentur ad fidei negotium pertinere? Quorum alter pronunciauit iudicialiter (ut illorum more loquar) Christum & Apostolos nihil habuisse nec in commune, nec priuatim: alter contra pronunciat, habuisse. Id ex ipsorum Extrauagantibus licebit cognoscere.

Sed propius ad id quod hic agimus, facit, quod Innocentius tertius, ac Cælestinus, de matrimonio dirimendo prorsus pugnantia definaerunt. Quorum hic ius facit alteri coniugum iterare matrimonium, si alter fuerit in hæresim prolapsus: Innocentius negat. quemadmodum legimus Decretaliũ quarto, tit. de diuortijs, cap. quarto. Nec illic dissimulat Innocentius, quendam prædecessorem suum secus statuisse: Cælestinum indicans, ut aperit Glossema, declarans Cælestini super hac recõstitutione olim extitisse in Decretalibus libro tertio, tit. de Cõuersione infidelium, in fine. Id eo magis uerisimile est, quod is titulus paucissimis constat capitibus, ut intelligas esse decurtatum.

Præterea

Præterea Pelagius, ut extat in Decretis dist. 13. cap. ante trienniū. constituerat, ut hypodiaconi Siciliae ab uxoribus abstinerent, quas ante constitutionem legitime duxerant. Et id decretum, uelut iniūquum, & cum Euangelico pugnans præcepto, retractat & abrogat Gregorius, eius nominis primus, qui Pelagio successit: statuens, ut in posterum nemini ad eum ordinem pateret aditus, nisi uouisset castitatem. Cæterum durum & iniūquum esse, ut ad castitatem cogatur, qui non uouerit castitatem, nec ulla culpa commeruit ut eò debuerit compelli.

At quod hic iniūquum uidetur Gregorio, non uisum est iniūquum Innocentio tertio, loco quem modò adduximus: qui ita respondet ijs qui obijciebant, præter æquum uideri, coniugem relictum suo iure priuari sine culpa: præsertim cū contumeliosior sit in Christum, qui baptizatus recidit in hæresim aut Paganismū, quàm qui natus Ethnicus recusat ad Christi professionem conuerti.

Ad hæc, seculis aliquot sententiam hanc complexa est ecclesia Mutinensis, ut qui contraxisset cum Barbara uerbis legitimis & ex animo, sed non intercedente coitu, postea contraheret cum Cornelia, & coitum adiungeret, cogeretur priore relicta, posteriori coiuuere. Id palàm rescindit Innocentius Romanus pontifex, ex diametro (ut aiunt) diuersam pronuncians sententiam: uidelicet, priorem esse legitimā uxorem: quod cum posteriore sit actum, adulterium esse, non matrimonium: ut proditum est libro Decretalium, epistola 4. tit. 4. cap. tua dudum: & eiusdem tituli cap. licet. Alexander tertius indicat suo rescripto, fuisse statutum & definitum aliquando à prædecessoribus, id est Romanis pontificibus, quod in Mutinensi ecclesia damnat Innocentius. Quanto id periculosius, quàm causa diuortij? Et tamen hîc decreta Pontificum mutauit Romanus pontifex.

Vt non commemorem interim, quòd in causa fidei schola Parisiensis aliquando publicitè improbarit Romani pontificis sententiam, eumq; ad palinodiam compulerit: si qua fides historijs adhibenda est. Nisi fortè fabulam uanam esse putamus, quod refert Iohannes Gerson in sermone quodam Paschali de Iohanne pontifice, eius nominis uigesimo secundo: qui decernebat, ante diem iudicij non esse puniendas animas impiorum: quem errorem publicitè explofit schola Parisiorum, Pontificem adigens ad palinodiā. Nec dici potest, hunc errorem priuatum fuisse Pontificis: sed publi  
i cum

cum fuisse oportet, scripto, aut etiam decreto uulgatum, cum ea res ad eò commouerit Gallia regnum.

Sed quid ego de Pelagijs aut Alexandris loquor, aut Innocentij, cum non puduerit Petrum Apostolorum principem melioribus auscultare, posteaquam admonitore Paulo suum agnouit errorem? si tamen amplectimur hac in parte hanc D. Aurelij Augustini sententiam.

Hactenus audiuimus duorum fide dignorum Papistarū, de horrendis dissidijs plurium Papatum inter sese inuicem crudelissimè pugnantium, ac sese mutudè unà cum illis suis sacrosanctis oraculis excommunicantium, scripta.

De alijs porò, dissidijs Papatū cum monachis ac Scholis, differere nimis longum esset: ad hæc etiam non extremè necessarium, quòd ea passim in historijs reperiuntur. Quàm uehementer Papa Iohannes X XII, & Papa Nicolaus, cum Parisiensi Academia & Mendicantibus monachis, propter multos articulos, præsertim de Monachismo, dimicant, in multis historijs liquidò apparet.

Inter Clementem quintum (qui & angelis in cælo & diabolis in inferno imperare ausus est) & Parisiensem scholam, uehementis extitit dissidium, de eiusdem impijs & monstrosis bullis ac indulgentijs: quod historiographi passim testantur.

Summa, similia exempla multa allegare & recensere possem: sed hæc citata, ad certam & ocularem demonstrationem horribilium dissidiorum Papatum, sufficiant. Temperare nihilominus mihi nequeo, quin adhuc unicum, eumq; admodum elegantem locum ex quodam Remensi cōcilio adscribam, de istorum pontificulorū, ut eos Platina uocat, tristibus & detestandis dissidijs. Celebratum est autem id concilium fermè ante sexcentos annos.

Sed ô lugenda Roma, quæ nostris maioribus clara Patrum nomina protulisti: nostris temporibus monstruosas tenebras, futuro seculo famosas offudisti. Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios: quid dicam de Gelasio & Innocentio? qui omnè mundanam philosophiam sua sapientia & eloquentia superabant? Longa series eorum est, qui sua doctrina mundum repleuerunt. Eorū itaq; dispositioni, qui uitæ merito ac scientia cunctos mortales anteirent, rectè uniuersalis Ecclesia credita est: quamuis & in hac ipsa felicitate hoc PRIVILEGIUM tibi ab AFFRICANIS Episcopis CONTRADITUM sit, has credo, quas patiuntur miserias magis,

magis, quàm typum dominationis, formidantibus. Nam quid sub hæc tempora non uidimus?

Vidimus Iohannem cognomento Octavianum, in VOLVTA-BRO libidinum VERSATVM, etiam contra eum Otthonem, quem Augustum creauerat, CONIVRASSE. Quo fugato, Leo neophytus in Pontificem creatur. Sed Otthone Cæsare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, IOHANNEM diaconum NASO, dextris DIGITIS a lingua MUTILAT: multaq; CAEDE PRIMORVM in urbe DEBACCHATIVS, in breui moritur. Cui Benedictum diaconum, cognomento Grammaticum, Romani substituunt. Eum quoq; Leo neophytus cum suo Cæsare non longè post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoq; exilio in Germaniam dirigit.

Succedit Otthoni Cæsari, Cæsar Ottho, nostra ætate cunctos Principes armis, consilio ac scientia superans. Succedit Romæ in Põtificatu HORRENDVM MONSTRVM Bonifacius, CVNCTOS mortales NEQVITIA SVPERANS, etiã PRIORIS PONTIFICIS sanguine CRVENTVS. Sed hic etiam fugatus, atq; in MAGNA SYNODO damnatus, post obitũ diui Otthonis Romam REDIT, insignem uirum APOSTOLICVM Petrum, Papiensis ecclesiæ prius Antistitem, DATA Sacramento- rum FIDE, ab arce urbis deijcit, deponit, squalore carceris affectum perimit.

Num talibus MONSTRIS, hominũ ignominia plenis, SCIENTIA diuinarũ & humanarum rerum VACVIS, innumeros sacerdotes Dei per orbem terrarum, scientia ac uitæ merito conspiciuos SVBICI decretũ est? Quid est hoc, reuerendissimi Patres? uel quõnam uitio fieri credendum est, ut caput Ecclesiarum Dei, quod in sublime erectum, gloria & honore coronatum, ita in infima deiectum, ignominia & dedecore deturpatum sit? Nostrium, nostrum hoc est peccatum, nostra impietas, qui quærimus quæ nostra sunt, non IESV CHRISTI. Si enim in quouis ad Episcopatum electo morum grauitas, uitæ meritum, diuinarum ac humanarum rerum scientia subtiliter inuestigantur: quid in eo qui omnium Episcoporum Magister uideri appetit, inuestigandum non est? Cur ergo in summa sede hic infimus constituitur, ut etiã in clero nullum habere locum dignus inueniatur?

Quid hunc, reuerendi Patres, in sublimi solio residentem, ueste

purpurea & aurea radiantem, quid hunc inquam esse censeatis? Nimirum si charitate destituitur, solaque scientia inflatur & extollitur, ANTI CHRISTVS est, in templo Dei sedens, & sese ostentans tanquam sit Deus. Sin autem nec charitate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tanquam statua, tanquam idoli est: à quo responsa petere, marmora consulere est.

Quò ergo consultum ibimus? Euangelium docet, quendam in ficulnea ter fructum quæsisse: & quia non reperit, succidere uoluisse, sed admonitum expectasse. Expectemus ergo primates nostros, quoad possumus: & interim diuini uerbi pabula, ubinam reperiri ualeant, inuestigemus? Certè in Belgica & Germania, quæ uicinæ nobis sunt, summos sacerdotes Dei, in religione admodum præstantes inueniri, in hoc sacro conuentu testes quidam sunt. Proinde si Regum dissidentium animofitas non prohiberet, inde magis Episcoporum iudicium petendū fortè uideretur, quàm ab ea urbe quæ nunc emptoribus VENALIS, EXPOSITA ad numerum QVANTITATEM iudicia TRVTINAT.

Quòd si quispiam dixerit secundum Gelasium, Romanam ecclesiam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeari iudicium, nec de eius unquam iudicio iudicari: is inquam qui hoc dixerit, eum nobis in ecclesia Romana constituat, ut de eius iudicio iudicari non possit: quanquam hoc ipsum Aphricani episcopi impossibile iudicant. Ni fortè (inquit) quisquam est, qui credat, uni alicui posse Deum nostrum examinis inspirare iusticiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare.

Sed cum HOC TEMPORE Romæ NVLLVS penè sit, ut fama est, qui SACRAS literas DIDICERIT, sine quibus (ut scriptum est) uix ostiarius efficitur: qua fronte aliquis eorum DO CERE audebit, quòd minimè DIDICIT? Ad comparisonem quippe Romani pontificis, in alijs sacerdotibus ignorantia utunque tolerabilis est: in Romano autem, cui de fide, uita, moribus, disciplina sacerdotum, deq; uniuersali Ecclesia catholica iudicandum est, intolerabilis uideri potest. Is enim est, ut quibusdam placet, qui (secundum Ezechielem prophetam) manet in gazophylacio quod respicit uiam meridianam, & excubat in custodijs repli.

Cur autem loco prior, scientia inferior, non æquo animo ferat iudicium loco inferioris, scientia prioris? Certè ipse Apostolorum princeps non abnuuit iudicium, quamuis loco minoris Pauli, scientia prio-

tia prioris, in faciem sibi resistentis: quoniam non sana uidebatur doctrina magistri. Et Gregorius papa cum dicat, Si quæ culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis Apostolicæ sedis subiectus nõ sit: subinfert, Cum uerò culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis PARES sunt. Inuolutus ergo criminibus, sentiat præesse sibi Romanum pontificem: & qui nullis atrocioribus factis prægrauatur, intelligat parem, dignã se ac Romano pontifice in quolibet negotio laturus sententiam. Sed esto, ponamus nunc Romæ esse Damasum, &c. Hactenus ex Remensæ synodo, ad uerbum.

En audis Christiane frater, quàm tetra harmonia ignorantiae, ambitionis, crudelitatis, auariciæ, libidinum, & iniquissimorum iudiciorum in illa omnium papisticarum Ecclesiarum matre & magistrâ Romana sede, Ecclesia, & curia, iam longissimo tempore regnauit. Quòd si caput ipsum tam bene sanum, concors & religiosum fuit, & est: quid de reliqua Ecclesia ac religione à talibus monstris administrata sentiendum erit? Citauit uerò hunc locum & Synodum etiã doctissimus uir Andreas Friccus Modreuius Polonus, in suo de instauratione Ecclesiæ religionisq; libro: & ego ualde uetustum eleganterq; scriptum exemplar eius exhibere, potestulante re, possim.

Lege candide Lector uirã Gregorij VII, prius Hildbrandi uocati, à cardinale Bennone scriptam, & in Fasciculo rerum sciendarum Coloniae impresso editam: reperiens ibi multa teterrima de pluribus Romanis pontificibus, unde illorum inter sese, & cum Ecclesia consensum, concordiamq; æstimare & iudicare poteris.

Ad hoc sanè caput pulcherrimæ harmoniæ aut concordiæ synagogæ Papisticæ (ne ei proprium locum tribuere cum dispendio temporis cogat) pertinet etiam horrenda tyrannis Papparum, quam exercuerunt in Ecclesias Dei per orbem terrarum. Non enim tantum in sese inuicem grassati sunt isti Antichristi, sed etiam in omnes Ecclesias, Romanam, Rauennatensem, Aquileiensem, Mediolanensem: contra ecclesias Africanas, Aegyptias, Syriacas, Constantinopolitanam, Græcas, Illyricas, Hispanicas, Gallicas, Anglicas, & ante omnia contra Germanicas: de quibus plerisque controuersijs prolixius in meo Catalogo egi, ut nunc eadem repetere nimis & prolixum & tædiosum esset.

Quod attinet ad intolerandam tyrannidem, quam in Germani

cas Ecclesias exercuerunt, nimis profectò longam laboriosamq; operam exigeret, si uel summam omnes eius species aut partes percurrere deberem. Ne autè omni, ut ita dicam, gustu noticiaq; studiosus ueritatis Lector careat, moneo eum ac hortor, ut uel saltem illa centù importabilia grauamina percurret, quibus Germanicas Ecclesias opprimi ac uastari, omnes Imperij Status Noriberge in Comitij Imperialibus anno 1523, legato Papæ ostenderunt, eaq; breuiter conscripta ei ad Papam perferenda tradiderunt. Quæ aliquanto post Latine ac Germanicè prodierunt: & tandem etiam in Fasciculo rerum sciendarum Coloniae anno Domini 1535, unà cum multis alijs ualde utilibus libellis & scriptis recusa sunt.

Verùm quia non ita uulgò nunc reperiuntur, in fine huius scripti ea adijciemus. Dignum sanè est id scriptum, quod in omniù manibus & oculis uersetur, cum ob rerum ipsarum magnitudinè: tum etiam quod est totius Imperij unanimis querela ac decretum, de non ferendo diutius tam importabili seruilisq; onere.

Dolendum uerò ac detestandum est, quòd uel nemo, uel pauci nunc illorum importabilium onerum decretiq; communis meminerunt, & eorum *σευδολογία* excusationemq; nõ flagitant amplius, cum id maximè flagitet communis totius Germaniæ Imperij utilitas, ut illa grauamina etiam à pontificijs Statibus urgeantur.

Cæterùm hæc ueluti per digressione dicta sint: nos iam ad ipsorum Paparum mutua disidia, cruentasq; digladiationes reuertamur: easq; quoniam suprà mediocriter expositæ sunt, breuiter concludamus.

¶ Si ergo iidem illi, quos Papistæ pro unica regula & norma ueritatis in religione sua, dijsq; similes habent, aded crebrò tam decreta quàm seipos mutuo, tam fœdè & horribiliter damnant: quomodo eorum religio & Ecclesia discors, extremeq; secum pugnas non fuit: ubi ipsamet eorum capita, ex quibus prorsus pendent, aded crudeliter inter sese depugnarunt, & cætus subditosq; aliorum Paparum ut sathanæ Synagogas anathematizarunt: quomodo non etiã corpus illorù discissum, sibiq; inuicem repugnans fuisse?

Hoc in religione Papistarum tam grande tetrumq; est, ut si in nostra Ecclesia aliquis diceret (quod absit) Prophetas & Apostolos inter sese mutuo doctrinamq; suam damnasse: aut uetus Testamentum nouum damnare, & econtrà: uel si duo capita aut tria unum trunco aut corpori iungerentur, & superimponerentur.

**T**ERTIO: Papistæ librum quendam pro præcipuo veritatis iurisq; sui thesauro habent, quem Decretum appellant, aut discordantium Canonum concordiam: in quo contrarios canones & decreta præcipua Paparum coaceruarunt, eaq; concordare & conciliare ualde laboriosè conati sunt. Sed impossibilia molientes, laetèrem lauerunt, ut Lector ex eo ipso opere deprehendere potest.

Exempli gratia, habetur in eo libro dist. 28. Si quis, item diaconi, & 31. quoniam Nicena: quòd liceat presbytero legitimam uxorem habere. Huic sententiæ repugnat illud in dist. 31. sacerdotibus & omnino, &c. quæ dicunt, sacerdotem extra coniugium uiuere debere. Quinetiam tales sacerdotes nunc ab ipsis comburuntur. Item dist. 34. Si quis & Christi, ubi concedunt Christiano cœlibi, condocere concubinam. Contrà ibidem docent, c. audite. & 32. q. 4. nemo. & 35. q. 3.

Item dist. 40. Si Papa, nefas habetur Papæ contradicere, etiam si is grauisimè errando, ac sceleratè agendo ac regendo, infinitas animas propalàm cateruatim in infernum ad æterna supplicia secum traheret. Contrarium rubrica ibidem ostendit, 2. q. 8. admonendi. 8. q. 3. uereor & Paulus, 2. q. 7. oues. dist. 36. Sacerdotium filijs sacerdotum interdiceret, cap. presbyteri. contrà dist. 51. permittitur, cenomamensem.

De defunctorum animis Decretum eorum habet, quòd quadruplici modo redimantur. 13. q. 2. non æstimemus, In præsentis seculo animæ defunctorum. Contrà dist. 24. q. 2. habetur, mortuos neque redimi neq; absolui posse. Item 13. q. 2. indicat decretum, mortuos planè ignaros esse rerum quæ in hac uita geruntur. At contrà uociferatur Papistæ, animas mortuorum suorum, quos uocat Sanctos, esse omnino inuocandas, tanquam quæ non tantum norint quid agamus, sed etiam intimos cordium nostrorum gemitus uo- taq; prospiciant. Quinetiam illas sibi subinde apparere, aliquidq; de Christiana religione & inferorum statu, ut certissimas ueritatis (secundum illum diuitem epulonem) magistras, monere ac docere. Quod ipsis quouis uerbo Dei certius est.

In cap. de Consecratione, dist. 2. cõmunio sub una specie ut grande sacrilegiũ prohibetur, damnatur & anathematizatur. multa enim grauisima ibi contra hunc horrendum (teste Leone Papa) Manichæorum errorem dicuntur. Esse autem istud Manichæi furoris inuentũ, postea in adiuncto libello ostendetur. Cæterum prædicto



diſto loco ita inter alia ius Papæ inquir. Gelafius papa Maiorico & Ioann: Comperimus autem, quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, à calice ſacraſati cruoris abſtineant: qui procul dubio, quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur adſtringi, aut inſegra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuiſio unius eiufdemq; myſterij, ſine grandi ſacrilegio non po- teſt prouenire.

Verùm huic ſuæ ſacroſanctæ legi aduerſari ſunt Papiſtæ iam an- nis ducentis, & etiam nunc aduerſantur. Quin & totum concilia- bulum Cõſtantienſe, diſertè conſitens, communionem ſub utraq; ſpecie à Chriſto inſtitutam ſacratamq; eſſe, nihilominus propalam contempta Chriſti inſtitutione directè contrarium decernit. Hæc enim ſunt eorum uerba: Hoc præſens Concilium ſacrum gene- rale Cõſtantienſe, in Spiritu ſancto legitimè congregatum, decla- rat, decernit & definit, quòd licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub utraque ſpecie panis & uini hoc uenerabile Sacramentum: tamen **HOC NON OBSTAN- TE**, licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentum recipere- tur à fidelibus ſub utraq; ſpecie, ad probata conſuetudo ſeruauit & ſeruatur, ut à conſcientibus ſub utraq; , & à laicis tantummodò ſub una ſpecie panis ſuſcipiatur.

Quare crudeliſſimè graſſati ſunt ferro ac igne cõtra omnes Chri- ſtianos, qui filij Dei inſtitutionem, & iſtorum proprij iuris decre- tum ſecuti ſunt. Deus bone, quantos clamores uel noſtro ſolùm tempore excitarunt cõtra hoc dogma, miniſtri Antichriſti, tan- quam cõtra omnium peſtilentiſſimam hæreſin? quàm innume- ros etiam Chriſti puſillos crudeliſſimi iſti carnifices ferro, fame, & qua, igni, & alijs immaniſſimis ſupplicijs, hiſce 40 annis abſum- pſerunt?

At nunc denudè iſti poetæ aut figuli religionum in ſuo concilia- bulo decernunt, communionem ſub utraq; ſpecie ſecundũ Chri- ſti inſtitutum concedendam eſſe. Et eorum pſeudopropheta Sta- phylus in quodam libello, initio præcedentis anni Ingolſtadij in publicis comitijs edito, dicit: Coniugium ſacerdotum, uſum cibo- rum, & communionem ſub utraq; ſpecie, eſſe rem liberam & adia- phoram: ſicut & in quadam oratione in Concilio recitata habetur, de qua poſtea.

Ita iſtis hominibus, eorumq; iuribus, communio ſub utraq; ſpe- cie iam

cie iam est Christianissimum dogma: & contraria communio sub una specie, est grande sacrilegium. iam contrà, communio sub una specie est illis catholicissimum dogma: & contrà sub utraq; est horrenda hæresis Hulsij & Lutheri: iam iterum à conciliabulo eorum pro Christiana agnoscitur. An non est hoc leges figere ac refigere, ut atrocissimi tyranni in politicis rebus solêt? Tales contradistiones ac pugnantiae sunt in ipsorum iniurijs luribus, & irregularibus canonibus: ut etiam suprâ ex testimonio Erasmi cognitum est.

Summa, totum ius istorum pseudospiritualium & Paparum est (iuxta doctissimi uiri Budæi sententiam) plumbea quædam regula cereo naso formata, quæ huc & illuc in contrarias sententias flecti & distrahi potest: nihilq; aliud est quàm rapacium Paparum rete, quo pecuniam piscantur & colligunt: sicut eius uerba sonant, quæ plenius adscribam, ne quis de mea fide addubitet.

Quas ob res Threnodus ille uates lamentabili carmine dolorẽ suum testatur, multiplici tropo orationis inculcatum. Dolet enim atq; mæret ipse, salutem comploratam generis humani sibi uideri, ob fractam ab clero huius ætatis tesseram (ut ita dicam) hospitij atq; amicitiae, inter diuinam pridem humanamq; naturam in ardu cruciata Christi sanguine confarreatæ: unde adoream æternâ sperare mortalibus, & in cœlestium collegium cooptari licebat, si iure gentium sterissent, quod Christus promulgarat.

Ecquis est autem obsecro, qui si statum Ecclesiæ, motum, flexũ, habitum, affectiones, deniq; corporis & animi, & sessiones ipsas estimet, quales non pridem uidimus, ullam rationem haberi oraculorum, aut omnino sacrorum monumentorum iudicet? quasi uerò non monodias ueras in funus animarum entheus ille uates, sed planè nãnias effatus sit.

Nõnne Pontificij iuris distionem ita degenerasse cernimus ex charitate prisca, ut ubi æqui boniq; & benignitatis sinus solebat esse, ibi litiũ officina, capturarumq; improbior nunc esse uideatur?

Inde illa formularum aucupia, & rituum Pontificiorum cautiones, ad CIRCUMSCRIBENDVM familiam Domini concinnatæ. Inde mulstarum compendia præsulibus enata, acceptorũ paginas luculenter augmentia. Indidem sacrilegæ nundinæ earum rerum, quæ in commercio humano sine piaculo esse non possunt.

Mitto nunc tesseræ nõ modò ueniales, sed etiã uenales, impunitatem scelerum, & solutionem sacrarum legum sordida benigni

tate largientes. Itaq; sacrosanctos Canones melioribus annis factos, ut ijs uelut regulis uita clericorum dirigeretur, & ueluti patrum præscriptis posteri formarentur, iam in amulleis plumbeas euasisse, quis non uidet? quales olim fuisse canones Lesbiæ structuræ, tradit Aristoteles.

Nam ut canones plumbei & molles non structuram operum tenore æquabili dirigunt, sed extractorum cōmodo & libidine flexibiles plumbei & cerei facti sunt, ut iam diu instituta maiorum & sanctiones pontificiæ non moribus regendis usui esse, sed (propemodum dixerim) argentariæ faciendæ autoritatem accommodare uideantur.

Quotus enim quisq; est, qui gratias factas annalium legum, & collidentium inter se sacerdotiorum æstimarit, uacationes istas legum, & non solutiones uocarit: nec istos non una aut altera lege aut munere digna aliqua de causa, sed planè sacramento solutos esse contenderit, &c. Hactenus Budæus.

Quare ex eorum authentico libro, uel potius iuris primario thesauro, detestadā Papisticarum abominationum discordiam, palpabilesq; contradictiones in doctrina & religione deprehendere quisq; manifestissimè potest. Sed de decreto etiam postea aliquid addetur.

**Q**UARTO, & illud nemo inficias ire potest, serè quemlibet Episcopatum sua propria (uti ipsi uocant) Breuiaria, Missalia, tuas peculiare Ceremonias, Agendas, imò etiam proprios sanctos, festa, cultus & idola habuisse, & etiamnum habere, ac secū dum illorum diuersitatem diuerso ab alijs modo suam religionem peragere.

Legantur modò eorum Missalia & Ceremoniales libri, in quibus singulorum Episcopatum religiones, ritusq; peculiare cōtinentur: nec tamen interea pudet parasitos Antichristi uociferari, in eorum Ecclesijs magnam, & planè diuinam concordiam religionis existere.

**Q**UINTO, tot ordines (ut ipsi eos uocāt) uel turbæ potius monachorum & nonnarum, euidentissimè confirmant, palpabiles & notorias discordias Papisticæ religionis, aut confusio- nis. Constat enim cuius ordini suos seruatores ac mediatores, suasq;

suasq; proprias uestes, Regulas, ceremonias, peculiareq; sanctos & idola, Missalia, Breuiaria, Agendas & ceremoniales libros præscriptos & præformatos esse. In quibus religionem & cultum suū ita collocant, ut si alterius ordinis uestes induerent, eiusue regulā usurparent, indubitanter statuerent, se penitens excidisse ex gratia Dei, & in manu iureq; diaboli uersari. Attingit breuiter istam plus quàm ethnicam superstitionem Erasmus, inquit:

Si sacerdos alat capillitium, aut uestem sumat hominis prophani, rapitur in carcerem, acriter punitur: si bibat in lupanari, si scortetur, si ludat aleam, si uitiet alienas uxores, si nihil attingat sacræ lectionis, tamen columna est Ecclesiæ. Non excuso mutatam uestē, sed accuso præposterum iudicium. Imò si non persoluat pensum precum horariarum, paratum est anathema. Si sceneretur, si Simoniam admittat, impune est. Si quis uideat Carthusianum aliter uestitum, aut uescentē carnibus, quàm execratur, quàm horret, quàm timet ne terra dehiscens & spectatorem & spectatum absorbeat. Idem si uideat eum temulentum, mendacibus uerbis in famam aliorum debacchantem, manifestis dolis imponentem tenui uicino, nemo perinde abominatur. Veluti si quis uideat Franciscanum enodi cingulo cinctum, aut Augustinēsem non corio, sed lana cinctum, aut discinctum Carmelitam, aut cinctum Rhodiensem: rursus si percalceatum Franciscanum, aut femicalceatum Cruciferū, nonne concitaret Tyria (quod dici solet) maria? Imò nuper apud nos ex duabus fœminis, quarum utranq; dixisses prudentem, altera abortijt, altera concidit syncopi, quòd cōspexerant canonicum quendam sacris uirginibus præfectum in propinqua uicinia, sed tamen in publico obambulare, qui uestem lineam non haberet, tectum nigro pallio. Hæc ille.

Si talis tantaq; concordia, ut aduersarij iactitant, inest ipsorum religioni: cur non omnes sub uexillo Christi, cui primū nomen suum dederunt, unci seruatoris, eiusq; tutela perseuerant, seruantes & imitantes regulam ipsius, & doctrinam: ut nos (Dei gratia) summo consensu facimus? Imò, quod multo deterius est, audent isti impurissimi cuculligeri affirmare, regulam à Francisco, Domini co, Benedicto, alijsue eorum dijs acceptam, multo perfectiorem & absolutiorem esse unica Christiana regula, ab ipsomet filio Dei ex sinu æterni patris prolata, Apostolis tradita, & in sacris literis comprehensa.

Nec solum uarij & dissimiles ordines (secundum multifariorū deunculorum, authorum & patronorum numerum) sunt in Papatu: sed unius sæpe ordinis aut idoli, monachi & fraterculi, in plures diuersissimasq; sectas & factiones discerpti sunt. Quot quæso sunt species Benedictinorum, Franciscanorum, Dominicanorū, Marianorum, & Iohannitarum, aliorumq; innumerabilium titulorum & nugatorum?

Nec tamen istarum ipsarum heresium & sectarum, quantumuis innumeræ sint, aliquando tantè sufficiens numerus constitui terminariue potest: sed Indies nouæ excogitantur & stabiliuntur: sicuti nostro tempore infra 40 annos triplicia monachorum genera sunt exorta, nempe Chetini, Scapucini, & Iesuitæ.

Chetinorum inuentor & auctor fuit præcedens Papa. Is enim fuit primò pauper Episcopus, in Theate: ut sunt in Italia ualde renes episcopatus, uulgò uocatur Chieti, & ipse dictus est Chietinus episcopus. Eum episcopatum ille ultrò libereq; renunciauit, eo prætextu & specie, tanquam uellet penitè mundo renunciare, & soli Deo in posterum in monasterio seruire. Quare Venetijs sibi quosdam sui similes hypocritas adiunxit, cum quibus nouum conuenticulum monachorum instituit, qui ex nomine depositi episcopatus, Theatini, aut uulgari sermone Chietini nominati sunt. Quorum præ alijs omnibus proprium est, lugubris, muliebris & lenta quædam pronuntiatio, & ficta sanctitas in celebrâdis Missis & officijs. Quemadmodum & Christus ipse tales hypocritas depingit, quòd sub prætextu longiusculæ & deuotæ precationis, domus uiduarum deuorent.

Hic rumor de illo religioso & sancto uiro, qui Mundo ita profusus renunciaffet, cum passim iactitaretur & dilataretur: Papa qui eo tempore uixit, simulans se cupere habere circa se uiros sanctos, lautiozem episcopatum, & tamen nondum ipsi satis opulentum (ut in tota Italia sunt) ei detulit, sibiq; adiungere uoluit, ut per eū in legationibus reges & monarchas deciperet. Ibi iste sanctus uir cœpit magnam humilitatem præ se ferre, & humilimè sese excusare, quòd episcopatum suum antea sponte deseruerit: & ideo tantum solitariam uitam elegerit, ut uitam tranquillam degere, & eo melius cultibus diuinis uacare posset.

Cæterum cum sanctissimus pater Papa probè eius appetitū intelligeret, aliquanto post galerum Cardinalium illi misit: quem ipse

ipse cupidissimè, & prorsus sine omni cunctatione & detrectatione, ambabus ulnis amplexus est: subitoq; ex suo sordido nido in aulam Romanam prouolans, bene dissimulatum, fucatum, hypocriticum q; animû in lucem protulit, totiq; mundo prodidit. Quæ fama mox in tota Italia sparsa est, adè ut ab eo tempore Chetinus uulgò idem quod hypocrita sonet.

Scapucini, quorum in primis author est Bernhardinus Senësis, non obscuri sunt in Italia, incedentes in liripipijs acuminatis ex crasso & lanuginoso panno consutis, instar laruarû aut spectrorû.

Iesuitarum præcipuus author, aut certè instaurator & propagator est Canisius ille, de cuius sanctitate & castitate multæ præclaræ historiæ circumferuntur: inter quas non postremum locum obtinet illa, quæ Moguntia anno 1557, cum abbatissa cognomento Carella accidit, à qua cum lauto hospitio exceptus esset, postquam poculis exhilarati sunt, ex cõmuni Canis cognomine amicitia cõtracta, caninas nuptias celebrarunt. Ea fabula tûc in Vuormacien- si colloquio fuit toto notissima cælo.

Ita neq; finis, neq; modus ullus nouarum sectarum, regularum, & (ut ipsimet Papistæ iam longo tempore uocarunt) religionum in ista Babylonica confusione inuenitur: dum subinde noua examina nouarum muscarum, crabronum & fucorum, ex horrenda fœtidaq; inferorum cloaca, & Caci Auentini antro prouolant.

Porro, si tanta est inter ipsos concordia, cur non unam & eandẽ regulam, doctrinam & ordinem (ut ante 500 annos, cum soli Benedictini essent, factum est) retinent? cur nunc acerrimè pugnant singuli ordines cum alijs, atq; alius præ alio sanctus uideri diciq; cupit, affectatq; & sua bona opera meritaq; quibus mirificè abundant, mortalibus uenditant? Cur etiam persuadent miseris peccatoribus, ut malint confidere in sanctis & in bonis operibus sui ordinis, in quem magna summa pecuniæ collata suscepti sunt: & ut in illius, præ omnibus alijs, cuculla sepeliantur: si tam concordēs & unanimes in religione sua sunt, ut impudenter iactitant?

Quid enim hoc tandem aliud est, quàm si S. Franciscus, Dominicus, Bernardus, Clara & alij, quisq; in suo editiore aliquo loco unà cum operib. sui ordinis, meritisq; & illa ineffabili sanctitate starent: & illorum monachi ac monachæ extensa manu ac digito illis omnibus monstrarent, clamantes, Ecce hic est agnus Dei, &c. Et contra aliæ atq; aliæ cateruæ uociferarentur: Imò hic est, Imò hic est tuus

est tuus seruator? Vide miser peccator, hic est unicus ac uerus agnus, auferens & tollens peccata totius mundi. Huic te tantum commendes, & in hunc solum confidas, in huius ordinem te maxima pecunia omnibusq; tuis fortunis recipi cures, utq; in eiusdem cucullo & cæmiterio sepeliaris. Mi fili, hoc si feceris, non est quòd dubitare possis de tua salute, omnisq; purgatorij ignis expers eris: quin etiam animula tua, mox ex ore corporis egressa, recta uia in cælum subuehetur.

Nequaquã igitur ab istis seductoribus unanimiter solus agnus Dei, tanquam unica uia ad salutem monstratur. At in nostris Ecclesijs non hic aut alius saluator à quoquam ostentatur aut deprædicatur, sed omnes uno ore atq; consensu unicum Christum manu, calamo, oreq; monstrantes, dicunt: Hic, hic est unicus agnus Dei, qui tollit peccata mundi: nec est in ullo alio salus, aut aliud nomen sub cælo datum hominibus in salutem, quod omnes prophetæ (ut est in Actis) uno ore testantur. Nos omnes uno pectore simpliciterq; docemus & confitemur, per solum Christum mediatorem, sola fide peccatorem iustificari, &c.

Præterea hic multa prolixè commemorari possent de acerrimis dissidijs monachorum, quæ in multis articulis inter se inuicè pugnantia habuerint: ut, An sancta Maria in peccato originali nata & concepta sit, nec ne: & eius generis innumera, quæ maximas inter eos dissensiones & cruentas digladiationes pepererunt. Sicut Erasmus non uno loco testatur, & inter alia inquit: Vbi Prædicatores de suo Thoma cominus atq; eminus dimicantes, Minoritæ cõtra subtilissimos & Seraphicos doctores iunctis umbonibus ruentes, alij ut Nominales, alij ut Reales loquuntur. Sed de hisce omnibus etiam postea aliquid dicetur.

**S**E X T O, de Scholasticorum & Theologorum dissidijs omnino oportet aliquid dicere, tametsi id sit perdifficile: cum sit inexhausta abyssus, & infinitum chaos dissensionum inter eos. Primum enim, plurimum dissentiant à suo Magistro, nempe à Lombardo, qui librũ quem uocant Sententias congeisit, & ideo Magister Sententiarum dictus est: quod ueluti pater aut scaturigo illius recentioris sophisticæ Theologiæ Papistarum, & ante sesquingentos annos uixit.

Is igitur damnatur iam in multis punctis à suis discipulis & Sententiaris,

tentiarijs, adscripta hac formula: Hic Magister non tenetur. Multo uerò in pluribus dogmatibus recentiores sophistæ ac Sorbonistæ ab eius doctrina propalàm recesserunt.

Inter ipsos porrò Sententiarios est prorsus infinita dogmatum uarietas & differentia, idq; de longè maximis doctrinæ capitibus, adèò ut planè impossibile sit eorum lites enumerare. Quare tantù quasdam recensebo, ac primùm quidem, ubi Lombardus rectius illis differit.

De originali corruptione multo ille purius, quàm ipsi, docuit. Dicit enim, hominem per originale peccatum ita penitus deprauatum & destructum, ut planè nihil boni agere & operari erga Deum suis naturalibus uiribus possit, nisi renascatur, & à Deo illuminetur. lib. 2. dist. 25. & 26.

Econtra Sententiarij, in primis Occamus, Scotus & similes sentiunt, uires hominis adhuc esse mediocres: animalemq; hominem se præparare & applicare ad gratiam, Deum diligere, eiq; naturalibus uiribus obtemperare posse.

Item de redemptione Christi, & iustificatione per fidem, M. Sententiarum adhuc mediocria & paulo certiora lib. 3. dist. 19. quàm Sententiarij, tradit: qui homines non per saluificam fidem, sed per bona opera saluari uoluit, ut infrà clarius patebit.

Porrò M. Sententiarum satis apertè reijcit opus operatum in sumptione Sacramentorum: & pœnitentiam ac fidem ad illam requirit, lib. 4. dist. 4. Contrarium dicunt & docent Sententiarij, scilicet sacramenta hanc efficaciam & uirtutem habere, ut sanctificent ex opere operato, etiam sine omni bono motu utentis.

Insuper M. Sententiarum ponit communionem sub utraq; specie, lib. 4. dist. 11. Verùm eius subditi & inobedientes filij recentissimi Sententiarij, alijq; Papistæ, hanc eius sententiam tanquàm maximè hæreticam repudiunt & abijciunt: & in hac re à se dissentientes extremè persequuntur, & miserabiliter trucidant.

M. Sententiarum prorsus est nescius indulgentiarum, cucullorum, operumq; supererogationis, quibus salutem monachi sibi alijq; acquirunt. At Sententiarijs, alijsq; Papisticis scriptoribus hoc est optimum diuinæ iræ pœnarumq; effugium, & quasi unicuique portus salutis: imò quod etiam magis tetrum est, ipsorum primarius præceptor impudenter & expressè affirmare audet, quòd si quis cucillum alicuius Ordinis induat, tam mūdetur, dealbeturq; ab om-



ab omnibus peccatis, quàm in ipso sacro Baptismo. Hoccine est cū Scriptura & sanctis Patribus unanimiter consentire? Sed de Lombardo etiam postea aliquid addetur.

Nec solum à Magistro præceptoreq; suo dissentiunt Sententiarij: sed inter ipsos quoq; atrox digladiatio, imò irreconciliabile bellum est. Nam alij ipsorum uolūt esse Terminales aut Nominales, quidam Reales, quidam Formales. una pars Thomistica doctrinæ & sententiæ, tanquã soli uerę luci astipulatur: alia Scoto, tertia Occamo.

Ne autem quis suspicetur me hoc fingere, adducam Erasimum, testem omni exceptione maiorem, clarè hoc ipsum testantem, & meam sententiam confirmantem, ubi scribit contra Latomum hisce uerbis: Scholastici doctores non omnes idem sentiunt, nec omnes sunt liberi ab errore. Nam qui Thomam sequuntur, & à Scoto & à Gersono dissentiunt, eos penè pro hæreticis habent.

Et in suo Enchiridio (ut alia eius dicta iam trãseam) inquit: Sed quid futurum arbitramur, si Turcis ut Christum amplectantur, Occamos, aut Durandos, aut Scotos, aut Gabrieles, aut Aluaros proposuerimus? Quid cogitabunt, aut quid sentient (sunt enim & illi, ut nihil aliud, certè homines) ubi audierint illas spinosas & INEXTRICABILES ARGVTIAS de instãtib. de formalitatibus, de quiditatibus, de relationibus? præsertim ubi uiderint de ijs 2. dedè NON CONVENIRE inter magnos illos religionis professores, ut frequenter usq; ad pallorem, usq; ad CONVICIA, usq; ad SPVTA, nonnunquam & usq; ad PUGNOS inuicem digladiantur, ubi Prædicatores pro suo Thoma cominus atq; eminus dimicantes, Minoritas contrã subtilissimos ac Seraphicos doctores iunctis umbonibus tuentes, alios ut Nominales, alios ut Reales loqui, &c.

Hic certè etiam fidem mereri deberet, cum etiam apud ipsos Papistas pro catholico doctissimoq; habeatur. Recitabuntur infra etiam aliorum quorundam Papistarum de hisce dissensionibus Scholasticorum testimonia.

Testatur etiam uir doctissimus Picus, Comes de Mirandula, nō solum Dominicum & eius successores contra alias sectas & sophistas certasse, sed etiam Dominicanos ipsos inuicem dissensisse: qui Comes aliquandiu in istis sophisticis nugis desudauit, & elaborauit admodum industriè.

Similia etiam scribit episcopus Rossensis in libro contra Lutherum,

rum, inquit: Hoc dixi propter Patres, quorum sententiam sequi malui, quàm Scholasticorù, cum in hacre **MVTVO SIBI PVGNENT.** Patres enim adferunt, neminem posse quicquam boni uelle sine speciali Dei auxilio: nec sufficere generalem illum influxum. Nonnulli contra Scholastici sic contendunt, hunc sufficere, ut quis absq; illo auxilio bene moraliter agere & bonù facere possit, non solum ex genere, uerùm etiam quòd debitis undiq; circumstantijs ornatum sit. At si Scholasticorum argutias aduersus Patres admitteremus, sequeretur etiam, ut absq; hoc auxilio Pharaò, quàm uis indurati cordis fuisset, & ij qui traditi fuerunt in reprobum sensum, potuissent bene moraliter agere. Quod mihi sanè credibile non est. Hæc ille.

Maxima pars Sententiariorum & Sophistarum præceptoris sui Lombardi sententiam oppugnat, docendo, liberum hominis arbitrium adhuc ualidum, potens & efficax esse, aptumq; ad obediendum Deo. Contra Gregorius Ariminensis, qui uixit ante 280 annos, acriter eosdem refutat. Multo uerò acrius Thomas Braduardina, de quo postea: item Rossensis (ut iam dictum est) in suo libro contra Lutherum: sicut & Catharinus in suo scripto, Romæ anno 1551 impresso.

Hoc sanè nullum uulgare, aut leue certamen est. spectat enim & attingit nostram innatam corruptionem, & originale peccatum, liberum arbitrium, & gratiam. Huius rei testimonia postea suo loco prolixè adscribentur.

Nicolaus Clemangis, ualde eruditus uir, & magister Parisiensis, qui ante 150 annos uixit, multa aduersus Sententiarios scribit. Quodam in loco allegans dictum Pauli, Hic inflatus & dementatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quæstiones & *λογικίας*, addit præterea, Sophistarum doctrinam eandem habere naturam cùm fructibus circa stagnum Asphaltidis aut Sodomiticum crescentibus, qui etsi externè speciem iucundam aspectui præbeant, tamen internè tantum cinis & puluis sunt.

Rupertus Gallus, uir eximie eruditionis & pietatis, ante 300 annos scripsit, in libro quodam Lutetiæ ante 60 annos edito, in uisione sibi reuelatum esse, doctrinam in Ecclesia ad hunc modum sese habere, ueluti si aliquis in tergo cãdidissimos saluberrimosq; panes gestaret, & tamen interim famelicus silicem manibus tenendo arroderet. Quo ait sibi esse indicatum, Theologos sacram Scri

pturam uelut post tergum abiectam neglexisse, & nunc se meris sophismatibus macerare, quærendo inde spirituale alimentum, ubi planè nullum esset.

Iacobus Almani Parisiensis magister Theologiæ, singulari eruditione præditus, duos libros contra Thomam Caietanum scripsit, & hic contra illum: nam acerrimè de dignitate, amplitudine & potestate Romani pontificis & Concilij contra se inuicem dimicarunt. Scribit igitur Almani inter alia, multos ualde prædicare & extollere dignitatem & autoritatè Papæ, non propterea quòd ipsi ita sentiant: sed ut tantum his assentatiunculis gratiam Papæ sibi concilient, & ita beneficia & bona Ecclesiastica ad se attrahât. Cuius rei exemplum illustre habetur in ipso etiam Caietano, qui talibus artibus paulo pòst in Cardinalem euasit.

Reuerendus uir D. Martinus Lutherus, piæ memoriæ, non inuenustam historiam refert, quæ Augustæ in comitijs anno 1530, in disputatione quadam accidit. ubi cum Eccius multum diuq; argumentatus esset, Sanctos esse inuocandos, quia tam in ueteri quàm in nouo Testamèto id factum fuerit: cui nostrorum aliquis præter multa alia respondit, Nūquam eum probare posse, sanctos in ueteri Testamèto inuocatos esse: ibi tum statim Cochleum prorupisse in hæc uerba. Cur in ueteri Testamento sancti non sint inuocati & adorati, hæc est causa, quòd sancti Patres eo tēpore adhuc in Limbo fuerint. Ad quod illustriss. Princeps Iohannes Fridericus Elector Saxonix protinus subridēs adiunxerit: En D. Eccii, responsum est tibi ad tuum argumentum de inuocatione sanctorū, à Cochleō tuo sodali & collega.

Aded concordēs & certi fuerunt in his grauissimis articulis isti præcipui heroes, An sancti in ueteri Testamento sint inuocati, an nō. Sed non tantū inter illos duos ista contradictio extitit, sed etiā in impressis scriptis aliqui Papistæ aiunt, aliqui negant, sanctos in ueteri Testamento inuocatos fuisse.

Non dissimilia hisce scribit idem Lutherus, & alioqui id ipsissima ueritas ostendit: In conuentu Augustano nostros, exhibita sua cōfessione, à Papistis postulasse, ut & illi uicissim certā quampiam formulam, summam aut confessionem suæ doctrinæ componerent, & publicè exhiberēt, quo nobis etiam de fide, doctrina & confessione eorum constaret, in qua demum acquiescere & permanere uellent, ut à nobis factum ibi fuit. Verū ipsos lucēm, tanquam

quam præsentissimum uenenum, defugisse, ne eorum errores ceterò comprehendi, redarguiq; possent.

Ausim certare magno premio, quòd nec hodie quidè lucifugæ Papistæ audeant perfectam summam & confessionem doctrinæ, quam constanter usq; ad finem retinere uellent, edere, nomine, cōsensu & autoritate totius suæ Ecclesiæ, eamq; toti orbi ante oculos proponere: aded discrepantes incertasq; opiniones habent, etiam in ijs quæ propriæ & genuinæ Ecclesiæ sententiæ & fides esse debebant.

Atq; profectò, si meum consilium concionatoribus Augustanæ confessionis communicare deberem, suaderem eis, ut quàm primum ab aduersarijs peterent perpicuam, plenam & expressam cōfessionem ipsorù fidei, religionisq; in omnibus Articulis, quæstionibus & punctis: ut & nos aliquando tandem de eorum firma, clara, communi atq; constanti sententia clarius edocti, & melius colloqui cum ipsis, & (si quidem conueniret) concordiam inire possimus, quando quidem semper se concordia cupidos iactitant, & cōciliationes urgent.

Profectò si Papistæ in sua doctrina sibi inuicem per omnia essent consentientes, & omnibus controuersijs inter sese carerent, ac de certa doctrina illis indubitanter constaret, iam dudum aliquã certam & solidam summam aut confessionem suæ fidei religionisq;, autoritate Papæ omniumq; Episcoporum, prælatorum & doctorum, atq; aded etiam Regum, Principum & gubernatorum suis auditoribus præscripsissent ac propoluissent: ut etiã indocti, simplices & laici ipsorum, quid sibi demum in istis multiplicibus certaminibus & corruptelis, turbulentisq; temporibus credendum esset, scirent. Quod cum alioqui, tum præsertim in isto eorum conciliabulo eos facere omnino oportuisset. Nam quòd à particulari quopiam doctore scribitur, non patiuntur dici totius eorum Ecclesiæ unanimum consensum esse.

Præterea eorum antesignani & propugnatores Socraticè contra nos disputantes, magis nostram sententiam lacerant, arrodunt & calumniantur, quàm suam dilucidè exponere solent. Qua in re egregiè doctrinæ fideiq; suæ discordiam, incertitudinem & dissensionem uolentes nolentes produnt. Intermitteret enim certè hoc genus disputandi & scribendi, si de sua sententia sibi mutuo consentirent, ac fundamentum suæ religionis firmum & certum ha-

berent. Hæc enim suæ sententiæ occultatio, lucis fuga quædã necessariò est, haberiq; debet.

**S**EPTIMO, considerentur Concilia eorum, Constantiæ, & deinceps Basileæ, circiter 130 annos celebrata, quorum prius quidem feuerissimè damnauit communionem sub utraq; specie: posterius uerò Boemis eandem, ut Christianam & sanctam, non multo pòst, nempe circiter 20 annos, magna solennitate euidentissimisq; testimonijs ac diplomatibus concessit.

Longo iam tempore fuit maximalis, & turbulentissima contentio, An Papa superior sit Concilio, uel econtrà Cõcilium supra Papam. Sunt quoq; de hac cõtrouersia innumera penè scripta pro & contrà edita.

Fuerunt quoq; penè cruenta certamina de alijs etiam grauissimis articulis, ita ut concilium Cõstantiense aliquot Papas damnauerit ac deposuerit.

Sic & postea in Basiliensi concilio fuit atrocissimum dissidium, ubi Papa Eugenius totum illud concilium tanquam hæreticũ condemnauit, anathematizatis omnibus eius actis. Nec minus econtrà Concilium ipsum Papam damnauit, anathematizauit, & denique substituto alio Papa de suo gradu deiecit.

De quibus controuersijs tot sunt uolumina ab utraq; parte scripta & edita, ut nec ab omnibus mulis & mulabus Papæ portari simul omnia possent.

Attamen illæ causæ, præsertim illa de superioritate, nondũ sunt à Papisticis seductoribus (cum sint in præsentì quoq; conciliabulo agitata) unanimiter discussæ, sed adhuc incerta inter cælum terramq; uolitant ac iactantur: cum ramen illa de superioritate, quænam sit superior, quis errare nõ possit, quis pro supremo doctore, rectore & capite audiendus ac habendus sit, ceu basis ac fundamentum sint totius Papisticæ religionis & Ecclesiæ.

Tridentinum concilium anno 1547. ac sequentibus annis habitum, & mox sequentes inuestiuæ, contentiones ac cruentæ minacesq; protestationes & recusationes, quæ inter Papam, Germanicos & Hispanicos episcopos ac prelatos, monarchas ac status ultrò citroq; propositæ ac oppositæ sunt: quarum nonnullæ etiam typis sunt excusæ, & à Sleidano quoq; breuiter in sua Historia insere, luculèntissimè testantur bellam istorum concordiam, uel potius

tius detestabilem diffensionem in Cōcilio, ad quod instinctu Spiritus sancti (ut illi perpetuò audacter iactitant) conuenerant, & ibi ab eodem (si credere fas est) recti fuerant.

Hæc horribilis discordia digladiatioq; Tridentini concilij inter Papam, Episcopos & Monarchas, innumerabilesq; Prælatos, bene notanda & obseruanda est: quia inde satis euidenter perspicitur tum eorum religiosa concordia, laudabilisq; consensio: tum etiam quo spiritu cōueniant ad istas suas Synodos, quamq; ibi sanctè & salutariter omnia agant. Verùm de hisce atrocibus contentionibus Patrum conciliabuli, Paparum & Monarcharum, dictum est in Protestatione contra prædictum conciliabulum.

Prolixè quoq; & euidenter confirmant conciliabuli diffensionem, Catharini archiepiscopi Minorientis, qui multorum Paparum intimus fuit, testimonia, in libris quos scripsit contra Dominicum Sotum, Hispanicum monachum. Vbi ille narrat, testaturq;, Patres concilio Tridentino, Anno 1547, nihil concludere potuisse de hoc, quomodo aliquis gratiæ Dei particeps esse possit: & nunquid debeat dubitare, an uidelicet sit in gratia Dei, aut non. Ideoq; unicum tantum articulum posuisse, quem artificiosè & sophisticè illo titulo obscurarunt, Contra inanem fiduciam hæreticorum: ut non tam fiduciam, quàm inanem & hæreticam fiduciam damnasse uiderentur. Sed adscribam ipsius Catharini de hac re testimonium, ad uerbum:

Secundò suppono, imò ex eo quod iam præsuppositum est deduco: contra hanc nostram sententiam, quæ non nostra est, sed sanctorum Patrum, nihil pronunciasse synodum Tridentinam. quod ego in primo meo detexi libello, quem ad præsidentes ipsi concilio (quorum alter, Deo gratia, summus est pontifex Iulius tertius) & ad ipsam sacrosanctam Synodum destinaui, eos alloquens his planè uerbis: Addo, quòd sæpius hoc protestati sint ambo præsidetes, & specialiter in hac controuersia, tum in conuentu patrū, tum uerò in congregatione Theologorum: & ambos audimus contentantes, non uideri sibi quæstionem hanc discussam satis ad decisionem. Imò ipsamet sacrosancta Synodus bis declarauit, huius rei definitionem tunc omittendam esse, & in aliud tempus seruandā, sicut in Actis possit apparere. Deniq; ipse titulus noui capituli hoc manifestat abundè, qui sic habet: Contra inanem hæreticorum fiduciam. Hæc ego ibi.

Quis uerò Christianus adeò despiat, ut ausit reprehendere eam fiduciam, quæ non in sola fide nititur, sed in operibus charitatis, & in uirtute sacramentorum, & in testimonio Spiritus sancti? Hanc inquam fiduciam, quis absq; multa inscitia & arrogantia potest uocare inanem fiduciam? Quam dilectus ille discipulus adeò extollit, ut uocet fiduciam in conspectu Dei, non hominum: ne tu humanam possis dicere, cum in conspectu summæ ueritatis nulla alia nisi certa & diuina ueritas comprobetur. At hæreticorum inanem fiduciam in eo capite, ipso titulo indicante, se damnare, sancta Synodus perspicuè profitetur: quod tamē tu, nulla pars Synodi, tam audacter inficiaris.

Alia item argumenta ibi, & in Expurgatione nostra hanc circum attexui, quibus quàm latissimè comprobatum reliqui, hanc inter catholicos disceptatam controuersiam, non solum non fuisse decisam à sancta Synodo: uerum etiam nec tunc optimis rationibus, ut reuerendissimi legati adfirmarunt, decidi quidem potuit, eo quòd quæstio per se tam implicita ac sinuosa nostris disputationibus nihilomagis reddita esset clarior, quin potius obscurior. Nā tua inconstantia eò rem deduxisti, ut uix nunc intelligam, quis status sit quæstionis, & utrum positioni uestræ aduerferis: ita obscure & perplexè semper locutus es, modò aiens, modò negans, ut qui malam causam tuetur, qui uerba argumentorum huc illuc fluctuans propellitur. Quam rem dum explico, & palàm facio, quæso patienter attende.

Primum, cum in Synodo de hac re sermo incidisset, exquiri à Theologis cœptum est simpliciter, An homo iustus & Deo dilectus possit quouis modo certus esse suæ sibi inherētis gratiæ. nec de modo aut genere certitudinis exquirebatur: & cum alij simpliciter inficiarentur certitudinem, ex aduerso sumerunt, qui tū Scripturarum, tum sanctorum Patrum sententijs ualidè certitudinem comprobarent. Quorum authoritati cum priores nequirent obistere, tūc orta est distinctio de certitudine: & cœpistis cōfiteri, esse quidem nonnullam certitudinem, sed non fidei certitudinem.

Sed cum etiam fidei certitudo Patrum testimonijs probaretur, dixistis non esse certitudinem Catholicæ fidei: aut tantam, quanta est fidei catholicæ, cui asserto nullus repugnauit.

Hic animaduertis Christiane lector, non potuisse illud sacrum conciliabulum, quantumuis à suo spiritu rectum, decernere unanimitè,

Similiter, an Christianus homo statuere debeat, se esse in gratia, aut extra gratiam Dei: quod est longè maximi momenti dogma, & de quo iam amplius 40 annis disceptatum est: sed fuisse de eo ibi acerrimas disceptationes, & tandem indiscussum esse relictum. Verùm postea plura quoq; testimonia de hac re proferentur. Sic etiã de originalis peccati definitione, patres isti, testantibus id ipsorũ proprijs scriptoribus, conuenire nequuerunt: eoq; nec posuerunt quidem in suis illis bellis dogmatibus, quid tandem originale peccatum sit. unde tamen tota fermè Theologia, & plurimarum præsentium controuersiarum dijudicatio dependet. En tibi certitudo & consensus dogmatum papatus. Hanc conciliabuli dissensionem de pluribus dogmatibus, confirmat etiam Soto contra Catharinum, cuius testimonia etiam infra recitabo: hic uerò tantum summam ea percurram.

Primum igitur dicit in sua Apologia Soto, fuisse admodũ asperum, quin etiam contumeliosum certamen in Synodo inter Catharinum & episcopum Bartholomæum à Miranda, de residentia Episcoporum: An scilicet iure diuino teneantur in suis Episcopatibus agere, & suas oues coram ac per sese pascere.

Aliquanto post eum ualde accusat, quòd summa amarulentia uerborum usus sit in disceptando: & aliquoties repetens inculcat, eum pertinaciter tenere actueri dogma de fiducia gratiæ, à tota Synodo damnatum & anathematizatum. Sic illi sacrosancti patres fuerunt concordēs.

Dicit item, Catharinum negare, fuisse liberum in Synodo disputare, eoq; negare illã fuisse liberã: in qua parte hæreticis faueatur, qui itidem negent illam Synodum esse liberam. Ait quoq;, eum totum suum librum De gratia damnasse.

Citat præterea & hæc Catharini uerba: Ob idq; in primo statim tractatu patrum facilimè diuinaui, uerba Decreti aliter plerosq; accepturos, quàm fuerat mens sanctæ Synodi. En concordia, ubi ipsimet patres sciunt suos articulos ambiguos esse, quos ut sacrosanctos pusillis Christi proponunt: ideoq; contrarias sententias inter Christianos excitant. Mox quoq; adijcit, sibi cum Catharino in re maxima dissensionem esse.

Dicit item, Catharinum affirmare, quòd Synodus quædã credere iusserit præter diuinum ius: id est suo libitu & arbitrio, sine uerbo Dei. Deniq; & hæc uerba Catharini citat: Subiungis, non paruum me



uum me præbere scandalum, cum dixerim certamen nobis esse, & adhuc manere, cum Catholicis. En audis Catharinum coarguere Sotum, quòd fateatur sibi suisq; sodalibus certamen esse & manere contra Catholicos? Verùm de contradictionibus doctrinæ præsentis Concilij, postea aliquid dicitur.

Vide quæso, totum Concilium de hoc grauissimo articulo non potuit inter se conuenire, & aliquid certi de eo statuere: nedum in multis alijs quæ silentio præterierunt. Si ergo in eorù proprio concilio de tanto dogmate concors sententia inueniri non potuit, cùm tamen perpetuò hætenus clamitarint, & adhuc uociferètur se omnino à Spiritu sancto regi, ita ut non possint errare: qualem putas aliàs concordiam inter eos esse, cum longo interuallo loci, aut etià temporis, à sese inuicem seiuncti sunt?

Fuit quoq; acris digladiatio in hoc conuenticulo, de residentia Episcoporum: id est, an iure diuino teneantur apud suas oues agere, easq; coràm pascere. Conuenerunt autem ac conflixerunt de ea sententia potissimùm Bartholomæus Miranda, Soto, Franciscus Terensis, & Catharinus: quorum etiam contraria, acria & proluxa scripta impressa sunt, de qua re infra aliquid clarius dicitur: sicut et de illo ueteri monachorum dissidio, de conceptione diuæ Virginis, quæ icidem in isto conciliabulo fuit mota, sed non composita aut dijudicata, ita ut sit denuò publicis contrarijs acerbissimisq; Papistarum scriptis disceptata.

Hoc etiam est firmissimum & euidentissimum argumentù, Papistarum discordiam asseuerans, quòd nec hodie liberum conciliù pro se tantum ipsis instituere audeant, in quo tantum eorum confodales & conspiratores liberè disputarent & disceptarent: quod certè apprime necessarium esset, ut ipsi etiam testàtur. Sed nullum ab eis habetur, nisi prorsus captiuum, ubi ne mutire quidem contra Papæ eiusq; legatorum nutum conceditur.

Huc facit etiam illud, manifestè Papisticam dissensionem patefaciens, quòd nunc in 40 annis sæpè in Italia, Mantuæ, Placentiæ, Vicentiæ, Ferrariæ, Bononiæ, & in alijs locis, concilia in toto terrarum orbe proclamarint: & apud Tridentinos etiam inceperit, cum quidem illis non ignotum esset, nos uel omnino eò non uenturos, uel certè prorsus nullam potestatem liberè agendi dicendiq; habituros esse: attamen concilium inchoatum propter uarias & multas opinationum suarum discrepantias & conscientiam multi-

plicium abusu ac turpitudinis flagitiosæ uitæ subinde interrumpant, trepidantes ubi nō est timor, ut Psalmus de impijs loquitur.

Noribergæ in Comitiji anni 1523, à Statibus Imperij postulabatur, & sedulò urgebatur, ut in Germania Christianū liberumq; concilium institueretur, & (quo liberius de articulis religionis, rebusq; necessarijs omnib. ageretur, iudicareturq;) ut omnes Episcopi & Prælati iuramenti obstrictione à Papa liberarētur, quo ei alio qui prorsus seruiliter obstricti essent: & uice uersa, contrario iuramento promouendæ ueritatis publiciq; boni citra ullius respectū seuerissimè obligarentur. Quod iustissimum totius Imperij postulatam, Pontificius legatus ægerrimè tulit, prorsusq; recusauit, dicens: Id nihil aliud esse, quàm colligare manus Pontifici.

Quare nec in præsentī quidem Synodo sunt patres uel illo tyrannico iuramento Papæ soluti, uel aliquo alio ad inquisitionem ueritatis & sedulam promotionem solius publici boni gloriæq; Dei obstricti. De qua re in Protestatione prolixius dictum est.

Talis uerò tantusq; metus libertatis Episcoporum manifestè ostendit, Pontificem, Cardinales, eiusq; aulam probè scire, non omnes Episcopos, Prælatos & doctores idem secum sentire ac probare. Quare eos istis suis tyrannicis iuramentis & seruilibus obligationibus captos, in catenatosq; tenent.

Hinc clarè magna Papistarum concordia elucet, quòd Sanctissimi non tam forti animo præditus est, ut concilium instituat, in quo tantum ipsi Papistæ pro suo arbitrio & liberè conferre sententias, disputare, aperteq; pronūciare, agereq; ea omnia possent, quæ pro suis conscientijs tanquam uerissima & Ecclesiæ salutaria iudicarent.

Si ullam micam honestatis & pietatis habent lucifugæ Papistæ, tentent adhuc hodie uerè liberum concilium instituere. Quod si fecerint, profectò præclara eorum concordia & unanimitas ibi à quouis uel cæco animaduerti poterit. Nec illud hic omittendum esse duco, quòd plures in proximo Tridentino concilio Episcopi & prælati ueritatem uel tenuiter fatentes, ab ipsis exclusi, reiecti & explosi fuerunt: ut testis est Vergerius, alijq; in suis publicis editisq; scriptis. Quinetiam proximè episcopus Veglensis (quæ est insula Dalmatiæ, non procul à mea patria) propter umbram quandam libertatis & ueritatis, in grauissimum discrimen incidit.

Scribit Papa Pius secundus, ut in Paralipomenis Urspergensis

habetur, quòd si Episcopus Papæ contradicat, etiam uera loquendo, nihilominus contra iuramentum Papæ præstitum peccet.

Quoniam itaq; Papa tam detestabilibus iuramentis omnes Episcopos & Prælatos uinctos & quasi cathenis ligatos tenet, in supercomminatione excommunicationis, ablegationis ex Synodo, & priuationis officiorum, corporalisq; pœnæ (quam, parentibus ad suum nutum potentibus, exequi facillimè potest) haud difficile ei etiam erit, qualemcunq; uolet concordiam esse & consensionem omni momento constituere, contra quam nemo ne uoculam quidem hircere aut mutire audeat, quantumuis ipsi in corde ac conscientia, coramq; Dei ipsius iudicio extremè displiceat.

Talis concordia etiam inter Turcæ aliorumq; tyrannorum captiuos & mancipia, ex diuersissimis gentibus ac religionibus congregata reperitur: imò in diaboli ipsius regno, eiusq; satellitibus. Atq; id demum tu Christiane Lector, catholicâ Pontificialemq; concordiam in religione esse intellige.

Verùm Christus non talem, impiam ac uiolatam concordiam, oris potius quàm cordis, à sua Ecclesia pijsq; exigit: sed eam, quæ sit in ipso ac unitate sententiæ de uera religione, quæq; à Spiritu sancto proficiscitur, & ad unanimum Dei celebrationem, glorificationeq; tendit. Hęc tu Christiane Lector diligenter expède, ne uel latro num conspirationem, uel uiolentū blasphemumq; silentium aut confessum coniuratorum, aut etiam incatenatorum Babylonie beftiæ mancipiorum, pro uera, Christiana, Deoq; accepta concordia consensioneq; accipias.

Gerson cancellarius Academiæ Pariësis, qui apud Papistas cùm propter doctrinam, tum sanctitatem, magna in autoritate fuit, multos errores Papisticę religionis reprehendit: ut sunt, de humanis traditionibus, indulgentijs, missis, & de amplitudine & potestate Papę super omnes Ecclesias & supra Cõcilia, & de multis alijs articulis, quos in meo Catalogo testium ueritatis recensui.

Hic ualde etiam dissensionem scholasticorum Theologorū deploret, quòd alij à partibus Thomę, alij à Scoti, alij ab Occami stēt, ac insuper alij alios atrociter damnent. Nõne & hęc præclara concordia appellanda est?

Verùm in ista confusione Babylonis, non solùm doctor doctori, uerùm etiam unus aliquis illorum non rarò sibimetipsi contradixit. Exempli gratia: Æneas Syluius, postea Papa Pius Secundus ap-

• dus appellatus, priusquam in Cardinalem à Papa est electus, multo aliter docuit, & sanius sensit de multis grauisimis pñctis, quàm postea: ut patet ex suis libris, in primis autem ex descriptione Basiliensis cōcilij. Sic & Cusanus, uir doctissimus, longè in alia sententia fuit ante acceptum Cardinalicium galcerum, quàm postea. De qua sua inconstàtia in libro dudum edito, cuius titulus est Germanicus Hercules, prolixè redarguitur.

Ipsemet quoq; Syluius in suo Basiliensi concilio, commemorat ordine multos excellentissimos uiros, inter quos etiam Panormitanum: qui primò quidem multo aliter senserunt, etiam in illo ipso cōcilio, quàm postea à Papa & Regibus corrupti. Nonne hæc est laudabilis concordia, ubi non solùm diuersi doctores acerbè inter se inuicem concant & digladiantur: uerum etiam singuli, & illi non obscuri uiri, sibimetipsis contradicunt, & de uno articulo iam ita, mox aliter docent ac scribunt?

Vueselus, qui aded clarissimus Doctor Theologiæ fuit, ut etiam lux mundi sit nominatus, in multis punctis alios doctores grauissimè taxat: ut in Catalogo meo plenius indicatum est. Hic testatur, quòd ante Albertum Magnum & Thomam ferè ab omnibus Theologis indulgentiæ reprehensæ damnatæq; sint: & Albertum ac Thomam, hoc ipsum dicentes inducit. Idem quoq; nullas certas, constantes & concordas sententias de indulgètijs apud Theologos reperiri posse, affirmat.

Postremò fert sententiam de omnibus Sententiarijs, & dicit, illos aded inuicem esse discordes & dissentientes, ut uix eorum numero unus atq; alter reperiatur, qui in una & eadem sententia constanter consentirent. Verùm adscribam eius prolixum locum ad uerbum.

Et id factò non semel Parisius ostendi: Primò, quando uocatus Heidelbergam, neglectis grandibus beneficiorum pollicitationibus, quas per dictum Quapponem, pro tempore confessorem Domini Archiepiscopi Coloniësis, Comes Palatinus offerebat, ea sola intentione & animo Parisius contendebar, ut famosissimos illos duos uiros Magistros, Henricum Zomeren, & Nicolaum Traiecti, uelut nouus & singularis athleta suis opinionibus disturbarer, & à sententia Formalium in meum Realiu renocarem. Hæc mihi tum ( fateor ) arrogantia fuit. Sed ubi fortiorum occursum, propriam deprehendi imbecillitatem, ante tres menses meæ se-

tentiæ celsi. Et mox omni studio scriptores cōquisiui in libros Scoti, Maronis, & Boneti, quos illius uiaē principes acceperam. Neq; illo contentus, ante annum inceptæ uiaē Scoti, & cum omni diligentia quantum potui perspectæ, grauiores in ea, quàm in uia Realiū, errores deprehendens, etiam corrigi paratus, mutauī sententiam, & Nominales deprehendi. In quibus (ingenuè fateor) si quid fidei contrarium putarem, hodie paratus remearem uel ad Formales, uel ad Reales. unde secundum sententiam B. Augustini 24. q. 3. c. dicit Apostolus, nullius mihi pertinaciæ conscius sum, etiam si non mox acquiesco, quando propter hebetudinem nō assequor quod alijs datum celerius clariūq; capere. Argumento & exemplo mihi sanctus ille & catholicus orthodoxus Hieronymus, qui in tā grandi & periculoso errore, totius canonicę Scripturæ auctoritatem subruente, proptereaq; peiore quàm uel Arrii uel Sabellij error fuit, non mox monenti Augustino celsit: sed sententiam defendens, & contradicens, rescripsit epistolam. Dices fortassis, Nō tantas hodie concedi fiducias. Neq; contra id ego contendo: sed hoc mihi satis est, si tam quærēdi ueri morosa sollicitudo uerè Hieronymum, quia sincera fuit, ab hæresi defendit: nullum ego credo hæreticum, qui pari sollicitudine uerum quęrit, & pari promptitudine agnitum confitetur. cap. 1.

¶ Asseris item, neq; discredō, multos meam hanc singularitatem scandalizare. Neq; minus hoc me illorum scandalum urit: Quod ego nullo singularitatis ambitu, sed ueritatis (ut mihi uideor) zelo raptus & coactus, nō hodie, sed ante annos 33, crebrò Parisius inter doctos quosq; proposui: quoniam à puero ridiculum & indignum semper mihi uisum, credere aliquem hominem suo decreto posse facere, quo bonum in oculis Dei ut quatuor, fieret bonum ut octo, solo decreti humani accessu aut interuentu.

Confiteris tu, maximas ob causas, interdum te à ueteribus Patrum limitibus recedere. Num igitur tibi leues aut futiles causæ uidentur, quib. ab hac noua indulgentiarū assertione, patres ante Albertum ac Thomam (ut ipsi scripto testantur) discesserunt? assertes nihil esse, nisi piā fraudem, ac dolū non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem? Non ergo temporibus illis omnes credebant: neq; qui sincera sollicitudine uerum quærebant, hæretici fuerunt. Mihi sanè non paruæ illorum causæ uidentur, qui propter indubitatā Scripturæ auctoritatem necessariè cōfitemendam

tendam, à probabili sententia pontificum discesserunt. Apertius quam diu mihi uidetur, quòd Papa, uel Schola, uel quæcunq; multitudo contra Scripturæ ueritatem prima sollicitudinis parte amplecti: secundò autem, quia non probabile tantos errare, de eo diligenter ueritatem utriusq; partis peruestigare: sed semper cum reuerentia maiore sacri Canonis, quàm humanæ assertionis, quicunq; sint assertores.

¶ Quantos errores in materia indulgentiarum Romana curia temerè præsumperit, & pestilenter publicauerit, & hodie noxiè pulularent, nisi sanè paucorum uerorum Theologorum seueritas obstisset, non opus omnia commemorare.

In Papatu certa quædam norma & fundamētum doctrinæ fuit, primò homines per legem naturæ saluatos esse, postea per legem Moyfi in mōte Sinai promulgatam, deniq; per legem Christi, quæ sententiam uir doctissimus Latomus in suis scriptis contra nostrā doctrinam, dudum expressè posuit: contendens, Abrahamum non aliam de Christo doctrinam habuisse, quàm Socrates, Plato, uel alius quisquam ethnicus habuit. Hanc eius sententiam Tridentinum concilium tanquam hæreticam damnauit: & multa alia uetera & recentiora Papisticorum scriptorum dogmata, tacitis tamen eorum nominibus, qualis nūc hæc est concordia? nempe Papistica.

Abominatio Interimistica, nostris Ecclesijs à monarchis & episcopis in Germania, & à Papa ipso tanquam Christiano, est obtrusa: quæ ueluti commune quoddam Pontificiæ synagogæ scriptum dici potest. Ea uerò à nonnullis Gallicis episcopis, impressis scriptis planè hostiliter refutata & condemnata est. Talis inter Papistas est consensus & unanimitas.

¶ In summa, omnibus ijs qui uel mediocriter in papisticis scriptis uersati sunt, notissimum est, quod à quadringentis annis Papistica theologia ut minimùm quater commutata sit, atq; præsens iam sit quinta.

PRIMA doctrina ante quadringētos annos fuit Magistri sententiarum, cuius summa ( ut rem in pauca conferam ) fuit quondā confusum chaos ex gratia & nostris operibus, uel ex ueritate & mendacio. Quomodo autem doctrina Magistri sententiarum à posteris & discipulis suis mutata & deprauata sit, superius satis expressè ostendimus, & postea quoq; ostendemus.

SECUNDA fuit Sententiariorum, quæ ( ut rem breuiter cō-

plestar) nudis humanis operibus, sed tamen secundum Dei mandata factis, nixa est, & per ea salutem dari hominibus affirmavit. Quod certè fuit merus error, & unius illius salutaris sacrificij passionis Christi abolitio, & infinitarum animarum æternum exitiù.

Fuit uerò hæc secunda Theologia, quiddam mixtum ex Theologia & inerudita Philosophia. Nam tunc recens erat Aristoteles pelsimè, nempe ad uerbum, Latine uersus: tum etiam Mahometani Auerrois commentaria ex Arabico prius ipso Aristotele fuerant translata, & à scholis ubiq; frequentabàtur. Quare & Sententiarij Christianam doctrinam ad horum impiorum philosophorum normas attemperabant, aut potius in eas prorsus transformabant.

**TERTIA** religio fuit (dormiente, aut saltate in Scholis sententiaria Theologia) publicorum monachorum, seu qui cõciones ad populum habuerunt: item Stationariorum, & mercatorum indulgentiarum, & similibum, qui curiosè & superstitiosè obseruari docuerunt humana figmenta & somnia, id est humanas traditiones ab hominibus, imò à diabolis ipsis excogitatas, operibus, & cultibus: ut sunt peregrinationes, uigiliæ (quas Erasmus nœnias uocat) funebres Missæ, fraternitates, opera supererogationis (quæ à monachis & monialibus excogitabantur) fundationes altariorum & templorum, rosariæ adorationes, imaginum, picturarum, ossium defunctorum, uestium, & aliarum consimilium nugarum ac reliquiarum.

Docuerunt, fidem merito & intercessione sanctorum dari, uel potius præsentis ipsorum ope: sicut uulgò Germani quosdam diuos nominant Quatuordecim opitulatores, ad quorum præsidium in omnibus difficultatibus tanquam ad asylum quoddam potissimum confugerunt. Inculcarunt iidem isti tertiæ istius religionis architecti, infinitam battologiam aut demurmurationem uariarum precularum, uarias cõsecrationes, uel potius incantationes diuersarum herbarum, uestium, uini, ficuum, cere, butyri, salis, carnis, placentarum, rosarum, olei, & similes ethnicas uel potius magicas superstitiones. In primis autem uoluerunt fidere homines in <sup>7</sup> Iulij anno, & alijs multiplicibus indulgentijs, statis temporibus, certis templis, idolis, miraculorum persuasione, celebribus reliquijs, fraternitatibus, & similibus idololatriarum locis à Papa concessis: quæ omnia ordine etiam ab ociosissimis, ob infinitam multitudinem ac uarietatem, recenseri nunquam possent. Hoc infinitum

tum chaos abominationum nihil aliud prorsus fuit, quàm ethnica quædam religio, uel potius ipsissimum diabolorū excrementū.

Licet autem quædam de his modò recitatis abominationibus etiam antea in Papatu usitata fuerint: tamen non aded planè floruerunt, non ita à scriptoribus & præconibus sunt antea celebratæ, ac miseræ plebeculæ obtrusæ, ut iam in hisce proximis sesquitercentenis, uel etiam 300 annis. Hæc tertia Theologia non immeritò pestilens, sathanicaq; Papæ abominatio nominari posset, deberetq;.

QVARTA Theologia est, recentium scriptorum Papisticorum, uel (ut uerius dicam) ipsius angeli tenebrarum, qui sese iam per eam in angelum lucis malitiosè transformat. Nam præsentibus Antichristi pseudoapostoli, iam quosdam suprà recitatos errores, ut nimiū palpabiles & notorios, partim omittunt, partim dissimulant & occultant, partim etiam nouis & splendidibus fucis picturant, proferentes tantum præcipuos, grauissimos & speciosissimos articulos: ut de Decalogo, de Originali corruptione, de libero arbitrio, de Redemptione Christi & peccatoris iustificatione, de bonis operibus, & eius generis grauiore articulo de media Theologia sumptos, de quibus omnino in templis & concionibus erat altum silentium. Quos tamen & corrumpunt foedissimè, & nihilo minus ita interdum uarijs coloribus & fucis ornant, nostrarumq; Ecclesiarum & Scripturæ uerbis, loquutionibus & sententijs conuestiunt, ut aliquis superficialiter eorum scripta legens, arbitretur ipsos esse sinceros, & consentientia nostræ doctrinæ uerboq; Dei docere ac profiteri.

Nam illi nonnunquam nostram doctrinam astutè imitantur, ac suæ miscent, aded ut etiam phrasibus & formulis in nostris Ecclesijs usitatis, & ipsi utantur: at tamen ubiq; immiscent fermentum Antichristi, ueluti diabolicum quoddam uenenum, quo facilè totam massam corrumpunt, & in Papisticas opiniones erroresque transformant.

Hæc si omnia pro rerum magnitudine tractare & declarare, citatisq; ex ipsorum scriptoribus testimonijs probare deberem, nimis profectò longè mihi oratio sumenda esset. Est tamen rotū hoc negocium, seu quatuor istę Theologię, ita uel mediocriter rerum Ecclesiasticarum religionisq; gnaris, atq; aded propemodū uulgo notum, ut nulla ampliori declaratione aut probatione indigeat.

Cæterum



Cæterum in Interim, ultima ista Theologia angeli luce quadã fulgentis prorsus aptè nobis depingitur, exprimiturq; . Nam Interimitticus libellus admittit, quòd per solum Christi meritù saluemur, & non per ulla nostra bona opera: sed nihilominus instat, addens, Bona opera esse necessaria ad salutem, ac sine eis neminè seruari posse, aut nunquam seruatum esse. Quin & renouationem, esse iustificationis partem.

Præterea Interim concedit, nos solùm per Christum iustificari, idq; fide: uerùm habente charitatè, & bona opera. Admittit quoq; aliquatenus, Missam non esse propitiatorium sacrificium, nec gratiam & remissionem peccatorum per sese mereri: sed tantum Eucharisticum & applicatorium sacrificium esse, meritù Christi iam dudum acquisitum nobis applicans. Vult etiam, Missam arundinì uel canali similem esse, per quem Christi beneficia ad nos desuuant & destillent: ut propalàm Sydoniorum episcopus in suo libro què de Missa scripsit, & Augustè tempore Interim concionatus est, docet. Què Missè fucatio ac pigmentario, illi Antichristi Apostolo opimum episcopatum peperit.

Nec tamen illud negarim, esse qui impudentiori furo & tetriori blasphemia istam nefariam idololatriã ornent. Quale est illud sacrilegum dogma Catharini archiepiscopi Minorienfis, non ita dudum editis Romè scriptis assertum, quòd uidelicet passio Christi satisfecerit tantum pro originali peccato, & actualibus baptismũ antecedentibus: at missa satisfaciatur pro peccatis baptismum & primam iustificationem sequentibus. De qua nefanda blasphemia infra, citatis eius proprijs dictis, agetur. Sunt igitur, fateor, etiam nunc, qui non uereantur illum tædiorem ac tetriorem satanã adorandum Christianis obtrudere: sed astutiores seductores, hanc potius lucentem angeli inferorum faciem ostentant.

Hæc ergo est Quarta Theologia, què uerum nomen, Fulgens lucidusq; Satan, sortiri posset, & deberet. Hæc iam de quadruplici genere Theologiæ, aut Religionis, quam Papistè intra 400 annos habuerunt, uerissimè & simplicissimè proponere uolui. Fortè aliquando alius aliquis uel ociosior, uel etiam in hoc genere exercitior, prolixius hanc historiam toties intra breue tempus uariatè Papistarũ Theologiæ Religionis uè, pertexet. Digna sanè esset, què plenissimè ac doctissimè conscriberetur.

Nónne ergo hæc præclara Papisticorum doctorum & religionis  
concor-

concordia ac consensus est, intra pauca secula toties totum corpus eius aded prorsus immutatum esse?

**O**CTAVO: Quàm magna & horrenda certamina habuerunt Mendicantes monachi circiter ante sesquitercentum annos: primùm cum archiepiscopo Hybernensi, qui Ricardus Armacanus est uocatus, & Romæ aliquandiu eius certaminis causa habitauit, ibiq; etiam mortem obiit? Hic enim editis pluribus scriptis, quæ etiam nunc reperiuntur, Mendicantes monachos ualde oppugnauit, affirmans eos non à Deo, sed à diabolo originem habere, excitatosq; esse. Eorum etiam errores palpabiles tum scriptis suis refutauit, tum in faciem ipsis coram Papa & Cardinalibus sæpissimè obiecit & demonstrauit. Quod certamen admodum acre fuit, & diutissimè durauit, nec à Papa & eius Cardinalibus dirimi & componi potuit, cum & ipse multos astipulatores haberet: donec ipse tandem ex hac uita emigravit.

Præterea Mendicantes monachi ante 200, aut eo amplius annos, uehemens certamen habuerunt cum tota Academia Parisiensis, quæ inter alias omnes in toto terrarum orbe celeberrima est, fuitq; quia (ut aiunt) plerunq; ferè 30000 Studiosorū habere solet: & à Papistis tanti fit, ut non posse errare iudicetur.

Illa igitur Academia quosdam tetros errores monachis tunc obiecit: inter alios etiam fanaticum & impium scriptū, quod clam à monachis erat commentum & hñtum, æternumq; Euangeliū nuncupatum. Quod innumeris erroribus & abominationibus refertū fuisse scribitur.

Hoc certamen aded uehemens & ardens fuit, quòd etiã scelera si monachi sæpe in tota ciuitate seditionem contra studiosos suis turbulentis concionibus excitauerint, & tota Schola ex urbe discedere coacta fuerit. Litigarunt de ea controuersia partes diu multūq; etiã Romæ. Sed Sanctissimus demū Mendicantes monachos in suam tutelam recepit, eorumq; causam iustam esse pronunciauit. Ita errores eorum à nullo postea reprehendi, nedum plenè refutati fas fuit.

Idem religiosissimi (si Dijs placet) homines, non longo tempore post, acrem, periculosam, diuturnamq; controuersiam habuerūt cum omnibus episcopis & prælatis Galliæ, de multis & arduis articulis, quos hic uberius explicare nimis profectò longum foret.

Exposui horum quædam in meo Catalogo testium ueritatis, quæ Christianus lector ibi inuestiget & legat, sicut & præcedentia ipsorum certamina.

Postea atrociter etiam rixati sunt pigerrimi isti uentres & fuci, alienis commodis & sudoribus perpetuò insidiantes, cum Papa Ioanne 22: qui planè in ea sententia fuit, nullum bonum opus aut cultum esse, quòd ualidi ignauiq; homunciones ita ostiatim mendicantes, ex alieno sudore & labore lautè uiscitarent: nec Christù & Apostolos hoc fecisse asseruit. Deniq; impossibile esse affirmauit, nò unumquemq; sua aliqua propria bona resq; habere, ut partim supra, partim etiam in meo Catalogo copiosius expositum est.

Postremò iidem monachi contra omnes Pastores aut parochos ferè per uniuersum mundum inextinguibile bellum mouerunt, longissimoq; tempore gesserunt, inuadentes illorum iura & comoda, sibiq; regimen supra omnes Ecclesias & populos rapientes. Voluerunt enim baptizare, absoluerè, communionem sacræ cœnæ præbere, & mortuos sepeliri: ut eo commodius tam à uiuis quàm à mortuis pecuniam extorquere, suosq; ignauos uètres tanto lautius saginare possent.

Quod ut faustum esset, eisq; feliciter succederet, non exiguum subsidium eis præstitit sanctissimus pater Papa, causamq; eorum promouit, quia annuatim amplissima tributa & redditus ab eis accipiebat, animaduertebatq; hos spirituales filiolos & satellites maxime moperè conducibiles esse suæ culinæ & tyrannidi. Nam per eos Papa (quando cunq; ei libuit) Cæsares, Reges ipsos & Principes, ad quamcunq; uoluit obedientiam adlegit.

Vbi enim solummodo ipse eis id negocij dedit, mox illi magna uehementia in concionâdo, aut potius furiose debacchando, bullis Papalibus excommunicando, & in quosuis fulminando, uariâ mendacia comminiscendo ac spargendo, & sesquipedalibus uerbis iram omnibus minitendo, cultumq; Ecclesiasticum, quin & baptismum ac sepulturam impediendo, seditiones excitarunt, & stultum uulgus ad arma suscipienda aduersus magistratum inflammârunt: ita ut demum nec Cæsares, Reges, aut Principes ipsi in suis peculiaribus regionibus præ hisce rasorum nebulonum rumultibus, furoribus & seditionibus tuti ac liberi esse potuerint. Hæc sua ingentia comoda spectans & captans Papa, semper seduloq; monachis, neglecto omni iure ac iusticia, patrocinator est.

Hoc bellum monachorum contra pastores & episcopos, ualde diu durauit, nec quisquam illud finire rectè poruit. Verùm D. Lutherus piæ memoriæ, aliq; sinceri doctores, uel potius Deus ipse per instaurationem Euangelij sui, tandem felicitè finem illorum rabiei imposuit, & magna ex parte illud extinxit.

Ista ergo tantum quinq; grauissima religionis certamina, quæ solummodo peruersissimi isti cuculligeri in Papatu excitarunt, aperte testantur, quàm nefanda & detestanda dissensio & cõtentio in Antichristiana ecclesia & religione sit. Licet igitur Papistæ summis laudibus efferant, extollant & iactitent suam concordiam & consensionem in doctrina, tamen ipsum opus perpetuaq; experientia contrarium liquidissimè testantur.

**N**ONO: Quàm horredas dissensiones & seditiones sanctissimi Papæ unà cum toto suo sodalitiõ habuerunt contra Ecclesias in Oriete, in Africa, Illyria, cum Ecclesijs & Electoribus in Germania, sæpius cum Gallicis, Hispanicis & Anglicis Ecclesijs, in Catalogo meo breuiter indicatum est: si autem plenè & pro rei magnitudine ac dignitate hæc tractare deberemus, facilè profectò scripturionis prolixitate superaremus non solum Iliada Homeri, uerùm etiam Liuij Decades, & Sabellici Enneades.

Quantquam autem illa scripta Papistica maxima ex parte aut occultata, aut etiam prorsus suppressa sunt, ne legerentur ac cognoscerentur scelera & facinora Papatũ, ipsorumq; rasorum satellitũ, & uicissim quomodo Christiani doctores eorum tyrannidi impietatiq; restiterint: tamen passim in quorundam monumētis aliqua uestigia ueritatis reperiuntur, unde nostra quoq; ætas aliquo modo de illorum cõtrouersijs, malisq; ac impijs conatibus iudicare & coniecturam facere possit. Multa eius generis hisce 40 annis impressa sunt: & multa adhuc præclara exhiberi in authenticis monumentis possent, si modò esset qui sumptus in editionem faceret.

**D**ECIMO: Si commemorare deberem perniciosissima bella, quæ Romani Pontifices cum Constantinopolitanis, Gallicis & Teutonicis Cæsaribus, item ferè cum omnibus Regibus in Europa, etiã sub prætextu ac titulo Religionis gesserunt & miscuerunt, profectò in infinitam prolixitatem mihi excresceret oratio. De quibus aliqua, licet non plenè & integrè, ferè in omnibus Hi-

storijis narrantur. Quæ lector ipse pro sua opportunitate ibi leget.

Illud autem memorabile est, quod Machiauelus, historicus Italicus, non dubitat affirmare, pleraq; bella iam multis seculis ab inclinato imperio inter Christianos gesta, à Papis aut aperte, aut etiã clàm excitata, uel saltem promotã esse. Certissimũ sanè est, simul & notissimum, plus sanguinis Christiani in hisce pontificijs seditionibus profulum, maioraq; latrocinia, incendia, stuprationes ac contaminationes tam mulierum quàm uirginum, & omnis generis scelera atq; flagitia perpetrata esse, quàm in ullis alijs Christianorum tumultibus unquam sit factum, aut omnino fieri usq; ad finem mundi posse uideatur.

Inspice igitur & expende quæso Christiane Lector, istam spiritualem pacem & concordiam Antichristi, Religionisq; ipsius, propter quã tam multa tamq; crudelia bella suscepta, gestaq;, & adedò innumeri Christiani horribiliter trucidati sunt.

**V**NDECIMO, & ultimò: Multas reformationes ex mandato Pontificum, Cæsarum, aliorumq; sublimium episcoporum ac prælatorum inde à quingentis annis usq; ad nos cõscriptas esse constat. Ego ante paucos annos Germanicum libellum, in Epitomen ex decem Reformationibus cõgestum, edidi. In illis igitur ipsimet sanctissimi Papæ, Cardinales & Episcopi, sepissimè grandibus uerbis & ualde seria oratione, simulatq; maximo animi dolore confitentur, multos ac crassos abusos, & palpabiles errores atq; corruptelas in Ecclesiam, religionemq; suam inuectas esse: & præter foedissimam morum uitæq; spiritualium corruptionem, multipliciter etiam regimen uitiatum testantur.

Decernunt itaq;, & modum ac uiam in illis suis reformationibus excogitant, per quem hæc omnia uel mutari, uel corrigi, uel etiam proflus tolli deberent. Fingunt etiam, aut potius simulant interdum, magnum ardorem & seueritatem in hisce rebus peragendis: sed nunquam quicquam ferire ipsa efficiunt. Quare dum illi sese perpetuò ita bellè reformant, quotidie grauiores corruptelæ & abusus confusionesq; eis crescunt in illa sua abominatione desolationis.

Vide quæso te, Christiane Lector, uel illam unicam talium suarũ turpitudinum & abominationum confessionem, quam Pontifex Adrianus in comitijs totius Imperij Norinbergæ, anno 1523, aperte profes-

tè professus est: quanquã postea alia Coloniae in Fasciculo rerum sciendarum excusa est, cuius pauca uerba hic adscribam.

¶ Scimus in hac sancta sede, aliquot IAM ANNIS multa ABOMINANDA fuisse, abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, & OMNIA deniq; in peruersum mutata. Nec mirum, si ægritudo à capite in membra, à summis PONTIFICIBVS in alios inferiores prælatos descenderit. Omnes nos (id est, prælati Ecclesiæ) declinauimus, unusquisq; in uias suas, nec fuit IAM DIVI qui faceret BONVM, non fuit usq; ad VNVM. Quamobrè necesse est, ut omnes demus gloriam Deo, & humiliemus animas nostras ei: uideatq; unusquisq; nostrum unde ceciderit: & se potius quilibet iudicet, quàm à Deo in uirga furoris sui iudicari uelit. Qua in re, quod ad nos attinet, polliceberis, nos omnem operam adhibituros, ut prædictam Curia hæc, unde fortè omne hoc malum processit, reformetur: ut sicut inde corruptio in omnes inferiores emanauit, ita etiam ab eadè sanitas & reformatio omnium emanet. Ad quod procurandũ nos tanto arctius obligatos reputamus, quanto uniuersum mundum huiusmodi reformationem auidius desiderare uidemus.

Et mox: Quanquam nemo mirari debebit, si non statim omnia errata & abusus oēs per nos emendatos uiderit. INVETERATAVS nimium morbus est, nec simplex, sed uarius & multiplex: PEDETENTIM in eius cura procedendum est, & prius grauioribus magisq; periculosis occurrendum: ne omnia pariter reformare uolentes, omnia perturbemus. Omnes subitæ mutationes (inquit Aristoteles) in Rep. periculosæ sunt. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. Hactenus Papa Adrianus. Sunt uerò ab eo tempore iam anni 40 elapsi, & Papæ complures mortui. Num autem tam longo tempore, ulla pars Papisticarum abominationũ ab ipsis mutata, sublataq; est?

Adiunctum est eidem promissioni Papæ (ut modò audiuimus) de emendatione & expurgatione suæ sedis, quod uelit quidè omnia emendare, sed tamen PEDETENTIM: quia malum sit ualde inueteratum: & omnis mutatio sit (teste Aristotele) periculosa. Ea omnia Lutherus uulgaris sermone edens, exponit illud PEDETENTIM intelligendum esse, ut mille anni inter singulos passus intercedant: id est, nulla unquam fiat à Papa sui suorumq; uera reformatio. Quod experientia ipsa etiam ex hisce 40 annis

omnibus rebus in peius ruentibus, compertum est.

Obseruetur uerò hic etiam illa illustris, uel horrèda potius, con-  
tradictio, quod in hac suarũ turpitudinum cõfessione, & reforma-  
tionis promissione, ipsemet Pontifex fatetur, aliquot iam annis in  
illa sancta sede multa abominãda regnasse, nec fuisse IAM DIVI  
qui bonum faceret: ideoq; à summis Pontificibus omne malum  
in alios prælatos & sacrificos promanasse. Si id uerum est, falsissi-  
mum est, Papam errare nõ posse. Si uerum est, caput ipsum iam diu  
infantiuisse: quomodo non reliquum corpus, ac inde perfluens re-  
ligio, multipliciter secum pugnasset? Huc pertinet, quòd suprà ex  
Platina ostendimus, plurimos Papas sese inuicem, suaq; omnia de-  
creta condemnasse & anathematizasse.

Quomodo nunc ergo uel perniciosior, uel seditiosior discordia,  
contradictio & contentio esse, aut saltem excogitari posset, quàm  
ubi tina quidem pars pestilentissimos errores, falsaq; dogmata in  
Ecclesia sua à se deprehensa, & ambabus manibus palpata arguit,  
conaturq; (ut uideatur) & etiam concorditer concludit, ea abroga-  
re & planè abolere: altera uerò pars pertinaciter ea uult retinere,  
atq; quasi agnita, uel etiã prægustata, manibusq; palpata uenena  
& perniciosa fermenta in corpore suæ Ecclesiæ retinet, fouetq;?

Quin potius, quæ nam horribilior lis, dissensio & contentio es-  
se, aut inueniri excogitariue omnino potest, quàm ea est, ubi ali-  
quis à se ipso in eiusmodi maximis religionis negocijs dissidet:  
eoq; illi res est delapsa, ut cum illa scelerata, maga ac uenefica corã  
toto mundo perpetuè in suis Reformationibus uociferetur,

*Video meliora, proboq; Deteriora sequor?* Ita enim prorsus Baby-  
lonica uirgo cum suis amasijs & spiritualibus filiolis Prælati-  
cis, quæ uidet, audit, sentit, olfacit, & (ut ita loquar) gustat inferna-  
lem cloacam diabolicorum abusuum, errorum, Symoniæ & turpi-  
tudinum plusquam Sodomiticarum, & aliorum innumerabilium  
ac ineffabilium scelerum, in qua tanquam sordidissima sus uolui-  
tur, & immersa iacet: fatetur etiam coram Ecclesia Dei & toto mũ-  
do, & nonnunquam simulat se inde uelle, cupere ac conari emerge-  
re: sed interim antequam te aliquid conuertas, cernis ipsam lon-  
gè profundius sese in eam abyssum abominationum immergere,  
quàm unquam antea in ea fuerit.

Sic sanè feliciter iste sacrosanctus Pontifex unà cum sua aula,  
cardinalibus & prælati, totaq; sacrificarum aut clericorum atque  
omnium

omnium spiritualium turba ac grege hisce 500 annis in sui emendatione, tollendisq; suis erroribus, abusibus & uitijs cōtaminatissimaq; uita fœliciter progressus est, profecitq;, ut modò ostendi, confitente ipsomet sacro cœtu suam Babylonicam abominationem, innumerosq; abusus, & uitam longè spurcissimam ac deploratissimam, accusanteq; eam toto orbe terrarum.

Nunc ergo abeat isti Babylonicæ parasiti, & omnes quatuor partes mundi permeent ac perlutrent, an fortè horribiliorem discordiam, controuersiam & certamen inuenire possint, quàm hæc ipsa est, in qua ista Babylonica diaboli nympha in suis nefandis spurcitijs iacens canit, ita in illis suis multiplicibus egregijs & publicatis Reformationibus inquit: Video meliora, proboq;, Deteriora sequor: nec me ignorantia ueri decipiet, sed amor, scilicet opû, potentię, uoluptatum, glorię, idololatriarum, &c. quasi diceret: Ego quidem proprias sordes meas agnosco, & diaboli stercora, quibus sum prius submersa, uolens nolens cernere & olfacere cogor. Fateor quoq; coram toto mundo iustissimum & extremè necessariũ esse, ut semel respiscerem & me inde euoluerem: attamẽ cum sordeam, pergam sordescere, & in hac sentina abominationũ permanebo, ac illic in nomine omnium diabolorũ memetipsam in perpetuum uolutabo. Hæc profectò plusquam furiosa discordia est, appellariq; & anathematizari omni iure à cunctis mortalibus, Christianis & Barbaris deberet.

Verũ ut tandem concludamus hanc partem libri de Generalibus contradictionibus, confusionibus ac dissensionibus Papistarum: adscribam adhuc unum Erasmi testimoniũ, idq; ex eius Moria: ut intoleranda nausea, ex istius Camarinæ diabolicæ motione fœtoreq; contracta, iocosiore tractatione non nihil discutiatur. inquit igitur ille:

Iam has subtilissimas subtilitates subtiliores etiam reddunt tot scholasticorũ nię, ut citius è Labyrinthis temet explices, quàm ex inuolucris Realium, Nominalium, Thomistarum, Albertistarũ, Occanistarum, Scotistarum: & nondum omnes dixi sectas, sed præcipuas duntaxat. In quibus omnibus tantum est eruditionis, tantum difficultratis, ut existimem ipsis Apostolis alio spiritu opus fore, si cogantur hisce de rebus cum hoc nouo Theologorum genere conferere manus. Paulus fidem præstare potuit. at idem cum ait, Fides est substantia rerum sperandarum, argumen-  
tum



tum non apparentium: parum magistraliter definiuit.

Idem ut charitatem optimè præstitit, ita parum Dialecticè uel diuidit, uel finit, in priore ad Corinthios epistola, cap. 13.

Ac piè quidem illi consecrabant sacram Synaxin: & tamen roga ti de termino, à quo termino ad quem, de transubstantiatione, de modo quo corpus idem fit in diuersis locis: de differentia, qua corpus Christi est in cælo, qua fuit in cruce, qua in sacramento Synaxeos, quo puncto fiat transubstantiatio: cum oratio per quam ea fit, ut quantitas discretà, fit in fluxu: non pari, sicut opinor, respondissent acumine, quo Scotistæ differunt hæc, ac definiunt.

Nouerant illi Iesu matrem: sed quis eorum tam philosophicè demonstrauit, quomodo fuerit ab Adæ macula præseruata, quàm nostri Theologi?

Petrus accepit clauis, & accepit ab eo qui nō cōmittit indigno: & tamen an intellexerit nescio, certè nusquam attigit subtilitatè, quomodo scientiæ clauè habeat is quoq; qui scientiã non habeat.

Baptizabant illi passim: & tamen nusquam docuerunt, quæ sit causa formalis, materialis, efficiens & finalis Baptismi: nec characteris delebilis & indelebilis apud hos ulla mentio.

Adorabant quidem illi, sed spiritu, nihil aliud sequentes quàm illud Euangelicum: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Verùm haud apparet eis tum reuelatum fuisse, una eademq; adoratione adorandam imagunculam carbone delineatam in pariete, & Christũ ipsum, si modò duobus sit porrectis digitis, intensa coma, & in umbone, qui adhæret occipitio, tres habeat notas.

Quis enim hæc præcipiat, nisi trigintasex annos totos in Phisicis, & ultramundanis Aristotelis & Stoicis contriuerit?

Idem inculcant Apostoli gratiam: ac ijdem nusquã distinguunt, quid intersit inter gratiã gratis datã, & gratiã gratificatè.

Hortantur ad bona opera, nec discernunt opus operans & opus operatum.

Passim inculcant charitatem: sed non fecernunt infusam ab acquisita: nec explicant, accidens ne sit, an substantia, creata res, an increata.

Detestantur peccatum: at emoriar, si potuerint scientificè definire, quid sit illud quod peccatum uocamus, nisi fortè Scotistarum spiritu fuerunt edocti.

Nec enim adduci possunt ut credant, Paulum, è cuius unius eruditione licet omnes æstimare, toties damnaturum fuisse quæstiones, disceptationes, genealogias, & (ut ipse uocat) λογισμῶν, si eas percalluisset argutias: præsertim cum omnes illius temporis contentiones, pugnaeque rusticanæ fuerint, & crassæ, si cum magistrorum nostrorum plus quàm Chrysippæis subtilitatibus cõferantur.

Quanquam homines modestissimi, si quid fortè scriptum sit ab Apostolis indolentius, parumque magistraliter, non damnant quidè, sed commodè interpretantur: hoc uidelicet honoris partim antiquitati, partim Apostolico nomini deferentes.

Et herclè parum æquum erat, res tantas ab illis requirere, de quibus ex præceptore suo ne uerbum quidem unquam audissent.

Idem si eueniat in Chrysostomo, Basilio, Hieronymo, tum sat habent adscribere, Non tenetur. Et illi quidem cõfutarunt Ethnicos philosophos ac Iudæos suapte natura pertinacissimos, sed uita magis ac miraculis, quàm syllogismis: tum eos, quorum nemo fuerit idoneus, uel unicum Scoti Quodlibetum ingenio consequi.

Nunc quis ethnicus, quis hæreticus non continuò cedat tot tenuissimis subtilitatibus, nisi tam crassus ut nõ assequatur: aut tam impudens, ut exhiberet: aut iisdem instructus laqueis, ut iam par sit pugna, perinde quasi magum cum mago committas: aut si gladio fortunato pugnet aliquis cum eo, cui gladius sit fortunatus? tum enim nihil aliud quàm tela Penelopes retexeretur.

Ac meo quidem iudicio saperent Christiani, si pro pinguibus istis militum cohortibus, per quos iam olim ancipiti Marte belligerantur, clamorissimos Scotistas, & pertinacissimos Occanistas, & inuidiosos Albertistas, unà cum tota Sophistarum manu mitterent in Turcas, Saracenos: spectarent opinor & conflictum omnium lepidissimum, & uictoriam non antè uisam.

Quis enim usque ad eò frigidus est, què istorum nõ inflamment acumina? Quis tam stupidus, ut tales non excitet aculei? Quis tam oculatus, ut hæc illi non maximas offundant tenebras? Verùm hæc omnia uideo uobis propemodum ioco dicere. Nec mirum sanè, cum sint & inter ipsos theologos melioribus instituti literis, qui ad has siuolas, ut putant, Theologorum argutias nauscent.

Sunt qui uelut sacrilegij genus execrentur, summamque ducant impietatem, de rebus tam arcanis & adorandis magis quàm explicandis, tam illoto ore loqui, tam prophanis ethnicorum argutijs

disputare, tam arroganter definire, ac diuinæ Theologiæ maiestatem tam frigidis, imò sordidis uerbis simul & sententijs cōspurare. At interim ipsi foelicissimè sibi placèt, imò plaudūt, adeò ut his suauissimis nenijs nocte dieq; occupatis, ne tantulū quidè ocij supersit, ut Euāgelium aut Paulinas epistolas uel semel liceat euoluere.

Atq; interim, dum hæc nugantur in scholis, existimant se uniuersam Ecclesiam, alioqui ruituram, non aliter syllogismorum fulcire tibicinibus, quàm Atlas cœlum humeris sustinet apud Poetas. Iam illud quantæ foelicitatis esse putatis, dum arcanas literas, perinde quasi cereæ sint, pro libidine formant ac reformant: dum conclusiones suas, quibus iam aliquot scholastici subscripserunt, plus quàm Solonis leges uideri postulant, & uel pontificijs decretis anreponendas: dumq; ueluti censores orbis, ad palinodiam trahunt, si quid usquam cum explicitis & implicitis illorū conclusionibus non ad amussim quadrarit: ac non secus atq; ex oraculo pronunciant, Hæc propositio scandalosa est, hæc parum reuerentialis, hæc hæresim olet, hæc malè tinnit: ut iam nec Baptismus, nec Euāgelium, nec Paulus aut Petrus, nec S. Hieronymus aut Augustinus, imò nec ipse Thomas ἀριστοτελικώτατος Christianū efficiat, nisi Baccalaureorum calculus accesserit: tanta est in iudicando subtilitas.

Quis enim sensurus erat, eum Christianum nō esse, qui diceret, has duas orationes, Matula putes, & matula puret: item, Ollæ feruere, & ollam feruere: pariter esse congruas, nisi sapientes illi docuissent? Quis tantis errorum tenebris liberasset Ecclesiā, quos ne lecturus quidem unquam quisquam fuerat, nisi magnis sigillis isti prodidissent?

Verūm an non foelicissimi, dum hæc agunt? Præterea dum infectorum res omnes sic ex amussi depingunt, tanquam in ea Rep. cōplures annos sint uersati? Præterea dum pro arbitrio nouos orbis fabricantur? addito deniq; latissimo illo, pulcherrimoq; ne scilicet deesset, ubi foelices animæ commodè uel spaciari, uel conuiuium agitare, uel etiam pila ludere possent.

His atq; id genus bis mille nugis, horum capita adeò distenta differtaq; sunt, ut arbitrer nec Iouis cerebrum æquè grauidū fuisse, cum ille Palladem parturiens, Vulcani securim imploraret.

Quare nolite mirari, si uidetis capita illorum tot fascijs tam diligenter obuincta, in publicis disputationibus, alioquin enim planè dissilirent.

Illud

Illud ipsum quoq; nō nunquam ridere soleo, cum ita demū maximè sibi uidentur Theologi, si quàm maximè barbarè spurcèq; loquantur: cumq; adèd balbutiunt, ut à nemine nisi balbo possint intelligi. Acumen appellant, quod uulgus non assequatur. Negant enim è dignitate sacrarum literarum esse, si Grammaticorum legibus parère cogantur.

Mira uerò maiestas Theologorum, si solis illis fas est mendosè loqui: quanquam hoc ipsum habent cum multis cerdonibus commune. Postremò iam dijs proximos sese ducunt, quoties quasi religiosè Magistri nostri salutantur. In quo quidem nomine tale quiddam subesse putant, quale est apud Iudæos τετραχάμματα. Itaq; ne fas aiunt esse, **MAGISTER NOSTER** secus quàm maiusculis scribere literis. Quòd si quis præposterè Noster magister dixerit, is semel omnem Theologici nominis peruerterit maiestatem.

Ad horum fœlicitatem proximè accedunt ij, qui se uulgò Religiosos ac Monachos appellât, utroq; falsissimo cognomine: cum & bona pars istorum longissimè absit à religione, & nulli magis omnibus locis sint obuij. Ijs nō uideo quid possit esse miserius, nisi ego multis modis succurrerem.

Etenim cum hoc hominum genus omnes sic execrentur, ut fortuitum eorum occursum ominosum esse persuasum sit, tamen ipsi sibi magnificè blandiuntur.

Primum summam existimant pietatem, si usq; adèd nihil attigerint literarum, ut ne legere quidem possint. Deinde cum Psalmos suos, numeratos quidem illos, at non intellectos, a sinibus uocibus in templis derudunt: tum uerò se putant diuorum aures multa uoluptate demulcere. Et sunt ex his nonnulli, qui sordes ac mendicitatem magno uendunt, proq; foribus magno mugitu panem efflagitant: imò in nullis diuersorijs, uehiculis, nauibus non obturbât, non mediocri profectò reliquorum mendicorum iactura. Atq; ad eum modum homines suauissimi sordibus, inscitia, rusticitate, impudentia, Apostolos (ut aiunt) nobis referunt.

Quid autem iucundius, quàm quòd omnia faciunt ex præscripto, quasi mathematicis utentes rationibus, quas præterire piaculū sit? Quot nodos habeat calceus, quo colore singula uestis, quot discriminibus uarieganda, qua materia, quotq; culmis latum cingulum, qua specie, & quot modiorum capax cuculla, quot digitis latum capillitium, quot dormiendum horas,

Atq; hæc quidem æqualitas in tanta corporum & ingeniorum uarietate, quàm sit inæqualis, quis non perspicit? Et tamen his nugis non alios modò præ se nauci faciunt, uerùm inuicem alij alios contemnunt: atq; homines Apostolicam charitatem professi, ob aliter cinctam uestem, ob colorem paulo fusciorem, omnia miris tragædijs miscnt.

Ex his uideas quosdam adedò rigidè religiosos, ut summa ueste non nisi cilicina utantur, intima Milesia: alios contrà, qui supernè linei sint, intimè lanci. Rursum alios, qui pecuniæ contactum ceu aconitum horreant: nec à uino interim, nec à mulierum contactu temperantes.

Deniq; mirum omnibus studium, ne quid in ratione uitæ conueniat. Nec illud studio est, ut Christo similes sint, sed ut inter se dissimiles.

Porro magna fœlicitatis pars est in cognomentis, dum hi Funi-geros appellari se gaudent, & inter hos alij Coleras, alij Minores, alij Minimios, alij Bulistas. Rursum hi Benedictinos, illi Bernhardinos, hi Brigitenfes, illi Augustinenses, hi Guilhelmitas, illi Iacobitas: quasi uerò parum sit, dici Christianos.

Horum magna pars in tantum suis nititur cæremonijs, & hominum traditiunculis, ut putet unum cælum parum dignum esse tantis meritis præmium: haud cogitantes futurum, ut Christus contemptis his omnibus, suum illud sit exacturus præceptum, nempe charitatis.

Alius ostentabit aqualiculum, omni piscium genere distentum. Alius Psalmorum centum effundet modios. Alius ieiuniorù myriadas annumerabit, & toties unico prandio penè disruptam imputabit alium. Alius tantum cæremoniarum aceruum proferet, quantus uix septem onerarijs nauibus uehi possit. Alius gloriabitur sexaginta annos nunquam attactam pecuniam, nisi digitis duplici chirotheca munitis. Alius cucullam ingerit adedò sordidam & crassam, ut nullus nauta suo dignetur corpore. Commemorabit alius se plus quam undecim lustris spongiæ uitam egisse, semper eidem affixum loco: alius raucam assiduo cantu uocem adducet: alius lethargum solitudine contractum, alius linguam iugi silentio torpentem.

At Christus interpellatis nunquam alioqui finiendis glorijs, Vn-  
denam hoc, inquiet, nouum Iudæorum genus? Vnicam ego legem  
uerè.

uerè meam agnosco, de qua sola nihil audio. Et olim palàm, nulloq; parabolarum utens inuolucro, paternam hæreditatem pollicitus sum, non cucullis, preculis aut medijs, sed fidei & charitatis officijs. Nec eos agnosco, qui sua facta nimis agnoscunt. Isti qui me quoq; sanctiores uideri uolunt, Abraxasorum cœlos, si libet, occupant: aut ab his sibi nouum extrui cœlum iubeant, quorum traditi unculas meis præceptis anteposuerunt.

Cum hæc audient, atq; uidebunt nauas & aurigas sibi præferri, quibus putatis uultibus sese mutuo contuebuntur?

¶ Innumera profectò & grauissima & prolixissima testimonia de Scholasticorum & Monachorum horribilibus sectis, religionis diuersitatibus, hæresibus & erroribus, deq; eorum dissidijs ac contentionibus, ex dignissimis autoribus proferre possem, nisi omnistudio ac conatu breuitati studerem, seruiremq;. Huc accedit, quòd ita manifestæ sint multæ eorum nò tantum diuersitates, sed etiam contradictiones sententiarum, ut nihil attineat, nimiù multis testibus aut demonstrationibus eas euincere.

Sola certa Missa (uti etiam prius breuiter dixi) quam isti ueluti pro corde ac capite Christianæ religionis habent, immensam Pasticorum dissidiorum confusionem nobis exhibere potest.

Nam licet Sydonius ausus sit coram toto Imperio Augustæ anno 1548, in suis concionibus postea editis, impudenter asseuerare, totum Canonem ad uerbum (ut nunc habetur) inde ab Apostolis fuisse: tamen omnes Pontificij scriptores, qui aliquid de hac re scripsere, contrarium testantur: qui ordine (licet plurimum uariates, sibiq; inuicem contradicentes) commemorant, quam partem quis uel canonis uel Missæ excogitauerit, commentus uel sit, & alij assuerit. Quorum aliquæ partes amplius sexcentis post Christum annis adiunctæ sunt.

Gregorius Papa cognomento Magnus contra, totum Canonem à nescio quo ignobili scholastico confarcinatum esse testatur, nimirum ex uarijs diuersorum fragmentis, cui tamen ille tantum orationem Dominicam adiunxit.

Extant etiam Missalia uetusta, quorum Canon in multis à præsententi uariatur, quas uariationes in alio quodam libello ostendi. Excusæ quoq; sunt uariæ Missæ Antuerpiæ, Parisijs, & alibi: quæ olim passim in usu ueniunt. Retenta sanè est Missarum maxima uarietas ac diuersitas fermè usque ad millesimum Domini annum.

Quin etiam Gregorius Magnus Augustino Anglico circa 600 Domini annum, miranti diuersas esse Missas in diuersis regionibus, clarè suadet, ut ipse ex omnibus colligat, quæ sibi uideantur: & Anglis pro suo arbitrio nouam aliquam formam proponat.

Qualis ergo ista concordia est, ubi summū istorum propitiatorium sacrificium aded inconstanter uariat, & subinde temerè refunditur, augetur, imminuitur, crescit ac decrescit, & pro arbitrio, libituq; diuersorum homuncionum susq; deq; fluctuat?

Quanta sit uarietas opinionum de Missa, de eius effectu & efficacia, quantum quibus & in qualibus rebus ualeat, de uarijs circumstantijs in consecratione, de ipsius sacerdotis idoneitate, de uarijs dubijs ibi orientibus, & alijs eius partibus, infinitum planè esset exponere. & ostendit id satis Beda, alijq;, qui super Canonè & Missam magna uolumina scripserunt.

Quin nec illud quidem inter eos satis constat (ut postea copiosius dicetur, & ex ipsorum proprio ore ac libris probabitur) an ipsi isdem aut alijs uerbis consecrent, quibus Christum ipsorum transubstantiationem peregisse affirmant. Atqui hoc totius rei caput ac cardo est. Inde enim etiam necessariò sequitur, dubitandum esse, an uerè consecrent, transubstantient, aut suam metamorphosin peragant, aut non.

Quanta uerò sit abyssus dubiarum quæstionum, & dissidentiu opinionum de uarijs Missæ casibus, si hoc aut illud accidat inter Missificandum: norūt, qui uel obiter istorum nugas & intricatissimas spinosissimasq; disceptationes inspexerunt.

Sola ergo istorum sacratissima Missa tam immensum pelagus dubiorum, rixarum, & contrariarum opinionum gignit, ut nemo unquam fuerit, aut futurus sit, qui eas omnes cognoscere ac diiudicare, nedum conciliare possit.

**D**VODECIMO. Quandoquidem hætenus dictū est quasi de generalibus quibusdam Papistarum, seu ad totum illorū corpus, aut certè magnos cœtus pertinentibus contradictionibus & contentionibus: tempus nunc locusq; fortè postulat, ut aliquid etiam de singulis eorum scriptoribus dicamus.

Hic uerò ego quoq; illud poeticū optimo iure exclamare possè:  
*Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum,*  
 Ferrea uox, omnes possim dicere formas dissidiorum, aut saltè nomina

nomina dissidentium. Dicam igitur tantum de aliquibus, ac primum quidem de paulo uetustioribus, postea de recentioribus.

Hic uerò primo loco mihi dicendum esset de Gratiano & Lombardo, non quòd hi uetustissimi sint, qui ab alijs scriptoribus Pontificijs dissentiant, eorum uè dissidia ostendunt: sed quòd maximè sunt celebres, & duabus quasi factionibus aut sectis primarijs originem præbuerunt, nempe Canonistis & Scholasticis. Ibi enim ac per eos quasi scissa est Theologia Pontificia in duas diuersissimas species aut partes doctrinarum & doctorum: cum prius tantum unum quoddam corpus esse, ut sæpe Gerson inculcat, uideretur: à quo quasi schismate, nunquam denud in unum redierunt, aut inter sese coaluerunt.

Eodem fermè illi tempore, nempe ante 450 annos uixerunt, & ueluti ex còposito quisq; suam partem arripientes, opera sua aggressi sunt. Occasio causaq; eis fuit, quod uidebant eò confusionis & inordinatæ cuiusdã copię excreuisse Ecclesiæ doctrinam, ut nemo uel mediocri ingenio industriaq; præditus posset sibi aliquid certi ac integri animo memoriaq; còplecti. Cuius porrò immensi malì causa primaria fuit, primum quidem neglectio Scripturæ: quòd doctores non id agebant, ut textum ipsum sacrarum literarum illustrarent, ac auditores ad eum sedulo lectitandum cognoscendumq; cohortarentur, sed potius suis longis uoluminibus ab eo ad sua scripta pertraherent. Secunda causa fuit, multitudo ac diuersitas scriptorum & librorum, quos subinde euulgabant. Ultima, multiplex sententiarum diuersitas, ac etiam còtrarietas, tum & minimè methodica scriptio, quòdq; nemo integrum aliquod plerumq; Theologiæ corpus piè, diligenter ac eruditè complecteretur.

Voluerunt igitur isti duo uiri ex diuersis, particulatimq; secundum diuersas materias scriptis libris, & ueluti dissipatis dissectisq; membris, unum aliquod certum corpus colligere ac formare. Et ante omnia sententias de unaquaq; materia ad eò diuersas, uel potius contrarias inter sese concordare & conciliare.

Duæ autem tantum primariæ partes doctrinæ Ecclesiæ nonnihil eminebant: altera quidè, quæ publicum regimen, ritusq; ac sacrorum administrationem & iudicia complecteretur, & magna ex parte ex Conciliorum canonibus & Paparum decretis constaret: altera uerò, quæ instructionem conscientiæ pietatisq; singulorum formationem contineret, & potissimum Patrum scriptis traderetur.

Petrus



Petrus Lombardus igitur hanc ueluti priuatam, aut (ut ita loquar) conscientiarum Theologiæ partem: Gratianus autem illâ publicam, iudicariamq; aut forensem sibi formandam desumpfit. Uterq; sanè laborauit, & sudauit sedulò, ut & colligeret dispersa, & concordaret nimium inter se pugnantia: & deniq; in ordinem redigerent, præsertim autem ueterum sententias ac dogmata, in plurimis nimium inter sese inuicem pugnantia.

Gratianus sanè etiam eum titulum suo operi imposuit, Concordia discordantium canonum. unde liquidò patet immensa non solum diuersitas, sed etiam dissidium conciliorum, traditionum, canonum, & sanctionum humanarum: quæ pleræq; aut à Synodis, aut Papis episcopisq; effusæ, & tanquam graue quoddam iugum oneri Ecclesiæ colligatæ fuerunt. ut Christus de Iudaicorum patrum traditionibus, canonibus & decretis loquitur.

Verùm uterq; operis difficultate, immensa sententiarum opinio numq; uarietate, confusione, atq; aded nimis crassa dissidentiu dogmatum contrarietate superatus est. Quare etiam Canones, qui ante eos Gratiano, discordes, manserunt & in posterum, frustra reconciliata non solum non potuerunt à Lombardo concordari, sed potius iuxta sese inuicem posita, etiam magis suum dissidium omnibus ostenderunt.

Qualis quæso & quàm uiolenta Gratiani conciliatio canonum illa est, qua ille plurimum utitur in concordandis canonibus, quæ aliqui una hac regula complectuntur: Distingue tempora ac loca, & concordabis iura. Quasi uerò alius Deus sit in Oriente, & alius in Occidente, alius heri, alius hodie: ut tam diuersum, imò prorsus contrarium ius Religionis ac Ecclesiæ esse diuersis locis aut temporibus debeat, aut piè possit. At illa ista machina cum multa alia prægrandia opera experimentaq; facit, tum etiam probat coniugium sacerdotum in Orientali quidem Ecclesia esse pium & Christianu, in Occidentali uerò impium & non ferendum.

Non rarò etiam ipsemet agnoscit & confitetur, esse irreconciliable multorum Canonum dissidium: eoq; omiſsa prorsus una parte, alteram sequendam esse. Ut de confessione & satisfactione, an sit iuris diuini aut humani, & an sint ad remissionem peccatorum necessaria, multos contrarios canones, Papatum decreta, & Patrum sententias citans, congerens, ac eos concordare satagens: tandem apertè

apertè ostēdit, inter eos esse infinitam diffensionem: eoq; liberum iudicium Lectori reliquit, ut ipse statuatur, utra pars sententiāq; sequenda sit, aut fugienda.

Verba eius hæc sunt in fine primæ distinctionis de pœnitentiā: Quibus autoritatibus, uel quibus rationum fundamentis utraq; sententiā confessionis & satisfactionis innitatur, in medium breuiter proposuimus. CUI autem HARVM potius sit adhærendū, LECTORIS IUDICIO reseruetur. VTRAQVE enim habet fautores SAPIENTES & RELIGIOSOS uiros.

En uides Gratianum in re longè grauissima, nempe in partibus pœnitentiæ constituendis (quam esse isti uolunt sacramentum, ac unicam tabellam naufrago ad salutem) irreconciliabile inter Canones & scriptores dissidium: ut hîc omni conciliatione ommissa necesse sit, neglecta altera parte alteram sequi. Nec tamen id ipsum statuere potest, utra tandem pars uerius sentiat, sequendaq; sit, aut cauenda. En tibi bellam Babylonicæ istorum confusionis concordiam, omnium ore celebrandam, & ab omnibus adorandam.

Recitat ille ualde multos canones & sententias pro coniugio sacerdotum. Recitat quoq; dist. 31. decretum sextæ Synodi, in quo disertissimè nominatimq; Ecclesiæ Romanæ impia lex de cœlibatu damnatur, cuius hæc sunt uerba: *Quoniam in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi uel presbyteri, confiteri, quod non suis iam copulentur uxoribus, ANTIQVVM sequentes CANONEM APOSTOLICÆ diligentia, & CONSTITVTIONES sacrorum VIRORVM: legales nuptias amodò ualere uolumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. Quicumq; ergo diligens inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali aut sacerdotali: hi nullo modo prohibeantur ad talem ascendere gradum pro uxoris suæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri castitatem cogantur, quod abstinere debeant à legalis uxoris familiaritate. Item oportet eos qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus: ut à Deo possint consequi, quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum & diaconorum priuare à contactu, & à communionem legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causa*

uxorem suam expellit, excommunicetur. Si uerò in hac permanferit, deponatur.

En hic audis pie Lector, sacram Synodum damnare impiam legem cœlibatus Romani, idq; nominatim: nec in super testari, eam pugnare cum ueteribus sanctorum Patrum & etiam Apostolicis regulis & canonibus: hoc nihilominus ipso tantæ autoritatis decreto ipsam Apostolorum autoritatem citante, alijsq; pluribus à se recitatis ueterum sententijs & canonibus neglectis, impiam tyrannidem Pontificis de cœlibatu cõprobat. Quæ est, proh Deum atq; hominum fidem, hæc concordia uel cõcordatio Canonum, aut furor potius?

Dist. 40 est horribilis canon, prohibens Papam reprehendi, etiam si propalam innumeras animas ad infernum secum trahat. At eius summa aut rubrica *his diebus* dissonans inquit: Damnatur Apostolicus, qui suæ & fraternæ salutis est negligens. Vide quàm bellè interdum in tam sacrosancto iure, ipsæmet Rubricæ cum suis Canonibus consonent.

Donatio Cõstantini est ueluti fundamentum totius regni opulentiaq; pontificiæ, & à plurimis hoc tempore, & etiam antea operosissime asserta. Ea habetur dist 96. At simul adscripta est uox Palea, sicut & multis alijs Canonibus. Quinetiam omnino non habetur in uetustissimis exemplaribus, quæ ea demum sunt quæ carèt glossa. Sic cernis Christiane Lector, plenissimum esse illud ius contradictionibus & dolis.

Deus bone, quàm multas ille leges, decreta & priuilegia etiam sacrosanctis iuramentis Papparum & Synodorum confirmata recenser, quibus Papa Imperatori, eiusq; legibus ac regimini subiectus esse debere demonstratur: quibus omnibus spretis, alias recentiores sanctiones proponit ac probat, quib. Imperator Pontifici profusus subijcitur, ut etiam ad oscula eius sædissimorum pedum protrahatur. Molinæus eruditam orationem recitauit & edidit Tubingæ, qua probauit, olim Papas Scripturæ, legibus Cæsarū, & Cæsaribus, sicut & Petrus ac Paulus præcipiunt, subiectos fuisse. Verùm eos postea paulatim ita omnia suis canonib. ac iuribus inuertisse, & ueluti nouum cœlum ac terram creasse, ut iam eis Scripturæ leges Imperatores & monarchæ profusus subiecti sint, ac sub pedibus iaceant, uixq; digni ab isto Antichristo habeantur, qui eius pedes, calceos uel osculentur.

En tibi

En tibi bellam concordiam, harmoniam & consonantiam istorum ueteris religionis ac status cum recentiore, & suis protectoribus Monarchis. Lege pie Lector eam oratione, non pigebit operere.

Sunt & aliæ innumeræ contradictiones cum in Decreto, tum in Decretalibus & alijs, uti uerè uocantur, Extra iusticiæ ueritatisq; normâ uagantibus decretationibus. Quas tot innumeris uoluminibus Canonistæ conciliare & concordare nō possunt: quasq; qui enumerare uolet, idem & harenas Libyæ dinumeret.

Habet tamen multas sententias Decretum, quibus non pauci Papatus errores damnantur: ut de Communione sub utraq; specie, de Confessione, & alijs complurimis: de quibus partim superius dixi, partim infrà dicitur.

Glossa eius quoq; multa Pontificia deliramenta improbat, ut initio quintæ dist. de Pœnitentia, disertè confirmat, istam Papisticā seu auricularem confessionem humani, non diuini præcepti iurisq; esse.

Reliqua porrò uolumina Iuris Pontificij etiam pluribus contradictionibus, & simul notorijs impietatibus sunt refertissima: utpote quæ tantum rapinam, & tyrannidis Pontificiæ constabilitiōnem spectent, ac ex mero arbitrio, libitu & libidine Papæ eiusq; mancipiorum sunt effusa.

Verum nō est nostri instituti nunc omnia capita & dogmata recensere, in quibus Decretum aut reliquum ius Pontificium inter sese uel cum alijs Papisticis scriptoribus aut libris pugnat: quod esset profus immensi laboris. Satis id ipsimet eorum commentatores ac summistæ probant, tot montes librorum Gigantum instar coaceruantes, quibus conciliare, & in certam sibiq; constantē doctrinam ius Pontificium profus frustra redigere conantur. Quod etiam pertinent æternæ lites ac rixæ, quæ Romæ de uarijs casibus religionem conscientiamq; attingentibus agitatur ac intricantur.

Verum de iure Pontificio, eiusq; fraudibus ac laqueis, audiui-  
mus suprâ Budæi sententiam, cui ueluti corolarij uice accedat & illa Cardinalis ac iurisconsulti doctissimi Francisci Zabarelæ, de scelerata Canonistarum iuris peruersione, & impia Papalis potestatis exaltatione & adoratione. Floruit autem hic uir circa annum Domini 1400. Sic uerò in suo edito scripto inquit: Quæ iura sunt nefanda, quia malè considerata sunt per multos assentatores, qui uoluerunt placere Pontificibus per multa retrò tempora: & usq; ad  
p 2 hodie.

hodiernâ diē suaserūt eis, quōd omnia possent: & sic, quōd facerent quicquid liberet, etiam illicita, & sint plus quàm Deus. Ex hoc enim infiniti secuti sunt errores: quia Papa occupauit omnia iura inferiorum Ecclesiarum, ita quōd inferiores prælati sint pro nihilo. Et nisi Deus succurrat statui Ecclesiæ, uniuersalis Ecclesia periclitatur. Sed fauente Deo, speratur de reformatione, si (ut dicitur) constitutum congregabitur in Ecclesia concilium. In qua congregatione non oportebit solum schismati præsentī, sed etiam futuris consulere: & ita determinare potestatem Papæ, ut non subuertantur inferiores potestates: & ut Papa deinceps possit non quod libebit, sed quod licebit. Nam etiam ipse B. Petrus non sic administrauit, ut occuparet aliorum potestatem: imò tanquam unus ex Apostolis, accepit partem administrationis primùm in ecclesia Antiochena, deinde in Romana, ut habetur in eius historia. Et licet fuerit princeps Apostolorum, tamen non usurpauit aliorum administrationem. Effet etiam considerandum de honorificētia faciēda Papæ, ne in ea excedatur modus: ut uideatur non minus honorari Papa, quàm Deus. Ita enim honorādus est, ut nō adoretur: quod de se fieri passus non fuit idem beatus Petrus, &c.

De M. Sententiarum dictum est supra, ut hīc eadem repetere nō admodum atrineat: pauca tamen quædam adiungam.

Manifestum est, id eum passim in omnibus fermè suis distinctionibus agere, ut diuersas, ac etiam contrarias Theologorum sententias conferat: & uel quoquo modo potest, quasi uī quadam compellat in concordiam: uel cum id non potest, altera parte refutata, alterius sententiam comprobet. quod notissimum est omnibus, qui uel à limine eum authorem salutarunt.

Quia uerò superius dixerunt, eum longè melius de multis capitibus Christianæ doctrinæ sensisse ac scripsisse, quàm pleriq; Sententiarij postea, nec tamen eius testimonia adscripserant: ideo iam breuiter tantum aliqua adscribam, & primùm de libero arbitrio, dist. 26. lib. 2. scribit.

Hæc est gratia operans & cooperans. Operans enim gratia præparat hominis uoluntatem, ut uelit bonum: Gratia cooperans adiunat, ne frustra uelit. Vnde Augustinus in libro de Gratia & lib. arb. Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit. Quia ipse, ut uelimus, operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Vt ergo uelimus operatur: cum autem uolumus, &  
sic uo-

fic uolumus ut perficiamus, nobis cooperatur: & tamē sine illo uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus ad bona pietatis opera, nihil ualemus. Ecce his uerbis satis aperitur, quæ sit operans gratia, & quæ cooperans. Operans enim gratia est, quæ præuenit uoluntatem bonam. ea enim liberatur & præparatur hominis uolūtas, ut sit bona, bonumq; efficaciter uelit: cooperans uerò gratia, uoluntatem iam bonam sequitur adiuuando.

Hic audimus M. Sententiarum clarè affirmantem, initium omnis boni motus, conatus & actionis, diuinæ gratiæ tribuendum esse, quæ dat aut efficit in nobis bonum uelle: tum eandem Christi gratiam etiam porro necessariò illi diuinitus donatæ bonæ uoluntati cooperari. Cum contrà Sententiarij ipsi humanæ uolūtati bonum conatum, assensum & synergiam tribuant: imò etiam aliqui totum morale bonum opus uoluntati hominis adscribant, ut postea audietur.

De iustificatione porro, & de iusticia imputatiua Christi, multo saniora & nostræ doctrinæ profus consentientia interdū docuit, ut ex hisce eius uerbis dist. 19. lib. 3. patet. Dicimur quoq; & aliter per mortem Christi iustificari, quia per fidem mortis eius à peccatis mundamur. Vnde Apostolus: Iusticia Dei est per fidem **I E S U CHRISTI**. Et item: Quem Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius: id est, per fidem passionis: ut olim aspicientes in serpentem æneum in ligno erectum, à moribus uenenatorum serpentum sanabantur. Si ergo rectè fidei intuitu in illum respicimus, qui pro nobis pependit in ligno: à uinculis diaboli solui-mur, id est à peccatis: & ita à diabolo liberamur, ut nec post hanc uitam in nobis inueniat, quod puniat. Morte quippe sua, uno uerissimo sacrificio, quicquid culparum erat, unde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit, ut in hac uita tentando nobis non præualeat. Et mox: Itaq; in Christi sanguine, qui soluit quæ non rapuit, redempti sumus à peccato, & per hoc à diabolo. Nam, ut ait August. in ipso uincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enim sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt, quibus debitores, qui in eum credunt, à diabolo antè tenebantur. Vnde, Qui pro multis effunderetur. Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil inuenit. Vnde Augustinus, &c.

En hic audis rectè tum iusticiam Christi describi, qua iustificamur,

mur, quòd sit illa ipsa expiatio peccatorum, & abolitio culpã non strarum passione Christi facta: tum etiam modum ac medium apprehendendi eam, nempe cum fide perinde intuemur & apprehendimus passionem Christi, sicut olim solo intuitu serpentis ænei Christum præfigurantis, læsi à serpentibus sanabantur. Quæ est uera iustificationis ratio, non ista qualitatium infusio.

At postea Sententiarij etiam nunc multi Papistæ, nescio cuius qualitatis nos reali infusione saluari contenderunt, ac contendunt: Fidei uerò tribui iustificationem, quia sit initialis uirtus illius infusæ qualitatis.

De communione sub utraq; specie locum postea in adiuncto libro adscribemus. Alia porro loca de alijs Articulis, nimis longum foret hic adiungere.

Notant porro Sorbonistæ & Sophistæ, amplius 26 (ut ipsi affirmant) errores tantum in hoc opere Sententiarum, quod tamen tanquam sacra Biblia in omnibus illorum scholis legitur. Nunc pergamus ad alios quosdam Papisticos & Sententiarios authores.

Innocentius tertius sedit fermè ante 400 annos. Is libro Decretalium tertio, narrat admodum uarias doctorum opiniones de Baptismo, eiusq; efficacia: quas leuiter attingens minimè concordat, sed eorum dissidium incompositum relinquit. inter alia hæc quoq; sunt eius uerba.

Cum propter hæc inter doctores Theologos quæstio referatur, **ALIIS ASSERENTIBVS**, per uirtutem Baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: **NONNULLIS** dicentibus, peccatum dimitti, & uirtutes infundi habentibus illas, quod ad habitum, non ad usum, donec perueniant ad ætatem adultam. Verùm quidam ex hac solutione, &c. pergit uarias, atq; addeò contrarias Theologorum opiniones recensere, quas non concordat. An uerò hoc paruum dissidium est Pontificioꝝ, ubi de illius sacrosancti Baptismi, qui est ianua Christianismi, effectu contraria sentiunt, suasq; contradictiones conciliare nequeunt?

Non uacat de omnium Sententiariorum contradictionibus & pugnantibus erroribus disserere. Audiemus quædam de illis ual de obseruatu digna, ex recentioribus scriptoribus, quos postea citabo.

Omissis igitur reliquis, pauca quædam de Thoma Aquinate adijciemus: qui apud Papistas, & præsertim Scholasticos & Sorbonistas,

bonistas, præcipuæ autoritatis est post Lombardum, aut M. Sententiarum.

¶ Thomas igitur de Aquino, non rarò quidem melius cæteris docet, ut de gratia iustificante, quam sæpe contra alios Sententiariorum fateatur esse gratuitum Dei fauorem: cum alij doceant esse quãdam infusam qualitatem aut habitum.

De qua controuersia etiam nostro tempore est maximum inter nostros & Pontificios certamen. Verba eius, inter alia, super Epistolam Pauli 2. Cor. 6. hæc sunt:

Et hæc duplex est gratia, præueniens scilicet, & cooperans, uel subsequens, quæ quidem necessaria est nobis ad obtinendum. Et primò gratiam præuenientem, quam optare debemus, ut simus accepti à Deo. Psal. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Et quãtum ad hoc, dicit, **IN TEMPORE ACCEPTO**: id est, acceptionis & gratificationis. hoc enim tempore accepto fit, quod gratis fit. Rom. 4. Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iusticiã, &c. Exaudiui te, id est acceptaui te. Vel, **TEMPORE ACCEPTO**, id est, in tempore gratiæ. Et hoc modo gratia præueniens dicitur illa, per quam liberamur à peccatis. Item Tit. 2. Sciendum est autem, quòd gratia importat misericordiam: quia gratia est de eo quod gratis datur: & quod gratis datur, hoc misericorditer datur. Misericordia autem semper in Deo fuit; tamen olim circa homines latebat. Psal. Domine, in cælo misericordia tua. Ante Christum enim omnes, quantumcumq; essent iusti, erant sub damnatione: sed Christo filio carnè assumente, **APPARUIT GRATIA**.

1. Timoth. 3: Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quòd manifestatū est in carne. Psal. Qui sedes super Cherubim, manifestare. Sed quãto quis est potentior, tanto eius gratia magis desideratur. Vnde gratia Dei desideranda est. & hoc est quod dicit, **GRATIA DEI**. Et hoc ad saluandum. Vnde dicit, **ET SALVATORIS NOSTRI**. Esa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Hæc autem gratia non proponitur uni solummodò populo Iudæorum, sicut olim: sed **OMNIBVS HOMINIBVS**. Esa. 40. Videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est. Esa. 52. Et uidebunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. 1. Timoth. 2. Deus uult omnes homines saluos fieri.

Hæc satis commodè dicit de gratia iustificante: sed non constat ipse sibi met perpetuò in hac sententia. Sententiarij autem alij, & etiam



etiam Thomistæ ipsi, gratiam iustificantem tantum de infusa quædam qualitate accipiunt.

Porro de Iustificatione Thomas sæpe satis tolerabiliter loquitur. Nam in prima secundæ suæ Summæ confitetur, Iustificationem esse remissionem peccatorum, imò eandem planè terminum & cōsummationem iustificationis esse. At alij Sententiarij contrà uolunt, eam esse tantum tenue quiddam initium Iustificationis: ipsam autem Iustificationem contendunt esse realem mutationem malitiam qualitatum hominis in bonas.

Super Epistolas quoq; Pauli crebrò ualde tolerabiliter pronunciat pro sola fide iustificante, & contra omne meritum operum. Adscribam inde aliquot eius dicta amplioris fidei gratia.

Vbi exponit hæc uerba Pauli, Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus, hoc pacto scribit: Arbitramur enim nos, scilicet Apostoli, ueritatè à Christo edocti, hominè quècunq; siue Iudæum siue gentilem, iustificari per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Et hoc sine operibus legis: non autem solum sine operibus ceremonialibus, quæ gratiam non conferebant, sed etiam sine operibus moralium præceptorum. secundum illud ad Tit. 3. Non ex operibus Iusticiæ, quæ fecimus nos.

In cap. 11. in hæc uerba: Si autem gratia, iam non ex operibus. Secundò (inquit) ex hoc infert cōclusionem, dicens: Si autem gratia salui facti sunt, iam non ex operibus eorum. Tit. 3. Non ex operibus iusticiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertiò ostendit, sequi conclusionem ex præmissis, dicens: Alioquin, sed si gratia est ex operibus, iam non est gratia, quæ dicitur ex eo quòd gratis datur. Sup. 5. Iustificati gratis, per gratiam ipsius.

Et paulo pòst, 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapientia & iusticia & sanctificatio & redemptio, &c. Vel spem iusticiæ, id est, spem quæ est de iusticia, ut iustificentur non per legem, sed per fidem. Rom. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem, sine operibus.

Et paulo pòst: Gratia saluati estis per fidem (& hoc non ex uobis, Dei enim donum est, &c.) sic inquit: Dicit ergo primò: Bene dixi, cuius Gratia estis saluati. Et certè adhuc dico. Enim, pro quia, estis saluati gratia. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum, id quod sum. Rom. 3. Iustificati per gratiam ipsius. Idem enim est saluari & iustificari. saluus enim importat liberationem à periculis.

Et paulo

Et paulo pōst in hæc uerba: Non ex operibus, sed **P R A E C E D E N T I B V S**, hoc donum meruimus, aliquando quoddam saluati sumus: quoniam hoc ex gratia, ut suprâ dictum est, secundum illud Rom. 11. Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Subdit autem rationem, quare Deus saluet homines per fidem absq; **M E R I T I S P R A E C E D E N T I B V S**, ut ne quis gloriatur in seipso, sed tota gloria in Deum referatur. Psal. Non nobis Domine, non nobis, &c.

Et paulo pōst, ex cap. 3. Epistolæ ad Titum, lectione 1. Ipse cognouit figmentum nostrum. ideo Psalmus dicit: Salus autem iustorum à Domino. Sequitur: Deinde cum dicit, **N O N E X** operibus, &c. ponit rationem saluandi, & primò excluditur ratio præsumpta: secundò ostenditur ratio uera. **R A T I O P R A E S U M P T A** est, quod propter merita nostra sumus saluati. quod excludit, cum dicit: **N O N E X O P E R I B V S I V S T I C I A E Q V A E F E C I M V S** NOS, Rom. 11. Reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Deut. 9. **N O N P R O P T E R I V S T I C I A S T V A S** & æquitates cordis tui ingredieris, ut possideas terram eorum, &c. Sed uera ratio est, **S O L A M I S E R I C O R D I A** Dei.

Ex priori Epistola ad Timotheum, cap. 1. lectione 3. ubi inquit, Data est lex ut cognoscatur peccatū, Rom. 7. Quia nisi lex diceret, Non concupisces, &c. Non est ergo in eis spes iustificationis, sed **I N S O L A F I D E**. Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem, sine operibus legis, &c.

Et paulo pōst: Dicendum quoddam loquitur hic Apostolus de omnibus operibus, tam ceremonialibus, quàm moralibus. Opera enim non sunt causa, quod aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executiones & manifestationes iusticiæ. Nam nullus per opera iustificatur apud Deum, sed per habitum fidei, nō quidem **A C Q U I S I T I V M**, sed **I N F U S U M**. Et ideo quicumq; ex operibus iustificari querūt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata non remouentur: nec aliquis quo ad Deum iustificatur, sed per habitum fidei.

Et paulo pōst: Sed contrâ Iacobi 2 dicitur: Nonne Abraham ex operibus iustificatus est? Respondeo: Dicendum est, quod iustificari potest accipi dupliciter. Vel quantum ad executionem iusticiæ, & manifestationem: & hoc modo homo iustificatur, id est iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitum iusticiæ

infusum: & hoc modo non iustificatur quis ex operibus: cum habitus iusticiæ, qua homo iustificatur apud Deum, non sit acquisitus, sed per gratiam fidei infusus. Et ideo signanter Apostolus dicit, Apud Deum, quia iusticia quæ est apud Deum, in interiori corde est. Iusticia autem quæ est ex operibus, apud homines est. Et hoc modo Apostolus accipit apud Deum Rom. 2. Non enim auditores, sed factores. Rom. 4. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

Et paulo post, ex epistola diui Iacob. 2 cap. in hæc uerba: Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est? Hoc autem (inquit) fuit post fidem susceptam. Vnde Glossa: Per fidem quâ habebat, iustus erat: tamen per opera quæ addidit, amplius est iustificatus: quæ si non fecisset, meritum præcedentis fidei amisisset. Et paulo post: Sed uidetur (inquit) falsum, quod dicit: Nonne ex operibus iustificatus est? quia Rom. 4. probat Apostolus, Abraham ex fide iustificatum esse, non ex operibus. Et ibidem dicitur: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iusticiam. ibi Glossa August. Non ex operibus iustificatus est, sed ex fide. Responso: Apostolus & Augustinus loquuntur de operibus præcedentibus fidem: scilicet operibus legalibus, ut patet ibidem, ex quibus nullus plene iustificatus est. Hic autem loquitur de operibus sequentibus fidem, quæ dicuntur iustificare, non secundum quod iustificatio dicitur iusticiæ infusio: sed **SECUNDUM QVOD dicitur IUSTICIÆ EXERCITATIO, VEL OSTENSIO, VEL CONSUMMATIO.** Res enim dicitur **FIERI**, quando perficitur, uel **INNOTESCIT**, &c.

¶ Hic obserua pie Lector, istam Thomisticam regulâ contra Papistas, quod cum in Scriptura dicimur iustificari aut saluari per opera, intelligendū sit de iusticiæ exercitatione, patefactione aut ostensione erga homines: sicut Abraham erga homines iustificatus est, id est, exercuit suâ iusticiam, consummauit, & notam fecit: sed per hanc non habet gloriationem erga Deum, aut in iudicio Dei.

Eius sententiam de cōmunionem sub utraq; specie, postea in adiuncto libello adscribemus. Quomodo in coniugio sacerdotum & multis alijs senserit contra reliquos Papistas, in meo Catalogo prolixius exposui.

Hinc apparet, hunc primarium Papistarum patrem nonnunquã tolerabiliter locutum esse: sed (ut diximus) nec ipse sibimet semper

per constat, nec eius sectatores eum in sanioribus sententijs secuti sunt. Verum omnia ad bona opera, vires humanas, & philosophiã, multo magis quàm ipse, inflexerunt.

Magna fuit de ipsius doctrina post eius mortem disceptatio. Sorbonistæ quoq; non pauca eius dogmata damnarunt: quod uel ex ijs satis patet, quæ in fine M. Sententiarum de erroribus Parisijs damnatis adduntur, unde pauca huc testimonij gratia transcribam.

¶ Sextum, inquit, exemplum potest poni de quibusdam doctoribus, qui non sunt sancti canonizati, sicut uenerabilis Anselmus Cantuariensis episcopus, Hugo de sancto Victore, & quidam alij, quorum dicta uel scripta in aliquibus reperiuntur erronea: & tamen eorum doctrina non minus uidetur esse authentica, quàm doctrina S. Thomæ, cum ipsi communiter in actibus scholasticis scientificis allegantur auctoritatiuè: nec solent negari, sed eorum dicta reuerenter glossari & exponi. quod tamen scholastici nondum conueuerunt facere de dictis S. Thomæ. & ideo præsumptuosum uidetur, eius doctrinam super ipsos & alios doctores sic extollere, quod non liceat credere aut asserere ipsum in fide errasse, sicut & alij errauerunt. Nec obstat eius canonizatio, quam aliqui pro magno colore prætendunt.

Et mox: Quarta conclusio, doctrina S. Thomæ lib. 2. Summæ contra gentiles, cap. 19. de rerum creaturarum necessitate absoluta, est de uirtute sermonis falsa, & multum impropria.

Et mox: Quinta conclusio: Prædicta S. Thomæ doctrina, secundum quosdam est in fide erronea, seu in aliqua sui parte de huiusmodi errore suspecta.

Et mox: Hoc est igitur principale fundamentum positionis S. Thomæ, quod uidetur multipliciter erroneum primò, quia, &c.

Et mox: Dicunt etiam, quod in pluribus locis doctrinæ suæ ipse errauit, per hoc quod principia philosophiæ, seu potius quædam philosophorum uerba ad conclusiones Theologiæ nimis applicauit. Non enim loqui taliter debent Theologi, qualiter loquuntur philosophi, sicut docet Aug. 10. lib. de Ci. Dei. cap. 23. dicens: Liberis uerbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficilimis, offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne uerborum licentia etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem, &c.

Inser. a est prolixo Chronico Henrici de Erphordia, bulla Ste-

phani episcopi Parisiensis, in qua is episcopus testatur, complures episcopos Thomæ doctrinam condemnasse.

Fuerunt & alij non pauci, qui eum de multis accusarunt, & etiã nunc accusant. Exitit quoq; quidam monachus nomine Ægidius de Roma, qui cũ aliter eum tueri nequeat, scribit eius libros à scio-  
lis & maleuolis corruptos esse: eoq; non pauca in eius libris mutat, emendat, aut mollit. quod opus Correctoriũ Thomæ uocatur.

Aliquot annis post Thomam fuit quidam scholasticus theologus, nomine Thomas Bradauardin. Habeo eius ualde prolixum uolumen de peccato originali & lib. arbit. in quo acerrimè accusat plerosq; omnes Sententiarios Pelagianismi, & contra eos gratiam Christi asserit. Facit eius mentionem etiam Gregorius Ariminensis, super Sententias scribendo: Volaterranus item, & Picus Mirandulanus. Satis quoq; ille ipse Bradauardin clarè indicat, complures tunc ingruentem Pelagianismum acriter reprehendisse: sed nõ sine grauissimo periculo, cum altera pars multo esset ualentior & numerosior. In meo Catalogo posterioris editionis posui præfationem & conclusionem prædicti uoluminis. Perlege illa Christiane Lector: uidebis quanta certamina tunc fuerint inter Papisticos Theologistas de lib. arb. originali peccato, & gratia Christi: unde si mul intelliges, quàm uerè isti de suæ doctrinæ & doctorum cõcordia gloriantur.

Non licet, ac ne libet quidem, diutius in hac sentina Sententiariorum uersari, auditoremq; inuitum detinere. Transibo ad recentiores Papistarum scriptores: ex quibus quoq; non pauca de hisce ipsis sophistis cognoscemus. Sed prius adijciam ueluti conclusionis loco eruditi cuiusdam scriptoris, idq; Papistæ, prolixum testimonium, de eorum disidijs: quia ille ipsis intimus fuit, eorumq; mysteria probè percalluit, inquit igitur ille.

Postremò nũc restat de Theologia dicere. Præteribo autem gentilium Theologiam à Musæo, Orpheo, Hesiodo quondam descriptam: quam omnino poeticam & fabulosam esse, in confesso est: quam Eusebius & Lactantius & alij Christianorum doctores iam dudum, ualidissimis rationibus profligarunt. neq; etiam de Platonis cæterorumq; philosophorũ, quos omnes errorum magistros ostendimus superius: sed de Christianorum Theologia nobis duntaxat sermo hic esto. Hanc certum est non nisi à doctorum suorum fide dependere, cum nullam sub artem cadere queat.

Primum

Primum autem dicamus de Theologia scholastica, quæ à Parrhiensium Sorbona, mixtione quadam ex diuinis eloquijs & philosophicis rationibus, tâquam ex Centanorum genere, biformis disciplina conflata est: intuper & nouo quodam ac ab antiquorum usu alieno tradendi genere per quæstiunculas & argutos syllogismos, absq; omni sermonis elegantia conscripta: alioquin tamen iudicio & intellectu plenissima, & quæ ad reuincēdos hæreticos nō modicum attulerit Ecclesiæ emolumentum. Eius authores, & qui in ea excelluerunt, fuerunt, Magister Sententiarum, Thomas Aquinas, Albertus cognomento Magnus, & multi alij excellentes uiri. Porrò Ioannes Scotus, doctor intellectu subtilis, sed in contentionem procliuori.

Hinc tandem scholastica Theologia in sophismata paulatim delapsa est, dum recentiores isti Theosophistæ ac uerbi Dei cauponatores, qui non nisi empto titulo Theologi sunt, ex tam sublimi facultate quandam logomachiam fecerunt, circumeuntes scholas, mouentes quæstiunculas, fabricantes opiniones, & scripturis uim inferentes, intricatis uerbis alienum sensum illis obducentes, paratiores uentilare quàm examinare, multa admodum iurgiorum seminaria excogitare ausi: quibus litigiosis sophistis contentendimateriam præbent, dum formas abstrahunt, dum discutunt intellectus, dum uoces ipsas genera dicunt & species, dum alij rebus alijs solis nominibus inhaerent, & quod uni subtrahunt, alteri adscribunt: alij indifferenter hoc accipiunt, & student quisq; quibus suam hæresim possint confirmare. Atq; ipsam fidem nostram sacrosanctam apud sapientes huius seculi (quod etiam THOMAS AQUINAS CONQUERITVR) risui ac dissidentiae exponunt, dum relictis post terga Canonicis Spiritus sancti scripturis, multas admodum aptas iurgijs de diuinis quæstiones sibi delegerunt: in quibus ingenium suum exercentes, & ætatem consumentes, totius Theologiæ doctrinam in illis solis collocarunt.

Quibus, si quis sacrarum literarum autoritate resistere uelit, mox auditurus est: LITERA occidit, PERNICIOSA est, INUTILIS est: sed quod latet in litera, inquirendū dicent. moxq; ad interpretandum, ad exponendum, ad glossandum, ad syllogisandū conuersi, quemuis potius alium quàm proprium literæ sensum illi induunt. Si in stes acrius, si urgeas, cōtumelias recipies, & asinus dicēris, qui quid latet in litera, non intelligas, sed tanquam serpens

sola terra uescaris. Ad eò nulli penes eos pro Theologis habentur, nisi qui norint egregiè contendere, & ad omne propositum instàtiam dare, promptè fingere, & nouos sensus inuenire, ac monstruo- sis uocabulis sic obstrepere, quò non præ rei difficultate, sed præ uerborum portentis intelligantur à nemine.

Atq; hi tunc, subtiles, angelici, Seraphici & diuini doctores uocantur, cum id effecerint, ut intelligantur quàm minimè. His tunc auditorum circumstrepit multitudo, qui quicquid ex istis haulerint, ex intimis Theologiæ abditis depromptum putant, iurantq; in uerba magistri: & inopinabile putant, si quid illi fuerit ignotum: illiusq; opinionibus sic captiuantur, ut nullis aduersis rationibus uincantur, nullis scripturis acquiescant: sed ad sinum matris suæ, in quo geniti sunt, more Anthei, uires reparare cõtendunt, suosq; doctores in subsidium uocant: tunc

*Vultur iumento, canibus trucibusq; relictis*

*Ad sues properat, partemq; cadaueris assert.*

*Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis, & se*

*Pascentis propria cum facit arbore nidum*

Hinc effectum est, ut scholasticæ Theologiæ sublimis gymnasio- rum facultas ab errore maliciaq; nò sit immunis, TOT SECTAS, tot HAERESSES introduxerunt præui hypocritæ, TEMERARIÏ QVE sophistæ, qui (ut inquit Paulus) non propter bonâ uoluntatem, sed propter contentionem Christû prædicant: ut FACILIS inter philosophos CONVENIAT, quàm inter THEOLOGOS, qui omnem illam antiquæ Theologiæ gloriam humanis opinionibus nouisq; erroribus extinxerunt, ac VARIIS exponendi iustitutiis, ceu LABYRINTHIS excogitatis, FVCATIS titulis DETESTANDAM DOCTRINAM professi, sacræ Theologiæ nomen sibi FVRTO & RAPINA usurpant: ac sanctorum doctorum nominibus & institutis abutentes, SECTAS introduxerint, sicut olim in Ecclesia dictum est, Ego Apollo, ego Pauli, ego Cephe: prætendentes studia eorum, quorum opera ini- tiati sunt doctrinis: & IVRANTES in VERBA magistri, ceteros spernunt, & non QUID, sed à QVO quid dicatur attenden- in SECTAM aliquam IURAVERIT, illamq; mordicis tene- at, pertinaciterq; defendat, illiusq; nomen & tigmata nusquam non

non ostendet, & in ore habeat, ac eius titulo se saluari & præferri gloriatur, ut THOMISTAM, Albertistam, SCOTISTAM, OCCANISTAM. Nam PVRVM Christianum dici, tantis Magistris nostris non est honestum, cum cognomentum illud quilibet lanij, coci, pistores, sutores, tonfores, lixæ, sed & muliercule quæq; indoctaq; plebecula cum illis habere queant commune.

Atq; hi sectarij INSVPER inter se MVLTIFARIAM SECTI sunt. Nam aliqui eorum, quibus sublime ingenium est, qui quòd peritiores Prophetis & Apostolis uideri uolunt, ea quæ sola fide creduntur, etiam suis syllogismis sese inuenire & demonstrare posse præsumunt: atq; de diuinis philosophantur deploratis quaestionibus, contenduntq; prodigiosa confidentia varijs, non nunquam etiam absurdis opinionibus: ut cum diuinam essentiam à relationibus, alij re ipsa alij duntaxat ratione distinguunt: alij infinitas (ut loquuntur) realitates tanquam Platonicas ideas adstruunt; illas rursus alij negant, atq; rident: tot præterea de Deo portenta, tam VARIAS diuini numinis formas, tot fantasmatum cogitationumq; suarum de diuinis idola fabricant, Christumq; saluatorem opinionum suarum prauitate DISCERPUNT: atq; tam uarijs sophismatum laruis uestiunt, ac tanquam cereum idolum in QVAMVIS uolunt FIGVRAM suis absurdis suppositionibus formant atq; REFORMANT, quòd eorum DOCTRINA merito uideri possit IDOLOLATRIA.

Transeo cæteras eorum hæreses, contentionesq; de sacramentis, de purgatorio, de primatu, de pontificum præceptis, & eorum obligationibus, de indulgentijs, deq; futuro Antichristo, & multis alijs, in quibus suam ostendunt insanam sapientiã, cuius præsumptione tumidi & inflati, ueluti qui fabulis referuntur Gigantes, QVAESTIONES quaestionibus, argumenta argumentis adgenerantes, EXTOLLUNT sententias suas aduersus Deum: super quorum impietatem ira Dei de cælis reuelatur.

Cæteri uerò, quibus ad tam alta non est ascensus, hi diuorum cõstruunt historias, piè non nihil admentientes, SVPPONUNT reliquias, FABRICANT miracula, CONFINGUNT (quæ Exempla uocant) uel plausibiles uel terribiles FABVLAS, numerant preces, ponderant merita, metiuntur ceremonias, nundinatur indulgentias, distribuunt uenias, uendunt sua benefacta, ac mendicando populi DEYORANT peccata: atq; de apparitionibus, ad iurationi-



iurationibus, responsisq; defunctorum ueluti certa lege pronuntiant: atq; ex Tundali Brandarij q; libris, aut ex Patricij antro edocti, ludunt purgatoriorum tragœdias, & indulgentiarû comœdias è suggestu ueluti scena tam militari audacia, tam Thraſonica iactantia, tam arrogâtibus oculis, commutato uultu, protensis brachijs, multiformibus gestibus, cuiusmodi Proteum describunt Poetæ, sese transformantes, uentosa lingua ac Stentoria uoce ad plebem detonant.

Qui uerò ex his ambitiosiores, cyclicæ doctrinæ pariter & eloquentiæ decorem sibi arrogantes, hi in clamando (declamando dicere putant) canunt poemata, narrant historias, disputant opinioniones, citant Homerum, Virgilium, Iuuenalem, Persium, Titum Liuium, Strabonem, Varronem, Senecam, Ciceronem, Aristotelem & Platonem. Atq; pro Euangelijs, pro uerbo Dei, MERAS NVGAS & humana uerba crepant, prædicâtes Euangelium nouum, ADVLTERANTES uerbum Dei: quod annunciant non ad gratiam, sed ad quæstum, & ad precium: uiuentes autem non ad ueritatem uerbi, sed ad uoluptatem carnis. Et cum interdum è suggestu de uirtute uario errore loquuti sunt, serò in latibulis clunes agitât labore nocturno. Atq; hæc est uia eorum, qua itur ad Christum. Deniq; ubi uitia reprehendenda occurrunt, mirum qua lingue maledicentia irascantur, qua gestuum insolentia debacchantur, qua sermoneis turpitudine incandescant, qua uocis impudentia exclament: ac si Christus sui uerbi præcones, non attrahentes à dextris molli reticulo piscatores, sed persequentes à sinistris sagittarios ac uulnerarios uenatores esse uoluerit: aut ipsi etiam non homines sint, atq; ijs ipsis uitijs que insectâtur, uel maioribus, obnoxij sint, aut aliquando fuerint, uel adhuc obnoxij fieri possint.

Ita isti piscatores hominum quibus lingua pro reti est, ut trahant malos ad salutem, facti sunt uenatores etiam bonorum in exitium: os habent quasi arcum, mendacij sagitta uulnerans lingua eorum: sed de istis satis. Neq; enim tutum est eos liberiori loquendi ratione redarguere. Solent siquidem, quoties exacerbantur, conspire, & redarguentes eos coram inquisitoribus suis in ius rapere, & ad palinodiam adigere, nonnunquam fasciculis tradere, aut oblato toxico secretè è medio auferre. habent enim & hoc inter arcana religionis symbola, si quis scandalum moliatur religioni, fasciumq; esse illum clam dato ueneno tollere, ne diffametur ordo, si quis

quis illorum publicè puniretur. Quare dimissis istis, ad uerā Theologiam nunc properemus. atq; hæc etiam bifariam partita est. nam una prophetica est, altera interpretatiua est. De posteriore prius dicemus. Hæcenus iste eruditus, sed tamen Pontificiæ factionis scriptor, de suorum Theologorum, præsertim Scholasticorum & monachorum, sectis ac uanitate.

¶ Hæc nunc de Scholasticorum & aliorum pontificiorum Theologorum, qui ante nostra tempora uixerunt, crassissimis & dissimiq; contradictionibus, atrocibus certaminibus & digladiationibus, non tam ex meo arbitrio, quam aliorum fide dignorum scriptis dixisse sufficiat: quando quidem & breuitati studeo, & ualde multa huius generis in meo Catalogo testiū ueritatis notauit. ubi innumeros penè, etiam ex illis doctoribus recensui, qui in istorum Ecclesia receptis, fuerunt, & plurima in Papistis abominationibus grauitè & acriter taxarunt: quæ hic repetere non admodum necesse esse arbitror, cum alioqui ibi ad manū sint, & cuius pateat.

Solus Bernardus explet penè integrum uolumen, si omnia eius dicta, in quibus Papæ, Prælatorum ac Cleri regno, dissensionibus, abusus & multiplicibus scandalis ac sceleribus contradixit, colligerentur. Quid autem Gregorius Magnus? an non contradicit isti tyrannico regno Papæ grauissimè, dum præter multa alia ac culat clerum, quòd deserta prædicatione uerbi, religionem in metum boatum transformauerit: ita ille bellè cum eis consentit.

Videatur quoq; Occami opus Nonaginta dierum, & illi adiutorum celebrium monachorum scripta, ut fuit Michael de Cæseña, & alij. Sed de hisce omnibus, alijsq; abundè in meo Catalogo reperies.

**D**ECIMOTERTIO. Transibo iam ad recentiores, atque adedè modernos istius factionis pseudapostolos, quorum dissidia contraria, dogmata, cruentasq; pugnas dum ostendo, & ex ipsorum proprijs scriptis oreq; comprobo, multa simul & de hisce ipsis uerustioribus sophistis necessariò dicentur.

Primo ergo loco sese offerunt duo istorum maximè illustres antesignani, Catharinus archiepiscopus Compsanus, & Dominicus de Soto, theologus Hispanus. Quorum hic quidè fuit Caroli Quinti confessor, uti uocant, aut conscientiæ religionisq; consiliorum ac negotiorum moderator, & primarius consiliarius: ille uerò fuit archiepi

chiepiscopus Minorienſis, multorumq; Papatum fermè per 40 annos intimus amicus, ac in rebus religionis conſiliarius, & (quod apud iſtos omnium maximum eſt) fuit unus ex illis, qui inde ab initio contra Lutherum & inſtauratam Euangelij doctrinam ſcriptis pugnauit: deniq; fuit etiã in prioribus iſtius conciliabuli fragmentis, fruſtis aut partibus, nempe anno 1547, & poſtea 52, unus ex ſummis patribus: fortè etiam nũc eſt, ſi modò non crudelibus occubat umbris. Vterq; iſtorum multa contra ueritatem Euangelij pro Babylonica iſtorum confuſione, aut abominationis deſolatione ſcripſit: nec pauca etiam uterq; contra alterum euulgauit.

De iſtorum itaq; duorum Babylonicæ Thaidis heroum contra rijs dogmatibus, diſſidijs, & acerbis certaminibus, primo loco in hac parte agemus.

Hi igitur duo eximij patres, fratres, & magiſtri Babylonis, per complures annos, nempe inde ab anno Domini 1546, & porrò, ultra 1552, inter ſe inuicem de multis grauiffimis articulis doctrinæ, idq; libris editis plurimis, prolixiffimisq; atrociter digladiati ſunt: quæ ſcripta ſunt partim Romæ, partim Venetijs, partim & Antuerpiæ ac alibi typis excuſa.

Articuli autè, de quibus ſunt belligerati, hi ſunt. Primus de certa fiducia gratiæ Dei, uel dubitatione ac deſperatione. Secundus articulus, de prædeſtinatione Dei. Tertius, de originali peccato. Quartus, de efficacia liberi arb. aut uirib. humanis. Quintus, de deſertione & induratione peccatoris. Hæc ſunt præcipua capita, de quibus illi duo ſancti Patres acerrimè inter ſe dimicarunt. Poſtea etiam alia ſunt, quæ uel leuioris momenti uidentur eſſe, uel obiter ab iſtis diſceptata ſunt.

Ne autem aliquis arbitretur me talia de eis fingere, aut ipſos amicas & placidas diſputationes & collationes inter ſe habuiſſe: initium cuiuſdam ſcripti Catharini, Romæ anno 1559 contra Socinũ impreſſi, ut confirmatio mea oratio fiat, adſcribam. ſic autem eius uerba ſonant.

Quæ nam tentatio hæc? Ecce apologia illa tua, aut uerius inueſtiua, plena calumnijs, aduerſum me ſecundò ac tertio tuo iuſſu typis excuſa, uniuerſo orbi obtruditur. Ecce & noua commentaria tua in Epistolam ad Romanos, ubi me, etiam citato nomine, in nõnullis articulis, de quibus in noſtris opusculis diſſerui, immerito, neq; abſq; probro, nota mihi temeritatis inuſta, noſtram doctrinã infectatis.

infectaris. Quid faciam? tacebóne? ut impunè falso aduersus VERITATEM triumpho exultes? An potius ad hæc ingratisima mihi contentionis studia animum applicabo? Certè id postulat causa ueritatis: & eius ueritatis, à qua aberrare Theologum, indignū puto. Scire autem illam, cūctis ualde utile censeo, ac periuicundū. Nam quos in controuersiam adduxisti articulos, in ea speculatione uersantur, qua summi Dei patris erga nos prouidentiam mirifica benignitate, dilectione & sapientia plenam licet agnoscere, & magno cum gaudio contemplari.

Hinc profectò manifestissimum est, quàm uehementer de hisce primarijs, & planè necessarijs articulis duo isti Papæ satellites pugnarint: imò non solùm ipsi duo, sed etiam Papa & alij Magnates Monarchæ ac sublimes Prælati & Theologi, alijq; qui his duobus fuerunt adiuncti. Quod postea magis apparebit.

Si enim Papa & eius Cardinales non à partibus Catharini steriscent, certè eius tam acres libros, idq; contra Cæsareæ M. confessorum & tanti nominis Theologum, Romæ imprimi nequaquã permississent: præsertim cum pleriq; eius libri cōtra Sotum scripti, sint concilio dedicati, ut sub eius patrociniò prodierunt.

Contra, nisi turba prælatorum, sacrificorum, monachorum, & inquisitorum inferioris Germaniæ, & Louaniensium ac Colonienfium schola, atq; aded monarchæ ipsi in tantis controuersijs contra Catharinum sensissent cum Afoto: certè eius uoluminibus tam cruentis Antuerpiæ excudendi locus non fuisset: multo minus hæc auctoritatem habuisset apud Cæsaream maiestatem, ut eius quoque conscientiam religionemq; gubernasset. Taceo iam, id quod euidentissimum indicium est, quòd illa Soti scripta contra Catharinum sunt cum Cæs. Maiest. priuilegio impressa.

Magna autem est contrarietas & dissensio opinionum. Catharinus enim (ut ipse quidem affirmat) insistit uestigijs Patrum, eorūq; doctrinam amplectitur ac tuetur contra recentiores Theologos, Sententiarios, Sophistas & Sorbonistas. rursus contra Sotum imitatur Scotum, & alios Sophistas, contra Patres.

Affirmat autem Catharinus expressè, Sententiarios inter se ipsos dissidere. addit quoq; ipsos sacram Scripturam suæ rationi, & philosophiæ postposuisse, ideoq; etiã illos à recta uia aberrasse. Quod eius maximi momenti testimonium de Scholasticorum Theologorū doctrina, tu Christiane Lector diligentissimè obserua. Hoc

autem cum per sese sit horribile, planeq; blasphemum sacrilegium: tum etiam est omnis impietatis ac hæreseos primarius fons. Recedere enim à lucerna uerbi Dei, est in diaboli infernales tenebras se ipsum præcipitare. Ne uerò aliquis de mea fide dubitet, ipsorum propria uerba adscribam. Quæ tanto pluri fieri debent, quòd hic est ueteranus Papistarum Theologus, ad hæc Archiepiscopus, & plurium Paparum perpetuò intimus fuit. Inquit igitur ille:

¶ Existimo non excidisse tibi è memoria, cum primùm ad synodum Tridentinam Theologus accessisti, subortù ibi esse rumore, quòd in libellis quibusdã nostris (qui multo antè publicati, absq; ulla accusatione in manibus studiosorum uersabantur) quiddam offenderis, quod hæresim saperet. Hoc autem erat, quod scripsérã, **NEMINEM** in statu naturæ lapsæ absq; auxilio Dei speciali posse ullum bonum facere, quod uerè bonum etiã moraliter dici posset: ut propterea quodcumq; homo talis ageret, malum reuè dici possit, & peccatum. In particularibus enim, ut ait B. Thomas, omnem actionem oportet uel bonam esse, uel malam. Non enim est inuenire mediam.

Cum igitur ob hunc rumorem, cuius auctor ipse prædicabaris, te conuenissem, & exposulassem iniuriam, quod mihi prius non significasses errata mea fraternè: tu, ut meministi, satis leniter locutus, excusasti factum, tamen si quod scripsissem non placeret.

Et quoniam adhuc à quibusdam, qui tuo testimonio innitebantur, denuò infestabar: rursus te conueni, & de re ipsa cù paucis ageremus, ostendi tibi ex libro reuerendissimi Cardinalis & episcopi Rossensis, uirì sanctissimi pariter ac doctissimi, quem aduersus Lutherum scripsit, eandem proferens, quam tu in me corripiebas, sententiam ab illo probari: ut si me hæreticum faceres, prius illum faceres. Vidisti, & me non falsò esse locutum fidelibus oculis perspexisti. Nec uerò solummodo Rossensis nobis astipulabatur, uerum etiam Capreolus noster, qui id quod ego scripsissem, doctrinã esse B. Thomæ, non obscurè testatur.

Quare tu hoc certò uidens, remisisti aliquid de censura tua, & à periculo hæresis liberatus sum. Satis enim constabat, etiam Gregorium Ariminensem idem tenuisse, & ut nõ temerè existimabat, ex sententia B. Augustini, imò etiam B. Thomæ. Cum igitur sanè perspiceres, non ad eò facillè ac non citò per te fieri hæresim posse, quæ à tantis uiris ueritas haberetur: hanc quæstionem tractasti in libro

libro tuo de natura & gratia, & citato nomine aduersus episcopū Roffensem disseruisti: quàm uerò inefficaciter, mearū esse partium duxi, tibi ostendere: propterea quòd dum illum carpi, unà me carpi, qui idem prorsus cum illo sentio. Non quòd fatear me illud ab eo didicisse, quòd à Scripturis & à Patribus antea didiceram.

Proponam igitur prius, quæ Roffensis doctè & secundum Scripturarum ac ueterum Patrum testimonia eleganter conclusit, hisce uerbis:

Speciale auxilium non deest cuiquam peccatori, nisi uel indurato, qualis Pharaeo fuerat: uel in sensum reprobum tradito, de cuiusmodi Paulus loquitur ad Rom. 1. de quibus utrisq; certū est, quòd auxilio Dei speciali fuerunt destituti. At non opinor quosq; peccatores ita communiter à Deo desereri: sed quanquam extra gratiā fuerint, nihilominus hoc auxilium speciale præsens esse, quo Deus ad eorum corda pulsar, ut intret. Hoc dixi propter Patres, quorū sententiam sequi malim, quàm Scholasticorum, cum in hac re mutuo sibi pugnent. Patres enim asserunt, neminem posse quicquam boni uelle sine speciali Dei auxilio: nec sufficere generalem illum influxum. Nonnulli contra Scholastici sic contendunt hunc sufficere, ut quis absq; illo auxilio bene moraliter agere, & bonum facere possit: non solum ex genere, uerum etiam quòd debitis undiq; circumstantijs ornatum sit. At si Scholasticorum argutias aduersus patres admittemus, sequetur etiam, ut absq; hoc auxilio Pharaeo, quantumuis indurari cordis fuisset, & ij qui traditi fuerunt in reprobum sensum, potuissent bene moraliter agere, quòd mihi sanè credibile non est. Hæc Roffensis.

¶ Duo ergo sunt, super quibus est inter nos controversia, & de quibus me oportet tecum differere. Primum est, quòd Dominus Deus nonnullos sibi ipsi dimittit, & in reprobum sensum tradit, ut nequeant cōverti & obtinere salutem. Alterum est, quòd nemo quicquam boni potest operari ex ui liberi arb. etiam moraliter, nisi speciali Dei auxilio adiutus fuerit. Et de hoc secundo de re ueritate prius, & tuis argutijs (hoc enim nomine ipse D. Roffensis merito uestras inanes argumentationes appellauit) obistere. De prioris dicto postea disputabitur.

Verum antequam tecum congregiar, ut unde uestra deceptio exoriat, ostendam, unum præmitto: uidelicet, hanc quæstionem ab ipsis scripturis, & à uera, quæ inde profici scitur, Theologia cognoscen-

gnosendam ac dirimendam esse: non à philosophia, quæ ab elemē-  
tis mundi huius fallacibus proficiscitur. Hoc enim est quod tacite  
episcopus Rossensis significauit, cum dixit, in hac quæstione dissi-  
dere Scholasticos à Patribus, & se reiectis Scholasticorum argutijs  
Patrum sententiæ adherere: hac nimirum tacita ratione, quoniam  
Patres Scripturis magis incumbebant, & illis innitebantur: Scho-  
lastici uerò magis philosophiæ: ut non sit mirum Patres non aber-  
rasse à uero, circa hoc: illos autem, id est, Scholasticos (B. Thomam  
excipio, & penè dixerim B. Bonauenturam) aut certe eorum maio-  
rem partem, quos tu secutus es, impegisse.

Vt autem tanto clarius hæc manifestem, quo breuior sermo fie-  
ret, decreui cunctam hanc disputationem ad modum dialogi redu-  
cere, ut Lector quasi loquentes audiat, te arguentem, & me re-  
spondentem.

Et aliquanto post inquit: Quamobrè Dionysius Carthusianus,  
qui non ignorabat etiam Scholasticorum quorundam doctrinā,  
qui AD philosophiam nonnunquam DETORQUENT im-  
portunè Scripturas, cum hunc locum tractaret, sanctorum Patrum  
sensum ut ueriores probauit, & secutus est.

In fine porro suæ quartæ disceptationis contra Sotum, Cathari-  
nus hæc scribit:

Quamobrem rogo te mi frater, cogita hæc, & considera animo  
pacifico, & ueritatis amante: nec enim dubito, quin in gratiam ue-  
ritatis à tua sententia recedes. Nam & ego (ut uerum tibi ingenuè  
confitear) aliquādo, cum minus essem in Scripturis & lectione san-  
ctorum Patrum assuetus, ac propterea illius primi peccati maligni-  
tatem minus considerassem, magnificabam naturam ferè, ut ipse fa-  
cis: & B. Augustini sententijs perturbabar, quod libero arb. nimitū  
destrahere uideretur: & iisdem, quibus tu, argumentis mouebar.  
Verum, Deo gratia est, aliter nunc sentio: & cum episcopo Rossensi  
dico, nihil aliud esse quàm scholasticas argutias, quibus ipse moue-  
ris, & ab ignorantia illius peccati & naturæ corruptæ procedere,  
quam homo natura superbus non ualet agnoscere.

Deniq; in fine totius eius Operis ita prædictus Catharinus ar-  
chiepiscopus Minorienfis concludit:

Ad omnia, de quibus in tuis hæctenus publicatis scriptis abs te  
reprehendor, mi frater, ita mihi uideor planè ac dilucidè respondi-  
se, ut facile, nisi mentis oculos amiseris, queas agnoscere uniuersam di-

fam disputationē tuam SCATERE calumnijs euidentibus, atq;  
 ERRORIBVS: ut nunc tuum sit, iam honori tuo consulere: non  
 ERRORES erroribus, & CALVMNIAS calumnijs addendo  
 (quandoquidem alio pacto MENDACIA defendi nō possunt)  
 sed gloriosius ad ueritatem respiciendo, & illam ingenuē cōfite-  
 do. Sic enim Deo satisfacies, & fratri tuo, & cæteris hominibus co-  
 ram Deo, qui falli technis aut astu ullo non potest. Quod, nisi ani-  
 mositatem quandam, qua multi prædicant te teneri, depolueris,  
 profectō efficere non poteris.

¶ Hactenus recitauimus nō pauca testimonia Catharini archie-  
 piscopi Minorientis, quibus testatur, sibi acre certamen de maxi-  
 mis dogmatibus contra Sotum esse. Nunc uicissim audiamus e-  
 tiam Soti dicta, de suis cum illo controuersijs, acerbisq; contentio-  
 nibus & Catharini erroribus. Inquit igitur ille:

At cui tam refriguerit Christi charitas, qui non te, pater admo-  
 dum reuerende, earum adimoneat contumeliarum, quas in opti-  
 mum patrem Bartholomæū à Miranda coniecisti, propterea quòd  
 de residentia prælatorum diuersam à tua sententiam suadere ten-  
 tauit? Quam tamen, utcunq; tu contrā sentias, non solum maior,  
 uerum etiam melior Theologorum pars semper sibi habuit persua-  
 sam, nempe iure diuino esse præceptam.

Et paulo pòst: Quod uerò demum addis, non fuisse Patribus per  
 reuerendis. legatos liberum, hoc punctū tam modò Ecclesiæ Dei  
 necessarium in Synodo disputare, an scilicet residentia esset de iure  
 diuino: tu tecum ipse reputa, quàm manifestario testimonio, si ul-  
 la tibi esset habenda fides, partes ageres hostium Synodi: sanè cui  
 illi imponunt non esse in illa integram libertatem. sed de his satis.

Et paulo pòst: Itaq; errant apud te uniuersi, qui abs te quoquo  
 pacto dissident. Præsertim quod, ut paulo antè dicebam, hæc no-  
 stra catholicorum, qua molitus es, concertatio non omnino eam  
 refert, quæ esse deberet, animorum concordiam. Attamen cum iu-  
 dicio isto meo (utcunq; sit tuo inferius) in eadē etiamnum hæreas  
 salebra de certitudine Gratie, quam S. Synodus condemnauit, non  
 potui, nec credo debui, censuram tuam sine responso dissimulare.

Et paulo pòst: Patere tantisper, dum id ostendam, quod dixerā,  
 te per durare in sensu damnato per Synodum. Haud enim te inter  
 Lutheranos censeo, senem, quem sum semper ut Catholicum ue-  
 neratus. At alium sensum retines mitiorem quidem, falsum tamē.

Sed



Sed quo rem à prima linea exordiar, liber noster de Natura & gratia, ad tuum delatus tribunal, totus displicuit.

Et paulo pòst: Ob idq; in primo tractatu statim proponis, facillimè te diuinasse, uerba Decreti aliter plerosq; accepturos, quàm fuerat mens sanctæ Synodi.

Et paulo pòst: Dissensio, quam inter tuam meamq; mentè, nullà extra uerba esse existimas, hæc est in re maxima. Porro quod tu arbitraris, posse fieri hominem certum suæ gratiæ, certitudine, quæ licet non sit æqualis fidei Catholicæ, sit tamen uera fides, id est omnem prorsus dubitationem excludens: atq; id quidem lege communi, nempe testimonio illo, quod authore Paulo Spiritus S. reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei: hoc ego uerò salua pace & auctoritate tua, credo esse omnino falsum.

Non possum aliter sanctam, quam arbitror, ueritatem enunciare. Quod si pergis, uti facis, de omnibus in uniuersum iustis affirmare, aperte pugnas cum communi Christianorum sensu.

Et paulo pòst: Hac ergo de causa proposui in principio, te in eadem hærere salebra, quam sancta Synodus condemnauit. Et paulo pòst: Fateor, perquam reuerende, dum legendo, in eum locum incidi, libellus mihi è manibus cecidit. Quid enim (aio) cum hoc reuerendo patre uerba prodigam? quippe cui ad eò placuerit sua hæc fidei certitudo, ut in eius gratiam talia fuerit meditatus? Nempe quòd sancta Synodus peculiari lege obligauerit iustos sperare, præter diuinum præceptum Spei, quod omnibus est Christianis in uniuersum positum. Te etenim sciscitor, optime præsul, uis S. Synodum aliquod præceptum humanum præscribere iustis, de spe habenda, præter diuinum?

Et paulo pòst: Ad Apologiam ergo tuam ut ueniamus, hanc statim auspicias à protestatione. Protestor enim, inquis: cum operum nimis & ualde onerosum esset, taxare cuncta quæ me offendunt in illo libro: non reliqua me probare, quæ non reprehendo.

Et paulo pòst subiungis, non paruum me præbere scandalum, cum dixerim, certamen nobis esse cum catholicis, & adhuc manere. Nam dixi, Certamen existit cum re iam (inquis) definita per Synodum.

Et paulo pòst: Aut quid, tanquam per se actum supponis, quod nemo certus potest dici cuiusquam rei, quæ falsa sit, nisi secundum Scholasticos, qui INERVDITE multa COMMUNISCUNT.

**TVR.** Itā ne tibi consultum uideatur, si Scholasticos derideas?

Et paulo post: Deflexi nonnunquam à nonnullis opinionibus Catholicorum: hac tamen ratione, quoscumq; possis scriptores de eodem crimine deferre, & ordine seruato Euangelico, festucā de oculo fratris eijcere. Quod autem ubicumq; in me acerbius obloqueris, hoc excusas, quòd ego acerbiora iactauerim in Catholicos: id profectò tanto minus ferre possum, quanto maius malum est culpa quàm pœna.

Possum inquam, debeo saltem, iniuriam à quocumq; pati, quod ego uerò in libro meo cuiquam fecerim, nondum hactenus noui. Sanè qui neq; in Protestantes quicquam amarulentiae aut acerbitalis euomui, tantū abest ut Catholicorum aliquem minimo uerbo læserim. Nisi quòd acerbitalatem censes, quòd quando non poteram in suas sententias descendere, meam pro meo ingenio satagebam confirmare, propalando quoq; suarum peccatum. Nec uerò me, qualibuscumq; uerbis in me fueris inuectus, amplius mutasti, quàm ut pro fide tibi Catholica, proq; expositione Decreti, & (quod tu ais) gloria Synodi responderem.

Idem archiepiscopus Catharinus scripsit etiam contra Caietanum Cardinalem (qui acerrimè Lutherò restitit: & cum esset legatus Papæ, olim mox initio Augustæ Lutherum ad palinodiam pertrahere, aut Romam captum perducere est conatus) & in eius operibus plus quàm 200 puncta, tanquam impia & antichristiana refutauit & damnauit. Hunc librum Catharini Colineus Lutetiæ impressit.

Inter alia autem hæc quoq; extant uerba in uestibulo refutationis Catharinianæ: Qua de re cum frequèter noua uiri huius in Scripturis sacris commentaria euoluissim, ac sedens & animo tranquillo mecum tractarem, ipsamq; ueritatem sincerè respicerem, facillè & perspicuè noui, illic multa esse, & longè plura quàm qui non uiderint, æstimare ualeant: quæ non solum ut euidenter falsa merito culpari possent, uerùm etiam ut Christianæ religioni perniciosa, utpote contra sanctorum, & Thomæ nostri doctrinam, atq; adeò Catholicæ ipsius Ecclesiæ & Scripturarum apertum sensum militantia: imò omni consensu atq; iudicio damnari, necessariò debeant. Obijcit autem Caietano Catharinus in eo libro hosce sequentes amplius 200 errores, quos ex initio prædictæ censuræ ordine positos, ad uerbum adscribam.

- 1 Hieronymum esse regulam discretionis librorū Canonicoꝝ.
- 2 Hieronymum esse dubium de autore epistolæ ad Hebræos.
- 3 Dubio existente Hieronymo de eius authore, & ipsa epistola redditur dubia.
- 4 Autor illius epistolæ inefficaciter arguit Christum esse filium Dei, ex ueteri Scriptura, quæ loquitur de Salomone.
- 5 Idem autor Scripturam ueterem loquentem de pacto, torquet ad testamentum.
- 6 Idem autor ponit se inter eos, in quibus est cōfirmata salus per discipulos Domini: quod Paulo conuenire non potest.
- 7 Idem autor à Scripturarum falso intellectu deceptus, uidetur ponere in arca testamenti fuisse urnam mannæ, & uirgam Aaron quæ fronderat.
- 8 Idem autor malè citat scripturam Psalmorum, & ex Aggæo.
- 9 Idem autor in eis uerbis, Celerius uidebo uos, ostendit se non esse Paulum.
- 10 Epistola quæ fertur Iacobi apostoli, non usq; quaq; certum est an fuerit ipsius Iacobi.
- 11 Hieronymus dubitauit de eius epistolæ autore.
- 12 Salutatio in ea epistola rã pura est, ut nihil Dei, nihil Iesu Christi habeat, sed profano more salutē: unde minus certus redditur eius autor.
- 13 Secunda quæ dicitur Petri, non est certè Petri.
- 14 Secunda & tertia Ioannis, non sunt certè Ioannis apostoli, neque canonicæ.
- 15 Epistola quæ fertur Iudæ, non est certè Iudæ.
- 16 Eadem non ab re refutatur, quia apocrypham prophetiam ut simpliciter prophetiam citat.
- 17 Vltimum cap. beati Marci non est solidæ autoritatis, ut sunt cætera Marci indubitata.
- 18 Adulteræ historia quæ est apud Ioan. 8. non est authentica.
- 19 Quod habetur apud Lucam in agone Domini, Apparuit angelus de cælo confortans eū: non est certū, esse de Euangelio.
- 20 Quod habetur in Epistola prima Ioannis, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: incertum est an sit de Scriptura. Ibidem.
- 21 Sola scripta ab Apostolis, aut ab eis probata, autoritatem sacre Scripturæ habent.

- 22 Excusatur Lucas, quòd posuerit unam generationem superfluam, auctoritate LXX.
- 23 Non inuenisse authenticè, unde Lucas attribuerit Herodis nomè ei qui Iacobum decollauit, cum Iosephus uocarit eum Agrippam.
- 24 Autor libri Machabæorum malè aprat prophetiã Danielis de abominatione desolationis, ad statuam Antiochi.
- 25 Lucas euangelista non seruat rationem Grammaticæ, in Cant. Zachariæ.
- 26 Quod dixit Dominus, Excolantes culicè, deglutientes camelum, commutat, ut pro camelo reddat mulconem siue muscam, aut uespam siue asilum.
- 27 Quod etiam dixit, Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi: mutat, ut loco Enim, ponatur Sic.
- 28 Quod apud Marcum legitur, Erat autem hora tertia: mutandã esse putat tertiam, in sextam.
- 29 Putat, & mendose legi Act. Apost. 13. Post euadringentos & quinquaginta annos, &c. & discordare Græcos codices à Latinis, sed falso.
- 30 Similiter mendam putat aut in Pauli epistola 1. ad Cor. cap. 10. aut Numeri 15. cum uterq; textus immunis à menda saluari possit.
- 31 Mutat & quod legitur apud Paulum: Qui cum uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, & diuifus est. mauult enim legi, Et diuifa est uxor & uirgo.
- 32 Mutat & quod legitur, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: ut malit legi, Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur.
- 33 Quod legitur, Maledictus à Deo omnis qui pependit in ligno: mutat, ut loco à Deo, legatur, A' iudicibus.
- 34 Quod autem legitur in Psalmo, Minuisti eum paulo minus ab angelis: mutat, & legir, A' Deo.
- 35 Quod habetur Ioan. 1. Plenum gratiæ & ueritatis: mutato puncto attribuit Ioanni, ex quadratura Grammaticæ falsa.
- 36 Mutat & punctum in egregia salutatione Pauli ad Rom.
- 37 Similiter mutat cap. 5. ubi legitur, In similitudine præuaricationis Adæ.
- 38 Similiter & in cap. 8. secunda ad Corinth.

- 39 Et apud Ioannem cap. 17. ubi legitur, Quia dilexisti me ante cōstitutionem mundi, censet interponi punctum inter Dilexisti, & Me.
- 40 Inepta ratione putat calcem epistolæ ad Coloss. mutilum esse.
- 41 Loco eius quod legitur, In principio erat uerbum: propinquo ri uocabulo putat potuisse trāsferri, In principio erat ratio.
- 42 Item loco eius, Et uerbum erat apud Deum: si legatur, Et uerbum erat ad Deum, altiorem sensum redderet.
- 43 Loco eius quod legitur, In propria uenit, mutat In sua: & exponit, id est, ob sua.
- 44 Quod legitur ad Philipp. 3. Qui spiritui Deo seruimus: mutat, & legit, Spiritu Dei.
- 45 Quod canitur in Ecclesia in cantico beatæ uirginis, Recordatus misericordiæ suæ: reprehendit, tanquam non sit ex sensu cantici & beatæ Virginis.
- 46 Melius esse censet, orationes publicas in Ecclesia dici lingua communi, & materna omnibus intelligibili.
- 47 Quod canit Ecclesia in præfatione Missæ, Cœli cœlorumq; uirtutes, significat cœlos esse animatos, & utitur opinatis.
- 48 Ecclesia in sententijs excommunicationis ferendis recedit à diffinitiuâ Christi sententiâ: Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.
- 49 Etiam Paulus aliam duriorē profert sententiâ, quàm Christus.
- 50 Excommunicatio de qua ad Thess. 3. lata fuit propter ocium, & quædam uenialia.
- 51 Dies creationis mundi non fuerunt ueri dies.
- 52 Sopor qui fuit missus in Adam, non fuit uerus sopor.
- 53 Eua non fuit uerè ædificata ex costa Adæ.
- 54 Quod Christus dixit Heliam esse Ioannem, posuit in libertate auditorum, utrum uellent recipere.
- 55 De stella quæ apparuit Magis, nihil habetur in sacra Scriptura.
- 56 Verba Psalmi, Aperiam in parab. os meum, intelliguntur non de Christo, aut eius parabolis, sed similitudinibus gestorū.
- 57 Illa uerba, In omnem terram exiuit sonus eorum, non aptatur Apostolis secundum literam, nam & in Hebræo habetur filum seu linea, non sonus.
- 58 Omnis Psalmus qui potest ad literam exponi de Dauid, nō est exponendus de Christo.

- 59 Quod legitur, Et spiritus Domini ferebatur super aquas: non intelligitur de Spiritu sancto.
- 60 Nec id quod habetur in Psal. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.
- 61 Nec illud: Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
- 62 Nec illud: Quicumq; autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remitteretur ei.
- 63 Christus est Deus secundum esse personale, non secundum naturam & essentiam.
- 64 Vnio non fuit facta uerbo, sed huic Deo.
- 65 Mariam fuisse ex stirpe Dauid secundum lineam masculinam, non attinere ad fidem.
- 66 Mariæ summa uirginitas non idoneè defenditur.
- 67 Expositio eius uerbi, Quomodo fiet istud, &c. non digna, nec secundum eximiam uirginitatem Mariæ, & uotum eius.
- 68 Maria ita conuersabatur cum Ioseph, quod licitè & absq; ulla nota potuissent consummare matrimonium.
- 69 Verba Angeli, Benedicta tu in mulieribus, nō assertiuè, sed imprecatoriè dicta sunt.
- 70 Virginem concepisse cum seminis resolutione & menstruo, teneri potest absq; ulla illibatissimæ uirginitatis & immaculatissimi partus iniuria.
- 71 Quod ipsa in Spiritu cecinit, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: non intelligitur de uirtute, aut actu uirtutis, quæ dicitur Humilitas.
- 72 Mariam concepisse annorum 27. aut ad minus 24. ex philosophica coniectura.
- 73 Mariam non interfuisse partui Elisabeth.
- 74 Mariam naturali opere materno per genitalia mēbra peperisse.
- 75 Ad uerificandum, Iacobum fuisse fratrem Domini, nihil magis quadrat, quàm quòd fuerit filius Ioseph ex alia uxore.
- 76 Philosophi, Dei prouidentiam erga singularia non credunt.
- 77 Signa quæ Dominus pronunciat futura ante excidium Hierusalem, & aduentum ipsius, non sunt allata ut noua aut insolita, & ut quicquam significēt, nisi quòd mundus solidum cursum est habiturus.
- 78 Ex uerbo Domini, Angeli eorum semper uident faciem patris mei: non haberi, singulos angelos singulis esse præpositos

- hominibus ad custodiam.
- 79 Angelos siue dæmones habere corpora aerea.
- 80 Cælum empyreum uacare.
- 81 In primitiua Ecclesia non dedicabantur Martyrum passiones.
- 82 Ecclesia in ueneratione sanctorum & canonizatione potest et rare, & omnino in cultu Dei, ibidem, sed longo sermone disputatur.
- 83 Baptismi formam esse etiam hanc: Ego te baptizo in nomine Christi.
- 84 Existentes in utero, cautè & irreprehensibiliter baptizarentur parentum benedictione.
- 85 Circumcisionem irreprehensibiliter cū baptismo concurrere.
- 86 Paulum præcepisse Iudæis, ut filios circumciderent.
- 87 Duos comites esse Baptismi, ut perfectè suscipiatur, uidelicet præcedentem doctrinam & subsequenter.
- 88 Propterea infantes non perfectè suscipere baptismum.
- 89 Dominus apud Ioan. cap. 6. non loquitur de sacramento, aut sacramentali manducatione corporis Christi.
- 90 Tres esse modos manducandi Christum spiritualiter uiatoribus, contra doctrinam B. Thomæ.
- 91 Infantes possunt per seipfos manducare spiritualiter, non autem sacramentaliter: quia non possunt comedere, sed sugere contra sensum manifestum.
- 92 Baptismus ex se solo satis est ad salutem, ut non exigatur habere in uoto cætera Sacramenta tempore opportuno.
- 93 Sacerdotem absq; crimine perpetuò abstinere posse à sacrificio celebrando. Iure diuino nulli præcipitur accipere hoc Sacramentum.
- 94 Venerabile hoc Sacramentum posse per instrumenta inanimata, & per manus laicas, imò & ab infirmis, qui peste laborant, sibiipsis propinari.
- 95 Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, habens etiam copiam confitendi, absq; iniuria Sacramenti potest celebrare, & nõ indignè etiam nolens confiteri.
- 96 Venientes ad Baptismum Ioannis, qui confitebantur peccata sua, non hoc faciebant auriculari confessione.
- 97 Illi confitebantur peccata sua in genere, id est, nõ peccata ipsa, sed se peccatores esse.

- 98 Similiter quod legitur Act. apost. 19, Et cōfitebātur actus suos, proculdubio non attinet ad Sacramentalem confessionē.
- 99 Apostolus episcopis unam permittit uxorem, cæteris plures.
- 100 Nunquam iure diuino prohibita fuit uxorum pluralitas.
- 101 Multi in primitiua Ecclesia habebant plures uxores, imitantes patres ueteris Testamenti.
- 102 Etiam iure naturæ uxorum pluralitas nihil habet indecentiæ.
- 103 Papa potest cum sacerdote Occidentalis Ecclesiæ, nulla existēte causa publicæ utilitatis, dispensare, ut uxorem ducat.
- 104 Neq; naturali iure, neq; diuino prohibita est copula inter coniunctos, præter parentes & liberos primi tantum gradus.
- 105 Inter dispares cultu naturali iure licitum est matrimonium.
- 106 Rachelem uxorem Iacob fuisse idololatram.
- 107 Dominus IESVS nunquam mendicauit.
- 108 Nec instituit Apostolos mendicare.
- 109 Nec suauit collegijs statum mendicitatis.
- 110 Dominus IESVS habuit proprium: in communi tamen. Apostoli etiam post sequelam Domini habuerunt propriū, nec dimiserunt omnia.
- 111 Non est ergo imperfectionis, habere proprium.
- 112 Dominus suis discipulis nullum uotum indixit.
- 113 Renunciatio de qua est in Act. apost. non fiebat uoto.
- 114 Non in uinculis uotorum, sed in operibus consistit perfectio.
- 115 Non esse omnium qui uelint, seruare continentiam & uotū.
- 116 Dominus non prohibuit indui pluribus tunicis, sed solum gestari duas mutatorias.
- 117 Similiter de calceamentis, non prohibuit calceamenta, sed mutatoria duplicata.
- 118 De qualitate, quantitate, colore, figura uestimentorum, barba, capillis, & ciborum delectu præcipere, discrepat ab uniuersa doctrina Euangelica.
- 119 Ieiunium nullibi inuenitur esse præceptum.
- 120 Ieiunium neq; ad charitatem Dei, neq; ad proximi, esse necessarium.
- 121 Eo præcepto quod habetur Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c. non intelligitur ex charitate.
- 122 Secundum præceptum, quod dixit Dominus, Secundum simile huic, si militer non intelligitur ex charitate.



- 123 Dominus quòd dixit, Non ueni soluere legem, intellexit personaliter.
- 124 Soli prædestinati explicantur pascendi à Petro, illis uerbis: *Pasce oues meas, Pasce agnos meos.*
- 125 Mandata prælatorum seruare, non est de necessitate iusticiæ, & ad salutem. Hunc articulum & si non explicitè omnino dicat, ex uerbis tamen facile posset colligi.
- 126 Christus non uult subditos haberi reliquos à Petro, sed fratres.
- 127 Christus apud Matthæum non reprobauit illa mandata hominum, de quibus prophetauit Isaias. Hic uideat Lector nonnulla uerissima, & notabilia pro illarum intellectu scripturarum.
- 128 Multi hominum non morientur, sed sine morte transferentur in cælum.
- 129 Qui surrexerunt in cruce Domini, perfecta resurrectione resurrexerunt.
- 130 Expositio illorum uerborum, Non de solo pane uiuit homo.
- 131 Christus uocans Petrum, & socios, ita efficaciter uocauit, ut ei non potuerint resistere.
- 32 Christus apud Matthæum nouem docuit beatitudines.
- 133 Soli non g beatitudini sub ratione debiti promittitur merces.
- 134 In eo uerbo, Qui soluerit unum de mādatis istis minimis: per minima mandata intelliguntur ea, quorum trāsgressio est mortalis.
- 135 Cuncta ferè præcepta quæ Dominus tradidit Matth. 5 & 6, erant apud legem & prophetas.
- 136 Præceptum illud Domini negatiuum, Ego dico Non resistere malo, uerti debet in affirmatiuum hoc, Sustinere malum.
- 137 Qui suam iusticiam faciunt ut uideantur ab hominibus, non damnabuntur: sed carebunt tantum mercede illius operis apud Deum.
- 138 Homo qui tanto Dei amore agitur, ut dimittat iniuriam proximo, etiam si in alio peccato mortali perseueret, aliquādo habebit remissionem suorum peccatorum. & secretum reuelauit nobis Dominus in Euangelio, licet nullus hoc intellexerit, ipso excepto.
- 139 Dominus per ea uerba, Sine mortuos sepelire mortuos suos, non intellexit officium sepulturæ.

- 140 Intellectus nouus, contra Paulum, illius prophetiæ: Auditum audietis.
- 141 Quare furta & homicidia & adulteria computentur inter peccata oris.
- 142 Omnia oris peccata concluduntur his tribus, blasphemia in Deum, turpi sermone in seipsum, mendacio in proximum.
- 143 Oratio & ieiunium, quæ Dominus ad depellendum dæmonium exigebat, ab ipso oppresso potius exigebat, quàm ab exorcistis. & hoc dicit ratio.
- 144 Dominus soluit staterem illum, ut daret exemplum prælatis, personalia debita non esse soluenda de communi.
- 145 Præceptum Domini in correctione fraterna, Adhibe adhuc tecum duos uel tres, non aptatur ad peccata secreta.
- 146 Quod dixit, si duo uel tres consenserint super terram, ita intelligitur, non quòd consentientes sint super terram, sed materia de qua consentitur, quoniam oportet esse super terram.
- 147 Quod dixit Dominus, Erunt duo in carne una, non conuenit meretriciæ commixtioni.
- 148 Esse duo in carne una, ex hoc ait, quòd mas & fœmina sunt unum generationis principium legitimum & iustum.
- 149 In eo quòd dixit Dominus, Facilius est camelum intrare per foramen acus, nisi intelligatur per foramen acus quædam porta in Hierusalem, ineptè redditur similitudo.
- 150 Apostoli non fecerunt omnia quæ exegit Dominus ab adolescente ad perfectionem.
- 151 Dominus in Saducæos non absolutè probat resurrectionem, sed tantum animæ immortalitatem.
- 152 Dominus prohibet nos uocari Rabbi, non uocare: pater autè prohibet uocare, non uocari.
- 153 Regula noua, ad noscendum in se humilitatis uirtutem.
- 154 Noua expositio eius dicti, Refrigescet charitas multorum.
- 155 De natura ignis inferni inconstans doctrina.
- 156 In uerbis Domini, Hoc est corpus meum, pronomen Hoc, neque panem, neque corpus Domini demonstrat.
- 157 Quod dicitur, Dominus benedixit & fregit, &c. non intelligitur de benedictione consecrationis; sed laudis.
- 158 Ex uerbis illis Domini, Non sicut ego uolo, sed sicut tu, colliguntur duæ Christi naturæ. humana, hinc: Non sicut ego  
t . uolo.

- uolo. diuina inde, Sed sicut tu.
- 159 Similiter humana & diuina natura colliguntur ex illis uerbis,  
In hoc natus sum, & ueni in mundum.
- 160 Ex uerbis Petri, Tu es Christus filius Dei uiui, colligitur con-  
fessio filiationis naturalis, propter illam dictionem Viui.
- 161 Si non diligimus multum, nō sunt nobis dimissa peccata multa:  
& si dimittuntur nobis peccata multa, diligimus multū.
- 162 Quod Dominus dixit, Oportet impleri in me: &, Cum iniquis  
deputatus est: non pertinet ad instantem in Christum perse-  
cutionem, & eius discipulos. nec enim mortem eius aut cru-  
cem significat, sed communem Christianorū persecutionē.
- 163 Exterior cultus non propter se ipsum gratus est Deo, sed pro  
quanto ad interiorem ordinatur.
- 164 Expositio noua in illis Domini uerbis, Et in occulto locutus  
sum nihil.
- 165 Dominus illis uerbis, Non haberes potestatem aduersus me  
ullam, & c. uoluit singularem innocētiam suam significare.
- 166 Parabola seminis, quo ad fructus uarios, missa nobili exposi-  
tione, quæ hæreticos iugulabat, nouo modo & falso ex-  
ponit.
- 167 Granum sinapis minimum, est Euangelium, quia minima an-  
nunciat, id est Christum crucifixum: quo dogmate nihil mi-  
nus, nihil abiectius est.
- 168 Sagena parabolica significat uiolentam captiuationem multo-  
rum, qui aut inuoluntariē sunt Christiani, aut coactē, quod  
non erat in primitiua Ecclesia.
- 169 Denarius diuinus, significat certum beatitudinis gradum.
- 170 Seruus ille nequam non corripitur, quia non dimiserit debi-  
tum, sed quia non est miserus.
- 171 In parabola de agricolis, illa profectio patrisfam. significat De-  
um subtrahentem diuinum auxiliū, quo seruamur à malo.
- 172 Dominus per ea uerba, Amice quomodo huc intraisti, non ha-  
bens uestem nuptialem? non increpat eum, sed examinat  
Deus forma iudicij.
- 173 Ille non est uisus indutus ueste sordida, sed tantum carens nu-  
ptiali.
- 174 Per decem uirgines non intelliguntur omnes fideles: sed ij tā-  
tum, quorum studia & opera luceant,

- 175 Inde colligitur Domini terribilis sententia, quòd pars dimidia fidelium, quorum opera & studia luceant, saluabitur.
- 176 Quòd dicitur, Dormitauerunt omnes, & dormierunt, intelligitur de somno negligentiae.
- 177 Vnde ante mortem inuenient clausam ianuam regni cœlorū, quòd dixit seruus nequam, Metis ubi non seminasti, non potest uerificari, & est phantastica aestimatio.
- 178 Noua expositio illius parabolæ de filio prodigo, ubi legitur, quòd cupiebat saturari de siliquis, & nemo illi dabat.
- 179 Applicatio parabolæ uillici difficilis, si non impossibilis.
- 180 Noua expositio illius sententiæ, Filij seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua.
- 181 Christus tres tantum annos mansit in Ægypto.
- 182 Quare Herodes tantū distulerit necem innocentium, nescitur.
- 183 Christus expleto anno ætatis uigesimali, mox baptizatus est.
- 184 Herodiadem non fuisse filiam Aretæ regis, sicut Hieronymus & uetus historia restantur.
- 185 Herodes de petitione capitis Ioannis non est contristatus, sed sinit se contristatum.
- 186 Quatuor generationes, Salmon, Booz, Obed, Iesse, fuisse continuas, defendere conatur trib. manifestissimis erroribus. De epulone & Lazaro, incertum est, an fuerit uera historia.
- 187 Maiores Iudæorum non nouerunt Dominum esse Messiam.
- 188 Petrus apostolus iuxta planum Euāgeliorum sensum septies negauit Christum.
- 189 Socrus Petri sanata est à febris in Betsaida.
- 190 Columba quæ in baptismo super Dominum descendit, non fuit uerum animal.
- 191 De duob. miraculis in Chana Galileæ, quando fuerint patrata.
- 192 Ioannes euangelista fuit sponsus in nuptijs, quas Dominus sua præsentia honorauit.
- 193 Idem Ioannes non fuit uocatus à Domino adolescens, sed eiusdem ætatis cum Christo.
- 194 Nomen matris filiorum Zebedæi, explicatur fuisse Salome.
- 195 Iacobus Zebedæi, Claudij tēpore cōputatur decollatus fuisse.
- 196 Circa mulierem peccatricem, de qua Lucas multa meditat, & uanè & falsò.

- 197 Matthæus non scripsit Hebraicè, sed Græcè, ad Hebræos. Similiter author Epistolæ ad Hebræos, scripsit Græcè.
- 198 Opera quæ Dionysij Areopagitæ inscribuntur, incertum est an illius fuerint.
- 199 Gregorius de hoc dubitauit.
- 200 De tenebris in passione Domini, nullus apparet mirabilior modus, quàm esse factas per subtractionem radiorum Solis.
- 201 Melchisedech non obtulit sacrificium panis & uini Deo.
- 202 Decuit Christum in ieiunio assimilari excellentiss. prophetis.
- 203 Plures inefficaces deductiones ex uerbis Euangelij, quarum nonnullæ sunt alicuius momenti.
- 204 Plurimæ etiam aliæ expositiones, ferentes uim literæ, & destruentes uocum proprietatem, sermonisq; rectam rationem, inter quas multæ sunt nonnullius momenti. Mihi autem uidentur omnes, non solum sua nouitate, uerum etiam falsitate, manifestæ.

Lector eruditus expendat: neq; pudet me adnotasse, quæ deprehendi omnia, neq; etiam me uidisse quæ alij uidere possent, & annotare. Hactenus Catharinus.

¶ Porro id scriptum primum post obitum Caietani editum est: Quod si eo tempore adhuc ille in uiuis fuisset, profecto ei uicissim obuiaffet, eiusq; deliria uiceuersa detexisset, & redarguisset: appa- uissetq; etiam inde bellus Papistarum consensus.

Scripsit idem Catharinus etiam alium librum contra eundem Caietanum, titulo de Diuina prædestinatione Christi, satis acriter eum accusans. Quin & passim ipsum in suis scriptis non unius erroris arguit. Super priorem ad Cor. hæc de eo scribit, quod coactus sit ibi confiteri ipse Caietanus, ueritatis, tamen cœpisset contra S. doctrinam & ipsum B. Thomam uilificare *VOTA*, & negare inditum esse à Christo eiusmodi continentiam & uirginitatis *VOTVM*.

¶ Dixi supra, fuisse acere certamen in Tridentino concilio anno 1547, de residentia episcoporum: & extant de ea re aliquot contraria Papistarum scripta inter se digladiantium, ubi sibi inuicem plures errores obijciunt. Inter alia, in uno eorum obijcit Franciscus Torrèsis Catharino, quod negarit legem Moysi esse legem Dei, & neget Pauli præcepta esse Christi præcepta: idq; cum quorundam ueterum seductorum hæresibus habeat commune.

Vicissim autem Catharinus hæc de eo inter alia scribit: *Audet etiam*

etiam non contra me, sed contra omnes doctores & Ecclesiæ sensum ac diffinitionem asserere, cœlibatum siue continentiam ministrorum Ecclesiæ catholicæ esse præceptum de iure Diuino scripto sancitum. quod latius tractauit alio suo libro de sexta & septima & octaua Synodo, ubi confidentissimè concludit, inquit:

Est itaq; sacrorum ministrorum Ecclesiæ Catholicæ continentia præcepto atq; iure diuino scripto sancita. Tenentur inquam episcopi, presbyteri, diaconi, hypodiaconi, continere se perpetuò à suis uxoribus, quas antè habuerūt: idq; præcepto Christi, per Christum & Apostolos prædicato, & ab ipso scripto. hæc Torrens.

Errauit igitur (inquit Cathar.) uniuersus Scholasticorū cœtus, & B. Thomas, qui docuit, ex statuto tantum Ecclesiæ esse debitum continentia, in suscipientibus sacros ordines: ac propterea posse in his per Ecclesiā dispensari, ubi magna causa deposceret. Verum non solus sanctus Doctor, sed & Pontificij canones idem asserunt, ut patet in lib. 6. Decretalium, sub titulo de Voto & uoti redemptione, ubi legitur: Ex sola Ecclesiæ constitutione inuentum esse, non à iure diuino emanare, insolubile debitum continentia, in ijs qui sacros ordines suscipiunt. Sed nimis laboro, in nimis notis. En tibi istorum duorum contradictionem in re maxima.

Idem in eodem scripto: Et iterum, cum taxarer de imprudentia, quod scripserim personalem & assiduam residentiam non esse iuris diuini, contra Caietani doctrinam: quoniam etsi uerum esset, at tamen (aiebant) scribi non debuisset, hoc præsertim tempore, quâdo episcoporum absentia à suis sedibus eò usq; est Ecclesiæ perniciosâ, respondi his uerbis: Quòd si uobis placebat, hanc ueritatem à me taceri, debueratis uos primi abstinere à falsitate, ne illam tam constanter, & cum tanto opprobrio, tanquam conspicuam ueritatem, in faciem nobis obijceretis: præsertim cum nemo negaret debitum residentia, & tota Synodus nouis pœnis episcopos ad residendum urgeret. Ego uerò non ita fui unquam sapiens, ut censerè esse prudentius falsa proferre, quod fuit uestrum, stante hypothesis tua: quàm uera defendere, quod fuit meum.

Et mox hæc: Multa prætereo ab hoc uiro inconsideratissimè dicta, quia nimis longus esset sermo, & longæ ambages: tum quia ab ijs quæ iam sunt confutata, poterunt multi eius errores agnosci ac emendari.

Idem ibidem: De ieiunio quadragesimæ & quatuor temporum,

similiter horum institutionem putat esse diuini iuris, etiam contra B. Thomam, qui uniuersaliter dicit, ex statuto Ecclesie factam esse ieiunij determinationem, de modo & de tempore. hæc sunt uerba eius: Idem quoq; B. Augustinus, agens cum quodam phanatici spiritus homine, qui de iure diuino uolebat esse ieiunium sabbati, concludit his uerbis: Ego in Euangelij & Apostolicis literis, totoq; instrumento quod appellatur Testamentum nouum, animo id reuoluens, uideo præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini uel Apostolorum non inuenio definitum. Hæc ille.

Scribit deniq; in eodem libello Catharinus rectè, Ius diuinum esse tantum id, quod Christus expressè locutus est, aut quod inde euidenter probari deduciq; potest: & non decreta Pontificum & conciliorum. idq; etiam autoritate Thomæ confirmat. uerba eius inter alia sunt hæc: Primum si uolumus propriè intelligere Ius diuinum, ut à naturali & ab Ecclesiastico differt, sicut accipit B. Thomas, & sicut accipi debet propter eius excellentiam & notabiles ab alijs iuribus differentias: ita ut dicamus illud solummodo esse ius diuinum, quod uerbo Domini expresso prælatum est, aut inde clara aut prompta sequela deducitur.

Narrat Catharinus & aliud dissidium suæ cateruæ in concilio, quod cum deliberatum est de dogmate (iam aliquot sæculis tantum non cruentis gladijs inter Dominicanos & Franciscanos agitato) an diua Virgo sit in originali peccato concepta, aliud sit alijs in concilio uisum: quodq; interim, dum illi de ea re cõsultant, a magistro sacri palatii & alijs quibusdam Theologis & monachis sit editus liber Cardinalis à Turrecremata, olim contra incontaminatam conceptionem D. Virginis scriptus. Quare ipse paulo pòst aspero prolixoq; scripto eam conceptionem publicè propugnauit, ex cuius præfatione ad Synodi patres pauca hic adscribam: liber alioqui est Romæ impressus.

Nam hunc festiuum immaculatæ conceptionis diem sub alio nomine celebrare, quàm sacrosancta Romana Ecclesia, & aliæ cunctæ uniuersi Christiani orbis consueuerunt (id quod hic solus ordo Dominicanorum, non tamen uniuersus, sed ex parte facit) quid (rogo) aliud est, quàm Petri cathedræ derogare, atq; ausu temerario illam reprehendere, & se solos prædicare sapientes? Hoc certè ex recentibus illorum scriptis, ut ex parte audistis, pleuis arrogantiæ, incertiæ

tia, in scitia & calumnijs, satis euidenter educitur. Siquidem quòd sacrosancta Romana & uniuersalis Ecclesia celebrare iam olim cetero decreto, etiam cum plenissimo indulgentiarum fauore, suscipit: & elapsis aliquot seculis, cum magno omnium plebium consensione celebravit, ambo hi spinæ contra Euangelij ueritatem pugnant, & (quod horreo uel meminisse) impietatem atq; humanum commentum esse, & inde quinquaginta & octo errores in fide educere aubi sunt, falsissimè atq; impudentissimè asserere: nihil uerentes Apostolicæ sedis anathema, in Xistinis decretis in eos pronunciatum, qui eiusmodi blaterarent, aut potius blasphemarent. Hæc Catharinus.

Aliquoties etiam renouatum est illud uetus & atrox dissidium, præsertim in isto conciliabulo, an Papa sit supra Synodum, aut contra Synodus supra Papam. Sed semper ea ratione est sedatum, quòd oporteat Lutheranos prius damnari, & ingulari, postea deniq; domesticas lites tractare: cum contra iustus sit initio sui accusator, & quisque prius sibi mederi, ac ex suo oculo trabem eicere debeat.

Longum esset omnes dissensiones istius sacrosancti conciliabuli recensere, nec nobis omnes notæ sunt. Occultant enim illi sanctissimi patres suas controuersias, ut qui lucem metuunt. Dicitum alioqui est supra quoque de eis, & infra etiam aliquid adnectetur.

Scriptit idem Catharinus etiam de consecratione in ipsorum Missa proprium librum: & multorum testimonijs multisq; rationibus probat, Christum non ijs uerbis consecrasse, quibus ipsi in sua Missa consecrant. Quod est notatu longè dignissimum: ut tanto magis appareat, quanti sit eorum Missa facienda. Fatetur alioqui, plures Pontificios ualde ægrè hoc dogma ferre, adeò ut propterea quòd de ea controuersia dicere audeat, omnes in ipsum ueluti scopum sua spicula colliment. Quinetiam constitetur, ita suos Papietas urgeri, & ueluti in angustias quasdam redigi in disputatione de Missa, ut non possint inuenire rationem euadendi & respondendi: atq; adeò in uaria dubia concludi, ut ipsimet inter se dissentiant. Verba eius in eo libello sunt hæc:

Aufert præterea (scilicet prædicta opinio) multas & ueras difficultates, ob quas ridentibus hæreticis, ita laborant nostri (sit fas uerba loqui) ut uix unus cum altero conueniat, quod ex parte iam indicauit.



dicauimus. Hæc, ut uerè dixit Innocentius, soluit laqueum, à quo illi sese expedire non ualent.

Composuit quoq; hic idem Catharinus librum de Imaginibus, in quo confitetur, uehementem disceptationem esse inter suos Papistas, de imaginum adoratione, cuius uerba amplioris fidei gratia adscribam:

Verùm (ut ab initio diximus) de ipsarum imaginum cultu ac ueneratione, etiam inter Catholicos disputatio aliqua est: uidelicet præter utilitates prædictas & solaria spiritualia, quæ de imaginibus capiuntur, utrum etiam ad hoc sculpatur uel pingantur imagines, ut ipse adorètur, & aliquis eis cultus reddatur. Sunt enim qui hoc omnino negent, & clament esse idololatriam. Videntur autem nõ futilibus argumentis moueri, nec absq; maiorum, imò etiam scripturarum autoritate.

En uides Christiane frater, ut etiã in hac parte de suis idolis Calcolyci Magistri probè inter sese mutuo cõsentiant, dum alij cõtendunt cultum imaginum esse idololatriã, alij uerò esse pium Dei cultum. Sed pergamus ulterius, ad alia illorum dissidia deregenda.

Non minimum certamen est nostris Ecclesijs cum Papistis de tali diuortio, ubi innocenti personæ liceat denuò contrahere. Nam pontifex, eiusq; ius, tantum separationem à lecto & mensa concedunt. Scripsit igitur Catharinus iste integrum librum, quo consentiens cum Caietano & Erasmo, contra plerosq; Papisticos scriptores, & ipsam eorum praxim, usumq; ac consuetudinem, tuetur nostram sententiam, non quidem de utroq; coniuge, sed tantum de solo marito: quam qui uolet, legat in eo prolixius. Ego tantum pauca lines inde adscribam.

Stat sententia Domini apud B. Matthæum his uerbis: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Hęc una oratio, nisi uim literę afferamus, profectò duarum orationum uim habet. Vna est affirmatiua, continens huiusmodi regulam: Si quis uxore suam absq; causa fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, mœchatur. Altera est negatiua, quę continet exceptionem à regula propter particulam illam Nisi, & est: Si quis uxore ob fornicationem dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. Si igitur sic intelligitur hęc Domini sententia, ut uerba ipsa quàm manifestissimè uideatur porrigere, iã est decisa quęstio. Cum ergo ad uerba Domini hæcenus nõ sit ulla expositio, quæ afferat

afferat quietem, si uolumus sustinere esse illicitam cum altera copulam etiã ex causa fornicationis: uidetur satis iustificari Caietanus, qui putauit ex hac Domini lege (ut litera planè sonat) licere Christiano dimittere uxorem suam ex causa fornicationis, & aliam ducere: quod & alijs rationibus uidetur posse persuaderi.

Est in primis magna illa ratio, quam ipse Caietanus adfert, & alij ante illum cogitauerunt, & potest cuiq; parum cogitanti facile occurrere, uidelicet: Omnis responsio sapientis debet aptari atq; interpretari ad mentem & sensum interrogantis: aliàs non esset respondere, sed uerba dare. Quando igitur Dominus est rogatus à pharisæis, an liceret uxorem dimittere, rogatus est de dimissione perpetua ac perfecta, cum licentia ducendi aliam.

Pergit recitare plures rationes pro sua & Caietani sententia, de perfecto diuortio, cum potestate noui coniugij.

Contra uerò horum antesignanorum & columnarum Papatus sententiam, Ruardus Tapperus decanus Louaniensis, tomo 2 hifce & alijs uerbis austerè insurgit, eorumq; sententiam damnat, iniquiens:

Ex quibus manifestum est, uerum non esse, quod Ambrosius Catharinus, agnoscens doctores Ecclesiasticos in hac sententia esse concordés, dicit eos secutos esse beatum Augustinum: ex Annotationibus Erasmi seductus, qui nostro hoc seculo primus hunc scriptulum mouit, & argumentis probabilibus persuadere conatus est, quòd innocenti, dimissa adultera, secūdã ducere licet. Quã eius doctrinã, in qua tamè ipse se sedis Apostolicæ iudicio submittit, Martinus Lutherus & uniuersi nostræ tempestatis hæretici, tanquam certam sententiam amplectuntur: ita ut cardinalis Caietanus, theologus multum exercitatus, eandem sequi uideatur.

Et paulo pòst: Mirandum itaq; est, Erasmus, cardinalem Caietanum & Ambrosium Catharinum, qui tamen se in omnibus subiiciunt iudicio Ecclesiæ, sententiæ contrariæ tantopere fauere, ut uel ad minimum de ea dubitare uideantur: cum ignorare non potuerint, has sedis Apostolicæ & Cõciliorum definitiones. Quis hæreticorum libros securè legere poterit: quando columnæ istæ, Caietanus uidelicet & Catharinus, ex disputatione Erasmi in Annotationibus, & hæreticorum librorum lectione, in clarissima hac ueritatis luce uacillare cœperunt, imò & in errorem sunt lapsi?

Ne aut nimium in huius unius Archiepiscopi Compsani, eiusq;

u

aduersa.

adversariorum testimonij de suorum Papistarum sectis, dissidijs, ac erroribus immerer, pauca adhuc eius dicta recitabo, & mox ad alios celebres Antichristi scriptores transibo. Sic uerò is quodam loco contra Caietanum inquit:

Quocirca manifestè patet, pluralitatem uxorum uerbo Domini prohiberi, & diuortia: licet Caietanus eam uxorum pluralitatem concesserit, contra Euangelium Christi, & iuxta Mahometis purcitias. Item alibi: Quocirca ille certè B. Augustino non placet, cui tam immoderatè placet Augustinus, ut nolit eum unquam à uero aberrasse. Nam in hac re nostra tempestate **PLVRIMVM** peccatum est, & **PECCATVR** adhuc, cum & res Theologica rãdem redacta sit in **FACTIONES** & sectas. Nolunt enim quidam ex nostris, ullum penitus in B. Thomæ scriptis cõineri errorem, admittere: sed lege lata obligant seipso ad defendendũ inditretè omnem illius doctrinam. In quo ipsi uehementer B. Thomæ displicent, qui de se id existimari, & hunc sibi honorem falsò tribui (quã sacris duntaxat debemus prophetis, qui inspirante Spiritu Dei locuti sunt) nunquam uoluit: & nunc tanto magis ab hoc immoderato zelo abhorret, quanto magis coniunctus est ueritati. Et quod de **THOMISTIS** dico (quia iustus in primis est accusator suis) audiãt & **SCOTISTAE**, & quotquot **VARIIS SECTIS** pertinaciter **ADHAERESCUNT**.

Audis pie Lector, hunc graniter improbare, quòd sui Papistæ aded Patrum & scriptorum autoritate nituntur, eosq; perinde urgent, eorũq; dogmata tuentur, ac si illi nunquã usquã à uero aberrassent. Quod quidè affirmat ab ipsomet Augustino & Thoma reprehendi. Audis etiam eum testari, suam seu Papistarum theologiã ac theologos, in uarias sectas & factiones distractam disceptamq; esse. En tibi istorum religionis concordiam.

Idem quoq; Archiepiscopus scribit in quadã præfatione ad concilium Tridentinum, sequentia, de Scholasticis & alijs Papificis theologis:

Quamobrem iure meo possem contemnere quoscunq; uel male uolos, uel imprudentes, ac temerè obloquẽtes in fratrem suum, & pro sua **MAGISTRALITATE** (ut ita loquar) ne uel malignitate, uel temeritate dicam, qui aded facile pronunciant, **Hoc HABRETICVM** est, hoc hæresim sapiens: illud scandalosum, illud erroneum, aut quid tale; cũ tamen suæ Sententiæ **RATIONEM** redere.

dere, ubi usus uenerit, NON sit illis in PROMPTU: sed si exactius res tractetur, aut subtilius disputetur, comperiunt postmodò EA se damnasse, QVIBVS & Scripturæ sacræ ac sancti Patres & ipsæ Ecclesiæ Christi ASTIPVLANTVR.

En audis amice Lector, quàm iste Archiepiscopus fœdam temeritatẽ, inscitiam, atq; ad eò blasphemam impietatem suis Theologastris adscribat, quòd non rarò ea condemnent, quæ tum à sacris literis, tum & à S. Patribus doceantur. Bella hæc meherclè concordia est, & dignissima quæ à ministris Antichristi iactetur. De suorũ quoq; templorum & idolorum castimonia ac religiositate dignissima lectu obseruatuq; scribit, inquit hæc, quæ ad uerbũ adscribã:

Est pictor & sculptor in Italia, nostræ ætate egregius, Michael Angelus nomine, qui admirabilis est in exprimendo nuda hominum corpora & pudenda. Commendo artem in facto: at factum ipsum uehementer uitupero ac detestor. Nam hæc membrorum nuditas indecentissimè in ARIS & PRÆCIPVIS Dei SACELLIS ubiq; conspicitur. Verùm annumeretur & hic cum CAETERIS MULTIS ET MAGNIS ABVSIBVS, QVIBVS FOEDATVR ECCLESIA DEI, SPONSA CHRISTI.

Audis pie Lector, præclaram istorum Dinorum, Sacellorũ & Sacerrimorum adituum castimonia, decentiam & ædificationem. An uerò nulla indecẽtia, & noxia bonorum morum destructio est, quòd sancti & sanctę pinguntur, finguntur & sculpuntur in uestitu luxuriosissimo, qui uel reginas ipsas, uel potius superbissima scorta uix deceret? Vnde simplices, & iuuentus tantũ superbiam, fastum, luxum, & deniq; auariciam discant: cũ illi quorũ statuæ finguntur, olim non rarò etiã uix rudia uestimẽta adipisci potuerint: & alioqui frugalitatis, moderationis ac honestatis studiosi essent.

Idem alibi quoq; sequentia scribit: Quod uerò omnĩ est reterimũ, hac tempestate in excelis templis ac sacellis offendens picturas tantę lasciuie, ut quicquid natura occulit turpe nostrum, ibi liceat contemplari, ad excitandam non deuotionem, sed cuiusuis demortuę carnis libidinem: quod tantum nefas nostra, id est, prælatorum culpa cõtingere, qui & hæc nedũ patiũtur turpissima spectacula, sed eorũ nonnunquã etiã autores sunt, nemo potest inficiari.

Abeant iam impij apostatę & Antichristi pseudoprophetæ, qui uociferantur (ut Scaphylus in quodã libro) iuuentutẽ ex sacris literis impuritatem ac morum deprauationẽ discere, & ad tales plus

quàm Ethnicos aut Sodomiticos priapos & uulvas adorandos cō  
 tépladosq; suas filias, sorores, matresq; & cognatos, ueluti in quæ  
 dam prostibula adducant, ut tanto se promptiores & deuotiores  
 ad obsequia Sacrificorum exhibeant. Curent quoq; talibus diuis  
 missas fieri, eisq; sua uota & preces offerant. Sic habebunt similes  
 labra lactucas, eritq; spiritualis scortatio (ut plerumq; fieri assolet)  
 corpore coniuncta. En tibi ipseus Babylonis, aut Sodomæ & Go  
 morrhæ consensum & hâmoniam, immundissimis inferorū spiri  
 tibus, eorumq; sacrificiis longè gratissimâ. Sed de pijs conscientijs,  
 pusillisq; Christi Paulus inquit: Quæ consonantia templo Dei cū  
 idolis? & talib. bene prispatis ac uuluatis Papistarū dijs deabusq;  
 talibus prostibulis in istorum cōsensu religiosissimè Deus colitur.

Verùm omittam aliquando tandem istum, licet celeberrimum,  
 Papistarum scriptorem, & sacrosanctum Archiepiscopum, prima  
 riumq; cōciliabuli patrè: ac de alijs quibusdâ nō nihil dicā, ut tanto  
 magis ac certius Papistarū teterrima disidia innotescant, quādo  
 quidē eorū scriptores nobis ea pro summa consensione uendicāt.

¶ Maximæ fuit apud Pontificios authoritatis Albertus Pighius  
 Carpenis: neq; sanè uulgaris fuit eius eruditio, ad hæc propugnādū  
 Papatus ardentis studiū, ut nō sit mirū si illi eum maximi fecerint.

Hic autem sophisticam aut scholasticam Theologiam, totamq;  
 Sorbonam grauissimè reprehendit, eorumq; somnia de originali  
 peccato & articulo iustificationis, seu quid sit uera iusticia & iustifi  
 catio Christiani hominis, grauissimè reprehendit: ac damnat sanè  
 hunc posteriorem articulum, & quod profus nemo suis operibus  
 ac meritis iustificari queat, uerissimè secundum nos describit, &  
 constantissimè asserit.

Adscribam aliquot eius testimonia: ac primū quidē ipseus cen  
 surā de Scholasticis sophisticis, eorumq; pseudotheologia proponā.

Quemadmodum lib. 4. Hierarchiæ nostræ per singulos, præser  
 tim autem in Anastasio, & Pont. Gratiano, illo Decretorum com  
 pilatore, à quo ille, orthodoxus alioqui & sanctus Pontifex, non se  
 mel infamatur & producit ut hæreticus, ita euidentis fecimus, ut  
 uel digitis palpari possit impudens calumnia, nec inueniāt aduer  
 sarij quod contrā possint dicere, tametsi maximè inuentum cupe  
 rent, nō solum illi qui nunc ex professō impugnant authoritatem  
 Ecclesiasticæ hierarchiæ præfidis, & eam uniuersam enerfam uel  
 lent: sed etiam nostrorum pleriq;. Qui cum NIHIL didicerint,  
 quàm

quàm quæ in Sorbonis & scholis audire consueuerunt, non ferūt ijs contradici ab aliquo, ne quid ignorasse uideantur: sed ea uniuersa, tamen PARVM SANA, uelut definitiones certas & Ecclesiastica DOGMATA nobis proferūt. Qui cum cæteris omnibus nihil habeant, quod nostris contradicere ualeant, &c.

Audis pie Lector, quo testimonio ornet ac honoret Pighius suos Scholasticos aut Sorbonistas theologos, tribuens eis summam inscitiam, ambitionem, superbiam, & parum sanam theologiam.

Dissentit igitur Pighius, ab omnibus alijs scriptoribus ac Scholasticis Papistarum: primum in descriptione originalis peccati: quod quid nam sit, negat adhuc in ipsorum catholica Ecclesia consistere. Iam tu mihi cogita, quæ nam sit ista consensus, & certitudo fidei ac doctrinæ Pontificiæ, quæ ipsum initium aut caput totius ipsorum religionis adedò incertum, incompertum, ac planè ignotum habeat: unde tamen tota reliqua theologia dependet. Sed audiamus eius sententias, proprijs ipsius uerbis recitatas.

Quid uerò sit ipsum peccatum originis, & in quo consistat eius ratio, propria Ecclesiastica definitione certum non est: & perinde uariæ de hoc ante nos fuerunt, atq; etiam nunc sunt, orthodoxorum sententiæ: & adhuc sub iudice lis est. Augustino ferè uisum est, concupiscentiam carnalem, in concupiscibiliter genitis, & lege nascendi communi propagatis ab Adam, uerè rationem peccati habere: per Baptismum tolli eius reatum, & uniuersam culpæ & peccati quam habuit rationem, ipsum uerò in nobis relinqui ad agonem. Alijs non probatur ea ipsa Augustini sententia, nec uidetur concupiscentiam illam, qualis esse potest in paruulis, ueram peccati rationem habere posse: ut in qua, diligenter expendentes omnia, nihil inueniunt, quod Dei ipsius opificium non sit: & propterea ad ueram peccati rationem uicinius collimantes, peccatum originale definiunt, carentiam iusticiæ originalis debitæ, esse. Cuius opinionis D. Anselmus lib. de Partu uirgineo, author esse uidetur. Et quâuis inter duas has de peccato originali definitiones & sententias, ferè Scholæ hæreant, nisi quoddam quidam, uelut media uia quærentes incedere, ex duabus unam faciant, & utramq; in unum confundant: nulla tamen earum omnium ex Ecclesiæ definitione certa est, imò omnes mihi certè atq; euidenter falsæ uidentur: cuius meæ sententiæ rationem mox explicaturus sum. Non tamen damno eos, qui aliquam sequuntur ex prædictis sententijs: nec demum si quis af-

ferret nouam aliquam, quandiu certè nulla de hoc ipso est catholice Ecclesie definitio ac sententia. Aduersarijs uerò non damnare non possum, quòd ipsi sibi hanc auctoritatem arrogent, statuendi definiendiq; nobis id, de quo hastenus inter Orthodoxos liberè disceptatum est: & tanquam certum id proferant in articulo sue fidei, quod non solum incertum, sed etiam certò falsum, imò planè impium est.

Idem Pighius & hæc sequentia, de incertitudine doctrinæ originis peccati apud suos, adijcit, affirmans se omnium Pontificiarum Academicarum doctrinam de eo capite damnare & refutare. Inquit igitur ille hæc quoq; ad uerbum:

Quia tamen, quæ est iudicij multorum temeritas, ne dicam malignitas, nisi ipse, quod hastenus dissimulaui, quod nam originis peccatum intelligam, clarè explicauero, suspicatuos uideo nonnullos, nos Pelagij & Cœlestij impietatem clam & callidè resuscitare uoluisse: nec ullum credere, ut qui omnium de eo, non solum aduersariorum, sed etiam catholicorum (sine quo illud satis luculenter & efficaciter fieri non potuit) receptas in Scholis coarguimus sententias, nec aliam ullam certam protulimus, ut de quo: Ecclésiastica definitione adhuc nulla certa est. Cogor de eo ipso, quauis inuitus, meam hic explicare sententiam. Quam tamen, non ut certam, sed ut illis (quod mihi equidem uidetur) probabiliorè proferri, à me Lector accipiet: suo nihilominus cuiq; de ea saluo iudicio: qua si quis probabiliorè & ueriorè certiorèq; attulerit aliam, ego primus hac mea abiecta, illam sequuturus atq; amplexaturus sum. Quod uerò inuitus ad illud ipsum hoc loco accedo, ea causa est, quòd in explicandis his quibus nunc Ecclesia cõcutitur turbaturq; controversijs, nihil nisi certa definitaq; afferre apud me constitueram: id quod in sequentibus obseruaturus tenore perpetuo, in hac una tantisper cogor negligere, dum non solum aduersariorum, sed nostrorum quorundam temerarijs iudicijs & suspitionibus de nobis occurro & satisfacio. Nam ita de nobis iam dudum suspicari nonnullos etiam nostrorum animaduerti, cum nulla mihi hastenus receptarù, quid nam sit illud peccatum originis, sententiarum probaretur: & non sine causa recusarem meã, ita nunc de eo proferre, explicareq; sententiam. Hæc ille.

Considera Christiane Lector, bellam istorum concordiam, ubi præcipuus eorum doctor ac propugnator, primaria ipsorù dogmata, idq;

ta, idq; in summis, ut mox clarius apparebit, proflus rejicit, confutat, & anathematizat. Abeant igitur isti seductores, & suorum oculorum trabem occultantes, nobis tennes festucas exprobrent. Nunc porro eiusdē testimonia de articulo Iustificationis, quibus nostram quidem sententiam asserit, suam uerò condemnat, ordine & ad uerbum subiiciam.

Et haftenus de redemptionis & salutis nostræ, in Christo nobis redditæ, mysterio, ut per illum à diaboli captiuitate, & æterna morte redempti, Deoq; reconciliati sumus. Ut destituti omnes innocentia & iusticia propria, in ipso, atq; eius etiam iusticia, iustificemur coram Deo: imò ut ipse sit iusticia & sanctificatio nostra corâ Deo: & cur in opere reparationis nostræ mediatore illo nobis opus fuerit, secundum regulam catholicæ fidei, & diuinarum Scripturarum sententiam, ut existimo, satis explicatum est.

In qua, quòd paulo prolixiores fuimus, tam aduersariorū, quàm etiam nostrorum causa factum est. Illorum siquidem, quoniâ crassissimam eius ignorantiam nobis improperantes, uidentur quidē ALIQUID de eo ipso uidere, atq; intelligere, sed uelut per somnum: quod sanè explicare non possint, nisi plurima errorum pestilentium portenta commisceant. quo intelligerent, uerius & clarius quàm à se suisq; hæc doceri in catholica Ecclesia, & à nobis intelligi. Nostrum uero causa, quoniam dissimulare non possumus, HANC uel PRIMAM doctrinæ Christianæ PARTEM OBSCURATAM, quàm illustratam MAGIS à SCHOLASTICIS SPINOSIS plerisq; quæstionibus & definitionibus, secundum quas nonnulli magno supercilio primam in omnibus auctoritatem sibi arrogantes, & de omnibus facillè pronunciantes, fortassis etiam NOSTRAM hanc DAMNARENT sententiam, qua propriam, & quæ ex suis operibus esset coram Deo iusticiam, derogamus omnibus Adē filijs: & docuimus, una Dei in Christo niti nos posse iusticia, una illa iustos esse corâ Deo, destitutos propria, nisi hoc ipsum astruxissemus aliquanto diligentius.

En audis istum quasi Achillem Papistarum, totam fermè scholasticam Theologiam damnare, ut parum sanam: eiq; tribuere, quòd summa illa capita doctrinæ Christianæ de officio Christi, deq; generis humani per eum redemptione, ac deniq; de iusticia & iustificatione obscurauerit. Nunc igitur breuiter ueram sententiã eiusdē de iusticia & iustificatiōe proflus cū nostra cōgruētē adscribemus.

Nam



Nam quod non in operibus nostris, non in iusticia nostra, sed in una ignoscente iniquitates nostras misericordia benevolentia erga nos diuinæ & salutis à Deo assignandæ nobis spes sit, Dauidis testimonio Apostolus ad Romanos comprobans, non alia iusticia nisi nos posse, nisi quam imputari nobis, absq; nostris operibus, affirmat: Beati, inquit, quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum testia sunt peccata: Beatus uir, cui nō imputauit Dominus peccatum. Non dicit, Beati qui ex operibus suis iusti coram Deo sunt: Beatus uir, qui non commisit peccatum, nec fecit iniusticiam: sed, Beati quorum à Deo misericorditer remissæ sunt iniquitates, quorum ipse sua iusticia tegit & abscondit peccata: Beatus uir, cui Dominus iam peccatum (quo uix carere potest, certè nūquam caret) non imputat.

Hanc ille præcursoris pater, cognitionem salutis prædicat: non in nostra ipsorum iusticia, quæ nulla est: sed potius in nostræ iniusticiæ aut peccatorum nostrorum remissione positâ. Quam ipsam, etiam Paulus in ea quam apud Antiochenos concione de salutis summa habuit, sic connectit cum iusticia, ut idem prorsus esse ostendat. Notum, inquit, uobis sit, uiri fratres, quòd per hunc uobis remissio peccatorum annuncietur ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moyse iustificari. Hoc ergo nobis iustificari est, quod peccata nobis misericorditer à Deo remitti in Christo.

Quoniam quidem, inquit, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputas hominibus sua delicta. Et deposuit apud nos uerbum reconciliationis. In illo ergo iustificamur corâ Deo, non in nobis: non nostra, sed illius iusticia, quæ nobis cum illo iam communicantibus imputatur. Propriæ iusticiæ inopes, extra nos, in illo docemur iusticiam quærere.

Eum, inquit, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit: hoc est, hostiam peccati expiaticem, ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso. Nō nostra, sed Dei iusticia iusti efficimur in Christo. Quo iure? Amicitia, quæ communionem omnium inter amicos facit, iuxta uetus & celebratissimum prouerbum: Christo infertis, conglutinatis & unitis, etiam sua nostra facit, suas diuitias nobis communicat, suam iusticiam inter patris iudicium & nostrâ iniusticiam interponit, & sub ea ueluti sub umbone ac clypeo, à diuina, quam commeruimus, ira nos abscondit, tuetur ac protegit, immò eandem nobis impartit & nostram facit, qua tecti ornatiq; audacter

dafter & securè iam diuino nos sistamus tribunali & iudicio: iusti q; non solum appareamus, sed etiam simus.

Quemadmodum enim unius delicto, peccatores etiam nos factos affirmat Apostolus: ira unius Christi iusticiam, iustificadis nobis omnibus efficacem esse. Et sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: sic per obedientiam unius, iusti (inquit) constituentur multi. Hęc est Christi iusticia, eius obedientia, qua uoluntatem patris sui perficit in omnibus. Sicut contrà, nostra iniusticia, est nostra inobedientia, & mandatorum Dei præuaticatio.

In Christi autem obedientia, quòd nostra collocatur iusticia, inde est, quòd nobis illi incorporatis, ac si nostra esset, accepta ea fertur: ita ut ea ipsa etiam nos iusti habeamur. Et uelut ille quondam Iacob, quum natiuitate primogenitus non esset, sub habitu fratris occulatus, atq; eius ueste indutus, quæ odorem optimum spirabat, se ipsum insinuauit patri, ut sub aliena persona benedictionem primogenituræ acciperet: ita & nos, sub Christi primogeniti fratris nostri preciosa puritate delitescere, bono eius odore fragrare, eius perfectione uitia nostra sepeliri & obtegi, atq; ita nos piissimo patri ingerere, ut iusticiæ benedictionem ab eodè assequamur, necesse est.

Et paulo pòst: Iustificat ergo nos Deus pater bonitate sua gratuita, qua nos in Christo complectitur, dum eidem insertos, innocentia & iusticia Christi nos induit: quæ una & uera & perfecta est, quæ Dei sustinere conspectum potest, ita unam pro nobis sisti oportet tribunali diuini iudicij, & ueluti causæ nostræ intercessorem eidè representari. Qua subnixi, etiam hic obtinemus remissionem peccatorum nostrorum assiduam: cuius puritate uelatè non imputantur nobis sordes nostræ, imperfectionum immundiciæ, sed uelut conspultæ conteguntur, ne in iudicium Dei ueniant: donec confecto in nobis, & planè extincto ueteri homine, diuina bonitas nos in beatam pacem cum nouo Adam recipiat.

Hic uides primaria doctrinæ nostræ capita, nempe de extrema hominis corruptione, summa nostrorum operum indignitate, legis diuinæ seueritate, & de salutari iusticia Christi, deq; eius erga nos imputatione, & deniq; de uera iustificatione, à summo aduersario Theologo & antesignano pro ueris agnosci, haberi, & propalàm cõprobari, Quod & ipsemet scriptor disertè cõfiteretur, inquit:

Et quanquam in eo magna ex parte non uideantur admodum pugnaturi nobiscum nostri aduersarij, ut quos uideo **EIVSMODI** quid, **QVALE** à nobis explicatum est, imaginari de eodẽ, & uidere.

Et statim hæc subiungit: In primis, non admodum pugnabunt nobiscum in iustificationis (ur à nobis explicatum est) salutisq; mysterio, quatenus ex Deo & Christo est. Sed in hoc uertitur uniuersa hæc nostra controuersia, in quibus ex nobis, & quo pacto dispositis, operetur. Nos demonstrauimus & fidem illam propriè dictam, qua Dei ueritati, mente & animo firmiter assentimur atq; innitimur, requiri.

Paulo pòst addit: Itaq; quòd illi sola fide, non charitate iustificari nos affirmant: nos contrà dicimus, nec fide, nec charitate nostra nos iustificari coram Deo, si formaliter & propriè loquamur: sed una Dei in Christo iusticia, una Christi nobis communicata iusticia, una ignoscete nobis peccata nostra Dei misericordia: quòd suprà euidens fecimus.

¶ Hactenus audiuius Pighium minimè pigenda de summis capitibus Christianæ doctrinæ, pro nobis, contra Papisticas abominaciones asserere. Nunc contrà audiamus, quomodo Ruardus Tapperus decanus Louaniensis, & alij, eum tum ob hæc ueræ doctrinæ capita comprobata, tum & ob alia, unà eum Catharino condemnent. Sic igitur Ruardus in secundo tomo Louaniensis scribit:

Quare rectissimè definitum est in concilio Tridentino, sessione quinta, capite VII, quòd cum iustificamur, non modò reputamur, sed uerè iusti sumus & nominamur: & anathema eum censet, qui inhærentem iusticiam negat. Contra hanc iusticiam, qua iustum imbui & donari diximus, & intrinseca denominatione fieri iustum, argumentatur Albertus Pighius, olim noster condiscipulus sub præceptore sanctissimo Adriano sexto, fascinat erroris, & seductus ex lectione Institutionum Iohannis Caluini.

Hoc, inquit, iustum dicimus in creaturis, quòd exactè respondet suæ regulæ: & iusticiam, exactam ad suam regulam correspondentiam.

Pergit prolixè recitare & refutare eius argumenta.

Et aliquanto pòst: Hic sanè certò cognoscimus, quantum sit erroris

roris periculum in lectione librorum hæreticorum: quando doctissimus ille uir Albertus Pighius, firmiter stabilitus in regulis fidei Ecclesiæ catholicæ, in tantum seductus est errorem & nouitatem, contra concordem omnium Patrum doctrinã, & aquilarum uolatum ac quietem. Quando autem lapsus est uir tantus ex hæreticorum blanda suauiloquentia, nemo est qui sibi hoc periculi timere non debeat, nisi singulari Dei gratia ab huiusmodi lapsu præseruetur.

Et aliquanto post: Prætereo hic multa paradoxa, quæ parum habent probabilitatis, & argumentationibus Pighij magna ex parte inseruntur. Primò, quòd iusticia agni sine macula, hoc est, Christi Domini, conferri potest cum iusticia diuina, cuius comparatione in eius conspectu nulla iustificatur creatura, imò & obtenebratur: Christi autem hominis iusticia creata est.

Et aliquanto post: Hallucinatur præterea Pighius in eo, quòd dicit, iusticiam esse correspondentiam ad suam regulam, & ideo esse relatiuam. Ostendimus enim supra, ipsam esse qualitatem, quam nomen ipsum significat cum relatione ad regulam.

Et aliquanto post: Ex quibus patet, quòd nullam habet probabilitatem doctrina Alberti Pighij, qua dicit, quòd in Christo iustificamur coram Deo, non in nobis: non nostra, sed illius iusticia, quæ nobis iam cum illo communicantibus impuratur.

Damnat quoq; idem Tapperus suum istum condiscipulum, & primarium Papistarum Hæretorem, in doctrina de peccato originali uehementer, inter alia hæc quoq; de eo scribens:

Quomodo autem, & an hæc quatuor ( auersio à Deo, conuersio ad creaturam, macula, & reatus ) ut manent post transitum actus peccati, inter se differant: & quid in peccatore maneat, à quo dicitur peccator, uariè sentiunt doctores Scholastici: atq; hinc nascuntur uariæ opiniones de peccato originali, quid sit, & in quo consistat. Nam Iohannes Scotus, Gabriel, & multi sequaces dist. 14. 4. senten. opinantur, NIHIL manere in peccatore, nisi ORDINATIONEM ad pœnam, propter peccatum admissum.

Et aliquanto post: Albertus uerò Pighius & Ambrosius Catharinus, considerantes hæc non propriè esse peccata, credebant, ab his nec dici posse aliquè, nec esse peccatorem: & ideo ponebant, peccatum Adæ, quo peccuaricatus est mandatum Domini, esse peccatum originale,

originale, & ita actuale peccatum Adæ omnium nostrorum esse originale, & ipsum uniuocè & propriè esse peccatum.

Et paulo pòst: Qui tamen in hoc defecisse uidentur, & errasse, quòd nihil in paruulo intrinsecè existens agnoscebant, propter quòd esset odio dignus: considerantes duntaxat, quòd in Adam peccauit: & ob solum eius peccatum, in quo communicabat, esset Deo odibilis.

En audis, quàm asperè decanus Louaniensis Ruardus Tapperus, damnet sui condiscipuli Pighij sententiã in duobus longè maximis Christianæ doctrinæ capitibus: nempe in peccato originali, seu iniusticia, & in redemptione Christi seu uera iustificationis ratione. Nec tamen Pighium solum damnat, sed & Catharinum reuerendissimum Archiepiscopum, perpetuum plurimorum Papatû familiarem, primumq; Lutheri oppugnatorem: nec illum tantum, sed & Durandum, ac multos alios. Nullum ne hoc dissidium Papistarum est, aut solummodo de lana caprina certatur?

¶ Prodiit hoc anno Venerijs apud Ziletum liber admodum prolixus Lyriensis episcopi Lusitani, titulo Quadripartita iusticia, scriptus ad concilium Tridentinum. In eo ille episcopus, cum sit etiã unus ex paribus Concilij, damnat non tantû Pighium, sed & Dominicum Sotum, Catharinum, Ruardum prænominatum, & plures alios. Recitabo aliqua eius dicta, ac primùm contra Pighium:

Hunc errorem ex parte secutus est Albertus Pighius, qui sicut prius docuerat omnes homines peccatores nasci in Adam, non quasi aliquod proprium peccatum seu culpam contrahant in seipsis, sed ex sola imputatione peccati Adæ: ita posterius docuit, homines iustificari in Christo formaliter à peccatis, non per aliquam iusticiam, quam in seipsis accipiant realiter, sed per solam imputationem iusticiæ Christi. Id ergo asserit Pighius, simul docens cum Caluino, quòd in Christo iustificamur in Deo, non in nobis: non nostra, sed illius iusticia, quæ nobis cum illo iam communicantibus imputatur: & quòd propriæ iusticiæ inopes, extra nos in illo doceamur iusticiam quærere, à cuius iusticia per imputationem sumus iusti. Contra hunc errorem clamat tota Scriptura diuina, & omnes doctores sancti.

Et aliquanto pòst: A qua carentia, & à quo debito Christus nos absoluit & liberat, statim atq; nobis suam gratiam gratum facientem infundit, & donat. Reijcimus hic Albertum Pighium, in rebus hu-

bus huiusmodi à nescio quibus circumscriptū, maleq; deceptum. Culpa est enim nostra, & non solum pœna.

Nunc audiamus quid hic idem Lyriensis episcopus, & unus ex conciliabuli patribus, de monacho Soto, præcipuo Papistarū Hercule, pronunciet:

Magis ergo placet modò sententia Augustini episcopi Hippo-  
nensis, & Gregorij Ariminensis, quàm alia opposita. Nec soli sunt  
Augustinus & Gregorius, sed multos habent assecclas grauissimos,  
quos memorauimus. Nunc recens plurimùm reuerendus Domi-  
nus Dominicus Soto, philosophus & theologus doctissimus, &  
in studijs bonarum scientiarum plurimùm uersatus, in suo opere  
de Natura & gratia, multis innixus rationibus, censuit, absq; auxi-  
lio speciali gratia posse hominem bene moraliter agere, ut inferius  
latius ponitur atq; explicatur ex ipso. Quantum autè pertinet ad  
quæstionem præsentem, refert Gregorium Ariminensem in eo,  
quòd Gregorius negat ullum esse opus moraliter bonum, ante-  
quam in ultimum finem referatur, qui est Deus. Addit quoq; So-  
to, quòd non immeritò SCHOLAE omnes Theologorum Gre-  
gorio RECLAMENT: atq; statim de relatione distinguit, ut me-  
lius Gregorium aut declarer, aut sequatur, aut impugnet.

Cæterum an Scholæ omnes Theologorum Gregorio Ariminen-  
si in ea doctrina, ut Soto uult, reclamant, an non, iam satis constat  
ex dictis in capite præcedenti, ibi enim uisum est ex multis, nō om-  
nes scholas Theologorum Gregorio reclamare: quin potius pro  
maiore parte Gregorio assentiri, cumq; illo docere. Quod certè pa-  
tebit omnibus, qui omni cum diligentia examinauerint dicta do-  
ctorum Scholasticorū circa illas tres quæstiones grauissimas in li-  
bris Sententiæ motas, explicatas, declaratas, atq; determinatas.

En audis Sotum nimum detrahete gratiæ Christi, & tribuere  
corruptæ naturæ: ac insuper affirmare, omnes scholas contradice-  
re Gregorio, cum hic dicat eas illi astipulari. Nunc audiamus ali-  
quid ex ijs, ubi prolixè Ruardum damnat ac refutat.

Ad dicta igitur doctoris Ruardi, quæ profectò non placent, iam  
nunc dicamus in speciali. Docet itaq; in tertia propositione, quòd  
uoluntas præuenta à Deo per amorem finis, in rebus fidei impera-  
re potest mediorem inquisitionem, disquirere quod sit conveniē-  
tissimum, & eligere quod commodissimum iudicauerit. Docet  
in quinta, quòd uoluntas sic præuenta, si plura sint media utilia

post inquisitionem, liberè eligit, aut potest eligere, medium sibi magis conueniens. Docet in sexta, quòd fidelis homo in lumine fidei, diuinitùs accepto, sic præuentus potest cogitare, cognoscere, credere ea quæ sunt fidei, operari opera salutis, & alijs habitibus uti, ut declarat statim antequam illam sextam conclusionem ponat in forma. Docet in septima, quòd homo non fidelis, sed sufficienter instructus, uoluntate per pium affectum à Deo præparata, potest uelle credere. Et intelligit, ut declarat, quòd omnia ista potest in potentia propinqua uoluntas, ita præuenta & præparata sine alio auxilio, prius natura uoluntatem flectente, quam uoluntas ipsa credere uelit, imperare aut eligere sine alia motione specialia, cum solo auxilio generali: ut uoluntas præuenta per piam affectionem, per suos habitus à Deo, per amorem finis sit iam sufficientis principium ad credendum, ad utendum suis habitibus, ad præcipiendum de medijs inquirendis, atq; eligendù cum sola generali influentia: tanquam ad credendum, ad bonis habitibus iam habitis utendum, ad præcipiendum de medijs, & ad eligendù, non indigeamus ullo modo immediatè adiutorio gratiæ Christi, sed solum mediatè: idem, ut det nobis illa principia, piam affectionem, amorem finis, bonos habitus. Cù enim ille doctor positis his principijs in uoluntate, seu in homine, non requirat auxilium speciale gratiæ Dei, ut uoluntas uelit secundum illa principia operari, & operetur atq; dicat generalem influentiam ad id sufficere: manifestum est, quòd ad opera uoluntatis & illorum principiorù, excludit necessitatem gratiæ Christi immediatè.

Non sufficit ergo generalis influentia, ut minus bene ille doctor Ruardus putauit sufficere. Et aliquanto post: Dicit doctor ille Ruardus, quòd uoluntas præparata per amorem finis, per gratiam seu auxilium speciale, potest cum sola influentia generali mouere se ad uolendum media necessaria, ad inquirendum illa, ad eligendum illa, & operari opera faciendâ: tanquam non indigeat iuari à Deo immediatè, nisi quo ad illam præparationem, dando uoluntati amorem finis efficacem. Adducitq; ille doctor in hanc sententiam tum Augustinum, tum sanctum Thomam, quasi ij doctores sancti ita aliquando docuerint. Nos autè dicimus, sicut iam diximus, declarauimus & probauimus, neq; ita esse, neq; illos doctores sanctos ita docuisse.

Sunt hæc contra Ruardum dicta diligenter obseruanda. impingit enim

git enim ei grauisimum crimen contemptæ gratiæ Christi: cum quidem illius liber sit glorioso priuilegio Monarcharum & scholarum comprobatus: & ipse diu tanquam lux quædam Papiſticæ religionis, tum ſcholæ Louaniensî præfuit: tum & miseros Chriſtianos in inferiori Germania, utpote inquisitor, iudicauit ac excarnificauit. Vides igitur hic eſſe de re longè maxima diſſidium inter hunc epiſcopum & inter Ruardum, cuiuſq; approbatores monarchas & aulas, ac publicas ſcholas.

Non hoſce autem tantum damnat iſte Luſitanus epiſcopus, ſed etiam Lombardum, aut M. Sententiarum, Thomam Capreolum, Scorum, Franciſcum de Teruiſio, Gabrielem Bihel, & pleroſq; omnes Sententiarios, quin & Caietanum, alioſq; complures: in quone diutius immorer, unicum tantum adhuc eius dictum adſcribã, deinceps ad alios quoq; tranſiturus. Inquit igitur ille:

Hæc fuit philoſophia Auguſtini pariter & Gregorij Ariminenſis. Quamobrem igitur non ualet diuerticulum Capreoli ad ignorantiam? Maximè non ualet in illis, quibus, ut dictum eſt, peccatum originale non eſt dimiſſum. Ergo Auguſtinus & Gregorius Capreolo aduerſantur: quia ipſe docet, non oportere homines referre ſuas actiones morales in Deum actualiter, uirtualiter uel habitualiter, ut ſint ipſæ bonæ aut uirruoſæ. In QVO eius dicto TOTA SCHOLA Chriſtiana ſimul FUGIT ipſum, & REſPVIT, ut conſtat ex dictis. Caietanus mitius, quàm Capreolus, admittit cum Gregorio & alijs, quòd oporteat nos referre noſtras actiones aliquo modo in Deum, ſaltem habitualiter: ſed tali modo non fugit ad explicitum uel implicitum, quod in re nõ diſfert à Capreolo. Quamobrè ille Auguſtino etiam & Gregorio non poteſt probari: & nos contra ipſum iam diximus non pauca, quãdo eius ſententiam retulimus.

Gabriel aſtipulatur Gregorio, inquiens: Quòd ſi quis diligit aliquid, & non diligit ipſum propter Deum actu uel habitu, profectò peccat. IN QVO dicto, bene conuenimus. Diſfert autem à Gregorio, ſimulq; ab Auguſtino, & à ueritate rei, in eo quòd docet, actum referri habitualiter in Deum, eſſe aptum natum referri actualiter: etiamſi ſit in eo qui nullum habitum referendi habet, qualis eſt homo infidelis, & Deum ignorans. In hoc non admittimus Gabrielem, quia ex toto loquitur contra rationè. Etenim cõtra rationè uidetur loqui, qui aſſerit eos homines referre



referre actiones suas habitualiter in Deum, qui nullum habitum referendi habent, qui ex toto Deum ignorant. Et aliquanto potest: Ratio porro communis, quam tangunt S. Thomas, Gabriel atq; Capreolus, & alij, de præcepto affirmatiuo, **NON POTEST** saluare eos in ipsa doctrina sua.

En audis Christiane Lector, quomodo iste Lyriensis episcopus & conciliabuli pater, promiscuè recentiores simul & uetustiores scriptores Papisticos in grauissimis punctis accuset & damnet. An hæc leuis momenti dissensio est? quod autem non erumpit in aliquod asperius certamen, causa est, partim quia illi iam mortui sunt: partim etiam, quia sibi inuicem facillè conuenient ac condonant uel grauissima errata, ut modò sint contra nos tanto ualidiores, utq; suis opibus, uoluptatibus ac tyrannide suauiter perfrui queant: sicut suprà patres concilij consultare audiuius. Verùm si ueritas eis curæ esset, pergerent errori in faciem resistere, eumq; unà cum suo authore ut sathanam damnare, etiamsi esset angelus de cælo, ut Paulus & Christus Petrum errantem obiurgant.

Quòd porro hic, & suprà aliquoties, mentio sit Gregorij Ariminensis, sciendum est, eum fuisse unum ex Scholasticis scriptoribus, circiter ante 200 annos: qui cum super Sententias scripsisset, in multis longè rectius Thoma alijsq; sensit: præsertim autem in ijs quæ faciunt ad declarationem seueritatis legis ac iusticiæ Dei, originalis corruptionis aut peccati, serui arbitrij, & gratiæ Dei quæ nobis per Christum contingit. Flagellauit autem is, idq; meritò, potissimum Scotù & Occam, eorumq; sectatores, qui cæteris magis Pelagianizarunt.

Facit huius Gregorij mentionem Lutherus, in resolutione disputationis Lypsicæ: quem locum integrè adscribam. proderit enim & ille plurimum ad declarationem fœdissimæ dissensionis & confusionis dogmatum Papisticorum.

Quin egregius iste Scholasticorum doctorum patronus Eccius, quo caueret, ne uictus uideretur inter disputandum, Protheum imitatus, subitò ea quæ in principio magno impetu impugnarat, in fine omnia concessit: imò affirmauit. tum præoccupans gloriatus est, quòd in suam sententiam Carlostadium pertraxerit: audens etiam hoc dicere, Scholasticos doctores nunquam aliter docuisse & sapuisse. Quod cum sentiret impudētius dici, quàm audire possit, quicumq; Scholasticos legisset: sic sanè temperauit, ut

TVM cum SCOTISTIS suis, & Capreolū cum THOMISTIS suis constanter negaret, antiquiores Altiſiod. Bonauenturam, & aescio quos authores allegans. Credo autem, quodd hęc suæ farinae hominibus magnæ cruci fuerint (etsi risum miserrimè simularent) cum ducem suum tam fortiter aggressum certamen, relictis signis, mox senserunt (si tamen senserunt) desertorem exercitus & transfugam factum. Nam id Caroloſtadio satis erat, SCHOLASTICORVM doctorum TRES celebriores SECTAS fuisse ab Eccio eadem hora negatas: quas nisi negasset, Pelagianus Ingolſtadium reuersurus erat. Certum est enim, Modernos (quos uocant) cū Scotistis & Thomistis, in hac re (id est, libero arb. & gratia) consentire, excepto uno Gregorio Ariminense, quem omnes damnant: qui & ipse eos Pelagianis deteriores esse, & rectè & efficaciter conuincit. Is enim solus inter Scholasticos, cōtra omnes Scholasticos recentiores, cum Caroloſtadio, id est Augustino & apostolo Paulo consentit. Nam Pelagiani, etsi sine gratia opus bonū fieri posse asseruerint, non tamen sine gratia cœlum obtineri dixerunt. Idem certè dicunt Scholastici, dum sine gratia opus bonum, sed non meritum fieri docent. Deinde super Pelagianos addunt, hominem habere distamen naturale rectæ rationis, cui se possit naturaliter conformare uoluntas. Vbi Pelagiani hominem adiuuari per legē Dei dixerunt. Nec hanc metamorphosin Ecciano ingenio alienam existimes: est in eo promptissimus. Nam hac die quidem cum Gregorio (ut dixi) sensit, & Caroloſtadio: rursus altera mecum cōgressus, eundem mihi Gregorium in eadem etiā materia negauit, propter articulum Hus concilio Constantiensi damnatum. Ita uerè mirificus, & cui non uiderim similē, disputator Eccius: apud quem nihil sit uel periculi uel uitij, Gregorij Ariminensis sententiam cum Caroloſtadio contra omnes Scholasticos pugnantem, pro Scholasticis amplecti: eundē rursus pro Scholasticis eisdem in eadem re repudiare. Sic habes uictoriam, de qua gloriatur Eccius.

Istum Gregorium etiam Ruardus, de quo suprà dictum est, damnat: sed contra Catharinus ac Leirensis eum defendunt, ut hactenus auditum est,

¶ Sed pergamus nunc ad alios scriptores Papistarum, eorumq; pugnas. Multi rabulæ Papistarum hactenus audacissimè clamitarunt & scriptitarunt, communionem sub utraq; specie nunquā datam esse laicis: sed eos tantum sub una specie, etiam Apostolorum tem-

rum tempore, sumplisse: quod ut tuerentur, multa dicta Scripturæ impudentissimè & uiolentissimè deprauarunt.

At contrà Petrus de Soto, eos ipsos Antichristi patronos, in sua institutione Dilingæ prælecta & impressa, reprehendit: & affirmat longissimo tempore communionem sub utraque specie in ea Ecclesia laicis quoque in usu fuisse. quinetiam illud confitetur, omissionem calicis Manichæorum inuentum erroremq; fuisse. Verba eius hæc sunt:

Ex his duobus iam tertium, quod sufficere debeat, sequitur quòd uidelicet, etsi uerum sit utriusque speciei perceptionem longo tempore fuisse in usu Ecclesiæ, maximè cum peractis mysterijs populus accederet ad communicandum: non tamen hoc quasi necessarium fuisse seruatum, cum tunc etiam nonnulli sub una specie sumerent, & ita fortè infirmis omnibus traderetur. Quare non est **CONSULTVM** conari, ut **PROBEMVS**, uel in primitiua **ILLA** Apostolorum **ECCLESIA**, uel in antiquioribus alijs, tantum fuisse unius speciei usum. quod quidam **VOLVNT** ostendere ex illo uerbo Act. apost. cap. 2. Erant perseverantes in communicatione fractionis panis. nam id hoc non probat. Et Paulus ad Corinthios de cibo & potu mentionem facit. Donemus igitur illis, fuisse usum utriusq; speciei, quòd testimonium illud Gelasij papæ confirmat, & aliud Leonis in sermone 4. Quadragesimæ, de quo superius diximus: ubi Manichæos dicit speciem uini non sumere: ostendens aptè, id contrarium fuisse consuetudini catholicorum. Demus igitur hoc hæreticis. Concedant tamen illi nobis, hoc non fuisse creditum necessarium: & factum quandoque fuisse oppositum absque timore aliquo transgressionis diuini præcepti. Sit itaq; liberum utrunque Ecclesiæ, neq; nos eam seruituri subijciamus signorum.

En audis hunc monachum reprehendere aliorum Papæ patronorum, suorumq; sodalium impudentiam, audacter negantium utriusque partis communionem. Transibimus iam ad alia quoque huius monachi dicta, ubi in grauissimis dogmatibus ab alijs papisticis seductoribus dissentit. In dogmate igitur de auctoritate Ecclesiæ ac Scripturæ, plerisq; omnibus modernis Pontificijs scriptorculis contradicit, censens & affirmans multo maiorem esse auctoritatem sacrarum literarum quàm Ecclesiæ, cum a-

lij om-

lij omnes contrarium uociferentur. inquit enim in Refutatione cōfessionis Vuirtenbergicæ:

Nos pro certissimo habemus, quòd omnis reuelatio, quæ à Spiritu sancto procedit, subijcit sibi Ecclesiam. quicquid enim uel uerbo uel scripto Deus loquitur, superius est omni intellectu, & omni humana & angelica ratione. Scripturam uerò sacram ostēdimus à Spiritu sancto scriptam esse: non itaq; dubitandum est, quin illi Ecclesia sit subdita. Hanc sententiam semper tenuimus: & quam sunt CATHOLICI, qui æqualis uolunt auctoritatis esse Ecclesiam & scripturam: & quidam P L V S T R I B V A N T E C C L E S I A E, nihil putantes detrahi alteri ex alterius excellentia: maximè cum quicquid Scriptum uel Ecclesia habet, totum sit à Spiritu sancto, qui inter eas, prout uult, diuidit auctoritatem. Hoc nonnulli A S S E R V N T; quos non damnamus: quia hoc sentiunt, non damnantes etiam eos qui aliter sentiunt. Sed N O B I S multo magis C O N T R A R I V M placet, uel hac sola ratione de qua diximus, quia Spiritus sanctus reuelat & dat Ecclesiæ Scripturam sacram: quare non potest non illi S V B D I T A esse. Si enim Paulus S V A E ipsius prædicationi S V B D I T V S erit, & dat Ecclesiæ, si ea ipsa, quæ per os eius Spiritus sanctus loquebatur Ecclesiæ illum ita obligabant & tenebant subditum, quia erant à Spiritu sancto reuelata, ut meritò ille dixerit, Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet, præterquam quod euangelizauimus nobis, anathema sit: quomodo non omnis fidelis & tota Ecclesia eisdem subdita est, siue uerbo solo siue scripto reuelata sint? Quòd si ita est, si certissimè Ecclesia S V B D I T A est Scripturæ, quomodo illi ius tribuimus testificandi & interpretandi Scripturam, nisi quia hoc non ut superior Scripturæ facit, sed ut subdita? Cum enim Vuirtenbergenses in cap. de Ecclesia dixissent, ius hoc, quod Ecclesiæ damus, non sic est intelligendum: quòd habet liberam potestatem uel mutandi scripturam, uel noua dogmata si dei condendi, aut potestatem nouam religionem & nouum cultum Dei statuendi: hoc nos maximè probauimus, ostendentes hoc esse certissimum, & à nostris etiam recentioribus doctoribus, & nominatim à Thoma assertum. Ex quo etiam illud apertè sequitur, quod ibidem affirmant, & nos laudamus, Ecclesiam agnoscere

uocem sponsi sui in libris Canonici, & habere certam regulam, iuxta quam obscura interpretatur, & dubia definit, Propheticam scilicet & Apostolicam prædicationem. Hæc certissima sunt, non quia Ecclesia uult, auctoritatem dat Scripturæ: sed Deus potius hoc agit, dans eam, ut reuelationem propriam, Ecclesiæ: quod illa agnoscens, subiicit se reuelationi: & testificatur nobis, se hic agnoscere, & certa fide intueri uerba, & spiritum sponsi sui. Et rursum, cum de sensu huius Scripturæ dubium est, non quod sibi placet, definit Ecclesia: sed quod ex illa regula prædicationis Propheticæ & Apostolicæ certum habet, id definit, ostendens filijs suis, hunc esse sensum sponsi sui. Itaque semper manet subdita Ecclesia Scripturæ, ut ipsi spiritui diuino, & reuelationi eius: & tamen nobis dat ipsam Scripturam, & explicat illam.

En habes hic Christiane Lector pulcherrimum exemplum Papiæ discordiæ simul & concordie in religione. Dissentit hic seductor à plerisque omnibus pontificijs seductoribus, idque in re longè grauisima: uehementer contra eos asserens, Scripturam longissimè supra Ecclesiam esse, nec accipere suam auctoritatè ab Ecclesia, ut illi audacter contendunt. & nihilominus interea paruipenso tanto errore, & contempta contraria ueritate, pro quibus & Petrum & Paulum, & etiam angelum de coelo anathematizare debebat, iuxta Pauli mandatum, negat se contraria sentientes damnare. Sic isti impij ministri Antichristi, sibi inuicem coniuuent, & sacrosanctæ Christi ueritati gloriæ Dei ac saluti hominum suam nefariam conpirationem, ad obtinendam suam tyrannidem conuenientè præferunt longissimè.

At, Deo me regente, talem blasphemiam, uerique ac falsi neglectionem, in me alijsque synceris doctoribus nostrarum Ecclesiarum non reperient. Verum impia ista factio libenter in suæ farine hominibus fert grauisima errata, in summis doctrinæ Christi capitibus, ut modò tantò ualètius suum Antichristum, eosque errores, in quibus eius regnum, suæque opes, uoluptates ac dignitates fundamentum firmatumque est, propugnare possint.

An porò alij Pontificij doctores, uel pauci, uel etiam leuiter dissentiant in hoc grauisimo capite aut articulo, satis ex nostra Norma Synodi cerni potest: ubi toties audiuius asserentem Cusanum, Ecclesiam posse eandem sententiam aut mandatum uerbi Dei modò sic, modò aliter, aut etiam contrariè, non tantum exponere, sed etiam.

etiam opere ipso praxiq; exercere: & alias innumeras uociferantes Ecclesiam esse supra Scripturam, eiq; plus credendum esse, omnē auctoritatem Scripturæ esse ab Ecclesia: & alias huiusmodi, uel etiã atrociores blasphemias. Obsecro te Christiane Lector, perlege illã ipforum Normam, à nobis primùm tenuiter ac ieiunè delineatam.

¶ Dixi quidem non pauca superius de illo celebri monacho, & Cæsareæ maiestatis cōfessore, Dominico de Soto, quomodo tum ipse alios eximios Papistarum doctores damnauerit, tum & uicissim ab alijs damnatus sit. Verùm non possum omittere, quin & hic quædam eiusdem dicta adijciam. Sunt enim ualde digna obseruatione, plurimumq; ad hoc nostrum institutum faciunt. inquit igitur is in suis libris de Natura & gratia.

Sed altera in altero extremo est quorundam opinio. Hī, nescio quo proteſti pietatis obrentu, dicere audent, pueros, qui casu aliquo absq; baptismo moriuntur, nihilo secius misericordia Dei, quæ defectum supplet baptismi, ab originali liberatos, ad regnum admitti cœleste. Atq; idem censent tam de pueris iam in lucem editis, quàm de illis qui in maternis uteris ante lucis usuram de uita decedunt. Et quoniam de hac re per ora uulgi circumfertur doctissimus Caietanus: illum nomino, quem semper tamen non nisi honoris gratia nominare soleo. Is enim, aliàs profectò omni auctoritate dignus, super q. 68. 3. p. (sub correctione tamen, & quæ sua erat religio ac modestia, nihil pertinaciter asseredo) utrumq; ceu probabile profert. Ait enim art. 2. quòd in casu necessitatis, nēpe ubi non est aquæ copia ad salutem puerorum (& loquitur de illis qui iam nati sunt) sufficere uidetur baptismus in uoto parentum: præcipuè cum aliquo exteriori signo. Et postmodum artic. undecimo addit (sub eadem censura) paruulos in maternis uteris periclitantes, posse parimodo saluari per sacramentum Baptismi in uoto parentum, cum aliqua benedictione seu oblatione ipsius ad Deum, cum inuocatione Trinitatis. Sicut diximus, inquit, de pueris, qui non possunt baptizari.

At uerò, salua semper eximij doctoris auctoritate, haud dubito utramq; partem opinionis suæ falsam esse: nescio uerò prior ne sit digna calculo, saltem in illis, qui, quod ipse temperatissimè insinuauerat iam, modò incunctanter asseuerant. In quorum potius gratiam, quàm ut ipsis contradicam, pressius hanc rem edisseram. Et primùm omnium utroq; articulo Caietanus apertissimè con-

tradicit D. Thomæ, cuius agit interpretem.

Idem alibi inquit: Igitur sunt hoc ætatis, qui quamuis non omnia, partem tamen horum argumentorum contra uetustam opinionem opposcentes, ab ea defecerint, dicentes non esse in singulis hominibus peccata singula Originalia: sed unum illud quod commisit protoparens, esse originale delictum, cuius omnes rei sumus, & à quo denominamur peccatores. Horum primicerius habetur Albertus Pighius, uir profectò & pius & doctus: qui nihil secius malè de hoc audit, quasi peccata in nobis originalia omnino inficietur. At uerò neque si sanè ille, & absque præiudicio audiatur, tantæ damnabitur ignorantia: neque si oculatus ipse sensum ueteris opinionis æstimauisset, forsan eam repudiasset.

Idem alibi de Scholastica theologia, inquit: Verùm hoc tamen uicissim persuasum contendo, quod uti oculus ophthalmia laborans, non protinus cerebro eruitur, sed collyrijs propter eius optimam usuram curatur, ita sit res scholastica amputanda: nempe & à **SOPHISMATVM** quidem **NVGIS**, & à metaphysicorum **VANIS PORTENTIS** repurgando, quibus est **SORDIEVS** apud nonnullos authores indignè fœdata, detur tamen summa opera, ne penitus depereat, sed in stauratur potius, nisi plurimos uolumus habere nomine, rarissimos tamen re ipsa Theologos.

Idem alibi de merito operum dicit: Quinimò ut negamus opera, quomodolibet antecedentia gratiam, eiusdem esse gratiæ merita: ita palàm diffitemur esse satisfactoria peccati, nondum remissi. Neque Scotus ipse fautor meriti congrui, attribuit illi, ut sit hoc modo satisfactorium. Est tamen dissidium de peccato remisso, utrum recidiuus possit agens in peccato satisfacere pro residua pœna, Scoto **AFFIRMANTE**, propterea quòd pœna est temporalis: sed S. Thoma **NEGANTE**, propterea quòd inter nos & Deum nulla est æqualitas iusticiæ, nisi solum ex acceptatione diuina: peccator uerò nullum facit opus dignum diuina acceptatione.

Item idem alibi dicit: Sed & contra secundum membrum distinctionis intentat item argumenta eodem loco Scotus, quibus suadet puram creaturam posse satisfacere de potentia Dei absolute. Nam, ut 13 de Trinitate author est Augustinus: Fuit quidem,

dem, inquit, & alius modus nostræ redemptionis Deo possibili, quàm per incarnationem. Modus autem (ait) fuisset, si Deus per attritionem & meritum de congruo contulisset hominibus gratiam, ut per se quisque satisfaceret. Sed tamen de potentia ordinata non potuit nisi per Christum. At uerò (ut cum honore loquar, debito grauissimo doctore, cuius multi in hac parte sententiam sequuntur) non POSSVM non INIQVO ANIMO audire, quàm isti SENTIANT INDIGNE de ADVENTV redemptoris NOSTRI. Videntur enim cogitare altissimum illud & inæstimabile MYSTERIVM, quòd DEVS factus est HOMO, quasi GRATIS, & sine CAUSA usquequaque necessaria fuisse hominibus impensum. Nam dicunt, tantundem potuisse facere hominem per gratiam Dei: sed solum id esse factum propter legem ordinatâ. Redarguerem ego, si mihi liceret, sic istos: Quid'nam fuit in causa, ut admiranda illa lege ordinaret Deus unigenitum dare mundo, si iusticiam alia uia seruare potuisset?

Vides quàm horrendam blasphemiam suæ factionis Theologis, præsertim Sententiarijs tribuat, quod ex eorum doctrina sequatur, Christum frustra mortuum esse? At hic idem eximius Rabbi, etiam secum, & cum omni sua Ecclesia ac religione pugnat. Cum enim plerunque iustificationem in renouatione & infusa gratia ac qualitatibus collocet: contra, super Romanos 4. sibi met euidētissimè contradicit. inquit enim: Sicut & Dauid dicit, Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iusticiam sine operibus. Accersit & Psalmistam quoq; in testem eiusdem sententiæ, ex Psal. 32. ubi nulla præmissa operum significatione, beatum uocat hominem, cui Deus non imputat peccatum. Et primò depromit sententiam Psalmi, quæ est, Hoc uno agi beatitudinem hominis, si Deus illi accepto fert iusticiam sine operibus. Versionem istam interpretis nostri iuniores non uno modo taxant, neque ita multum pudenter, &c. Agit prolixè de uerbis uersionis uulgatæ, & eius reprehensorem. ac tandem ad scopum & sensum loci rediens inquit, ut sequitur:

At acceptū ferre (quod ad præsentē attinet expositionē) REMISSIONEM significat DEBITORVM. Cū enim creditor debitū remittit debitori, dicitur illi acceptū ferre. Vnde uerbū iuris dimanauit Acceptilatio, ubi scilicet debitor quod non est soluēdo, interrogat suum



suum creditorem, utrum acceptum habeat, quicquid illi debebat: hoc est, pro accepto & soluto deputet, tunc enim, si creditor respondeat, Habeo quidem, acceptumque tibi fero: remissio illa & condonatio dicitur acceptilatio, quæ eregionè opponitur iustæ solutioni. PVLCHERRIMA ergo hic ACCOMMODATISSIMA QVE oratione EXPLICAT Paulus, tum id quod dixerat, REPV-TATVR fides ad iusticiam: tum clarissimè RATIONEM nostræ IVSTIFICATIONIS. Cum enim nos soluendo nõ simus Deo, ACCEPTVM fert ipse nobis nostrum debitum: id est, pro ACCEPTO DVCIT, si modò illi FIDEM. POLLICENTI ADHIBEAMVS. Quocirca magis perspicua esset, fateor, uersio, Cui Deus ACCEPTAM fert IVSTICIAM sine operibus: hoc est, SINE DEBITI SOLVTIONE. Neque mirum, si interpret ita uerterit, & librariorum uitio fuerit mutatum. Attamen potest fortasse, Accepto, ad uerbialis esse datiuus, qui in eandem ueniat sententiam. Affertur ex quibusdam quale quale exemplū, ut cū dicimus, Do tibi hanc rem pignori, seu locato: id est, in pignus, seu pro pignore, uel in locatum. Quo pacto & Deus fert iusticiam nobis accepto, id est, deputat in acceptam, seu pro accepta. At dum sensus patescit, nihil te angat dictio.

Vides hic Sotum, uolentè nolentè, perspicere sententiam Pauli, quòd scilicet iustificatio peccatoris sit idè quod remissio peccatorū, seu acceptilatio depensū debiti, aut exactæ à Deo per legè iusticiæ, quæ sine operibus fiat. Cum enim plenā obedientiam operū homo Deo præstare aut persolvere deberet, tanquam uerum ac iustum debitum: nec id aut præstet, aut præstare possit: Deus ei ob Christum acceptilat, aut acceptam fert uel imputat iusticiam. Sic etiam indicat, fidem secundum Paulum ea demum ratione iustificare, quia tanta bona pollicenti ac offerenti Deo assentiatur: non per synecdochen, quòd sit prima aut præcipua uirtus. ut alio qui Papistæ sententiam Pauli peruertunt. Sed non persistit semper hic monachus in hac uera sententia.

**Q**VARTODECIMO: Tempus est, ut ad finè huius scriptio-nis properemus. Quare omisissis alijs scriptoribus, propius ad concilij Tridentini Decreta denuò redamus. Licet enim supra non pauca de hoc conuenticulo, eiusque dissidijs dixerimus, multo tamen adhuc plurà dicenda restant.

Quod

Quòd igitur ea decreta multipliciter inter sese pugnent, dictum probatumq; est tum à nobis in Norma Synodi superiore anno edita: tum & ab alijs quàm plurimis in suis Refutationibus, quæ tum iam olim, tum & elapso anno complures contra istud conciliabulum prodierunt. Nunc igitur de ipsorum propriè Canonum repugnantia nihil addemus, tantum quædam adnectemus de pugna Synodi, cum quibusdam suis patribus, fratribus aut assessoribus.

Quòd igitur Soto & Catharinus archiepiscopus Complanus pugnaverint tum inter sese inuicem, & cum decretis totius conciliabuli, supra eorum proprijs dictis ostensum est. Nunc & de alijs quibusdam magni nominis patribus dicamus, qui ibidem non ultimo loco fuerunt.

Primum ergo audiamus testimonium episcopi Bidontini de Pa-pa, patribus concilij, & alijs prælatis, eorumque (ut illi loquuntur) qualificatione, quod ille in publica oratione Tridenti coram toto illo uerè factæ cœtu habita dixit. Sic enim inter alia inquit:

Iam sumus tanquàm paruuli ipsi, qui circūferuntur OMNI uento: ut solidius sibi constet Iudæus, quàm Christianus. Tacebo ne quàm uiluerit inter Christianos felix illa Baptismatis renascentia, admirabile Eucharistiæ sacramentum, maiestas sacerdotij uisibilis, omnium Ecclesiasticorum ordinum firmameta certissima & maxima?

An non etiam perijt feruens ille & in alterutrum & in Rempublicam amor, quo olim Christiani omnes (ò dulce & charum nomen) Fratres uocabantur, & impletum est Pauli apostoli uaticinium: Erunt homines se ipsos amantes? Profectò nisi perijisset, non à sanctis illis moribus, non ab honestis illis institutis, quæ obseruata Rempublicam nostram felicissimè semper auxerunt, esset iam ubiq; modis omnibus degeneratum. Quibus enim turpitudinum monstris, qua sordium colluue, qua peste non sunt fœdati, non corrupti in Ecclesia sancta Dei & populus & sacerdos? In uestro iudicio causam repono Patres, & à sanctuario Dei incipite, si ullus iam pudor, si ulla pudicitia, si ulla superat bene uiuendi uel spes uel ratio: si non libido effrenata & indomita, si non audacia singularis, si non scelus incredibile?

Heu quomodo obscuratum erat aurum, quomodo mutatus color optimus? Nam duæ illæ sanguisugæ, quæ semper clamant Adfer adfer, altera mater, altera nutrix omnium malorum, Cupiditas inquam, & Ambitio, utraq; subtile malum, utraq; secretum uis-

rus, pestis & monstrum orbis: dum ab IIS QVOS tanquam VI  
VAS & ANIMATAS leges sequi oportuerat, uirtus ac doctri-  
na, uirtutum & ignorantia eorum loco summis extolluntur honori-  
bus: effecerunt tandē, ut AEDIFICATIO in DESTRUCTIO-  
NEM, exemplum in SCANDALVM, mos in corruptelā, CV-  
STODIA legum in CONTEMPTVM, SEVERITAS in RE-  
LAXATIONEM, misericordia in IMPVNITATEM, PIE-  
TAS in FVCVM & HYPOCRISIM, PRAEDICATIO in  
CONTENTIONEM & rixam, FESTVM in turpissimum  
MERCATVM, (graue hoc est, ut uno uerbo dicam) VITAE o-  
dor in MORTIS odorē infelicissimē COMMIGRAVERIT.

Quid mirum, si inde & dispersae sunt oues, & errauerunt in cur-  
tis montibus & agris: & potēiores quidem ab autoritate in do-  
minium, à dominio in tyrannidem, à iure in iniuriam, à sceptro in  
uirgam ferream, à Dei cultu ad impietatem, à tutela Ecclesiae ad in-  
terneccionem, à modo ad libidinem, à ratione ad nutum, à tributis  
ad importabilia onera, à pace ad bella crudelia, à simplicitate ad do-  
los, à prudentia ad malitiam, à liberalitate ad luxum, à parsimonia  
ad auariciam, ab ornatu ad pompam, ab obedientia ad apertam re-  
bellionem conuersa sunt? Vtinam non à religione ad SVPERSTI-  
TIONEM, à fide ad INFIDELITATEM, à Christo ad AN-  
TICHRISTVM, quin à Deo ad EPICVRVM uel ad PYTHA-  
GORAM, uelut prorsus unanimes declinassent, dicentes in cor-  
de impio, & in ore impudico: NON est DEVS. NE QVE  
iam diu fuit PASTOR, qui REQVIRERET, Patres: non fuit  
inquam qui requireret: quia omnes quae SVA sunt querebant,  
quae IESV CHRISTI ne VNVS quidem.

Hinc illis aliud agentibus, & in utranq; aurem dormientibus,  
quos greges pascebant, non pascebantur greges ab eis. nam paru-  
li petierunt panem, & non erat qui illis frangeret, serpebat in orbe  
infinitem malum, crescebat in medullis ac uisceribus nostris, & in  
dies manabat latius.

En audis pie Lector, quibus nam laudibus iste eximius Episco-  
pus ornet, & quibus coloribus depingat suos spirituales praelatos  
ac patres, etiam illos qui conciliabulo interfuerunt: quod uideli-  
cet sint turpissimi, libidinosissimi, auarissimi, ueræ Theologiae ac  
pietatis prorsus ignari, & contemptores: qui etiam ipsam pietatē  
in fucum & hypocrisin, praedicationem aut uerbi Dei in rixam &  
conten-

Contentionem, nempe in Scholasticas sophisticationes commutauerint. Obsecro ac obtestor te Christiane frater, ut tute met ipse tecum aliquando tandem apertis oculis mentis tuæ cogites ac pronuncies, quàm sacrosancta controuersiarum, dogmatumq; fidei dijudicatio, & religionis Ecclesiæq; instauratio ac reformatio à talibus patribus aut fratribus, ipsorumq; conuenticulo expectanda sperandaq; sit. An non hoc uno testimonio totum illud conciliabulum, unà cum suis decretis, funditus eueritur?

¶ Nunc audiamus & alium ipsorum ordinis sodalitiijq; declamatorum de fide, quòd sit certa fiducia promissæ gratiæ, atq; ea apprehendat Christum, & eius iusticiam, contra istorum dubitationem disserentem, & liberum arb. humanas uires operumq; iusticiam condemuantem: cum alioqui sit notissimum omnibus Papisticarum abominationum gnaris, & præsentis conciliabuli decretorū peritis, eos de hisce omnibus, quæ mox ab isto exponentur, contraria sentire ac dogmatizare: hæc uerò quæ iste declamator proponit, audacissimè anathematizare. Vt hic primarius concilij theologus totum concilium damnet, & uicissim ab eo condemnetur. Sic ergo inter alia de hisce dogmatibus R. pater, frater Antonius Marinarius Carmelitanus, in sua secunda oratione, cum alijs orationibus & decretis conciliabuli impressa, coram toto eo cœtu pronunciauit.

ORATIO AD PATRES IN  
TRIDENTINO CONCILIO HABITA, A  
*fratre Antonio Marinario Carmelita, Dominica  
quarta in Quadragesima,*

1546.

IN uniuersis Christianæ uitæ actionibus P. A. Euangelica FIDES, quæ summum est sinceræ pietatis & absolutæ obedientiæ fundamentum, cum primis exercenda est, ac solidè possidenda: nimirum ut homo ab inani propriæ dignitatis confidentia abhorrens, omnino à Dei misericordia pendeat: statuatq; Deum ut clementissimum patrem sibi adesse, à quo læta semper expectet, & felicissima, nec unquam patiatur ex eius animo persuasionem illā  
z z excuti,

excursi, etsi duris ac infinitis uexetur difficultatibus, quas mundus, quas caro, quas satan (ut sunt in nostram perniciem coniurati duces) hinc atq; illinc procurant, ut nos à Dei fiducia, eiusdemq; obsequio abducant religiosissimo.

Etenim nisi ad Deum confugimus, nisi in eum gloriam, fiduciã, sollicitudinemq; nostram transferimus, à quo uno bonorum omnium summam præstolemur: eius iram prouocamus, perinde ac si deos nobis alienos erigeremus. Huc igitur conuenit omne mētis ac fidei nostræ studium intendere, ut per bona opera Deo patri placeamus indulgentissimo: cæterum ab operum nostrorum gloria auersi, in illius Patris clementia & uoluntate securè & in perpetuum conquiescamus.

Quæ omnia ex sublimi Ioannis & Pauli doctrina, mox coràm recitata explicaturus ego, IESVM seruatorem unicum (ad quem spectat hominum cordibus fidè imprimere, cui nihil gratius quàm eius opem implorare, per quem nobis datum est Deum compellare Patrem, quiq; semper ei dexter asidet, noster aduocatus) uehementer precor, ut mihi dicenti feliciter adsit.

Veteris naturæ nostræ imaginè Nicodemo Christus appositisimè depinxit, dicens: Quod natum est ex carne, caro est. Atqui hic grauiter errant, qui in carnis appellatione nil intimius considerat quàm eam hominis partem, quæ sensibus ornata, nobis cum brutis communis est: quasi spiritalis nostra regeneratio ad inferiorè, & non ad superiorem potius partem pertineret. Altius itaq; carnis ingenium concipiendum est, ut spectans ad mentem, rationè, uoluntatem, totum deniq; hominem, quem carnis concupiscentia & originis peccato maculatum esse scimus: quam obrem Paulus eum carnem esse statuit, dum illum uocat animale, qui non recipit, ac etiã pro derisu & summa ducit stultitia, ea quæ sunt sapientiæ Dei, in qua re præsertim fita est sapientia carnis.

Nunc igitur, si quis potest, eliciat ex hoc homine bonum, unde illi apud Deum reliquus sit gloriandi locus: quando huius arboris fructus sunt immundities, fornicatio, impudicitia, ueneficia, iræ, rixæ, dissensiones, mala demum omnia. Hinc illa fulmina, quibus Paulus ex Psalmorum doctrina in omnes Adæ filios inuehitur: Non est iustus quisquam, non est qui intelligat aut exquirat Deū. Defecerūt omnes, ut nec uel unus probitatem exerceat: sepulchrū patens est guttur eorum, linguis suis ad dolum usi sunt, uenenum aspidum

aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, & pedes ueloces sunt ad effundendum sanguinem.

Quæ mala omnia etsi ex singulis hominibus non emergunt, iustus tamen latet horum omnium uitiorum lerna. Si enim spectes præclara illa facinora, per quæ summi Heroes ad honestam uitæ rationem contendebant, laudabilia quidem erant coram hominibus, nec Deo ingrata, ueluti quibus publica orbis politia cohonestabatur: cæterùm carnis opera non immeritò appellabuntur, quâdo nunquam illis qui ea egerunt, in mentem uenit, ut dicerent, Domine uoluntas tua fiat, omnia ex ipso, per ipsum, in ipso, ipsi gloria semper. Vnde in eis iam caro suam patefecit insaniam, dum alius mortem sibi consciscit, alius exiliū effœminatè deplorat, alius longè maiorem se iudicat quàm ut suis ossibus digna sit alta Roma.

Nihil itaq; homini suapte natura reliquum est ante oculos Dei, quo gloriari possit, se illum officio præuenisse, ut aliquid sibi retribuatur. Idcirco deploranda erat infelicissima huius nostræ naturæ conditio, nisi Deus illa immensa bonitate sua, ut nos hac exueret calamitate, unigenitum nobis donasset, per quem omnibus ex corde resipiscentibus, niuaq; fide in eum tendentibus, peccata gratis condonat, eosdemq; in uicem & ius filiorum cooptat.

Quamobrem si talem te coram Deo exhibere potes, qui tuis meritis dignus fueris, ut tibi unigenitum ille donauerit: gloriari utiq; poteris, te tuo Marte adeptum esse, quæcunq; cum Filio & per Filium hominibus exhibuit: peccatorum nempe remissionem, iusticiam, sanctitatem, libertatem, adoptionem filiorum, cœlestis denique regni hæreditatem: quo quid esset impudentius?

Et mox: Quantum autem à nobis gloriamur, tantundem ex diuinæ clementiæ gloria decerpimus: quantum nostræ propriæ uirtuti uendicamus & arrogamus, tantundem impedimenti beneficiæ diuinæ laudandæ obijcimus. Id quod singulari figura Apostolo eam nobis hodie explicante, in duobus Abrahæ filijs, est præmonstratum: quorū alter, hoc est Ismael, ex Agar ancilla iuxta carnem natus, legis filius spiritu seruitutis actus, propria respectantes opera, & in illis gloriantes adumbrabat: alter, nimirum Isaac, iuxta Dei promissum ex Sarra libera ortus, filios Euangelij, toto peccatore in Dei misericordiam se componentes, omnemq; operum gloriam reiicientes præfigurabat.

Sed cum Ismael luderet cum Isaac, quasi cum quo hæreditatis

honorem esset consecuturus, eiectus est à Deo, ne esset heres: nimirum, quia omnes qui proprio ingenio, proprijsq; uiribus salutis gloriam arrogant, quasi ludentes cum beneficentia Dei, cum qua eam gloriam partiri uolunt, à Dei conspectu eicientur. Nos itaq; Euangelica fide freti, promissionisq; gratia orti, tanquam ingenui filij cœlesti patri Deo placere & oblequi studeamus: ei bona omnia quæ in nobis sunt, accepta feramus, in ipsoq; gloriemur, cui nostram consecrauimus uoluntatem.

Proinde qui suis operibus fidunt, de diuina erga se benignitate **DVBITARE** solent, & per interualla & uices huc atq; illuc alteruando fluctuare, ut nusquam eis portus, nusquã fidæ stationis spes appareat, facileq; ad desperationem in grauibus periculis infelicitissima ratione tendunt. Qui autem suis diffisi uiribus, suorumq; operum reiecta fiducia in Dei benignitate & clementia conquiescunt, nec cogitare unquã possunt sese à Deo esse reiectos, illumq; præstaturum non esse quod eis pro sua misericordia promisit. Nec est quodd illos propriæ indignitatis ratio ad dubitandum prouocet.

Legis est hæc doctrina: Deus benedictionem dignis, hoc est iustis: maledictionem indignis, id est iniustis cõfert: unde nec aliquem potuit lex Dei benedictione donare, quod neminẽ reperit iustum & dignum. Quid nobis cum legis maledictione & irã, qui per Christum redempti sumus? Aduersus itaq; legis furorem subleuemur, & consolemur nos ipsos læta Euangelij promissione, nempe quodd indignissimis benedictionem & gratiam Deus effundit, si resipiscant, & uiua fide se ei committat. Est cerre hoc uiuæ fidei ingeniu, nos in Deum, ut filios in patrem, erigere: Christum nostrum, nosq; uicissim Christi facere: ut cum eo unum corpus simus, eodemq; uiuamus, regamur, lætemur & gloriemur spiritu.

Quamobrem in **DVBITATIONIS** labyrintho non errant, qui per Christum adepti sunt iusticiam: sed in securitate mentis, in pace conscientia, in læticia cordis, edocti spiritu illo, qui illis testimonium reddit quodd sunt filij Dei, audet dicere, Abba pater: quam interim inest illis sanctus ille timor, ne cadant ab eo, ad quæ Dei benignitate euecti sunt, filiorum honore. Quamobrem exultant, quodd Christum tenent: tremunt, ne illum amittant, quem admodum propheta monuit, Exultate ei cum tremore.

At uerò caro & satan nunquam nõ sollicitant ad **DIFFIDEN-**  
**TIAM** pectora iustorum, quibus cum perpetuum est certamen.

Nunc

Nunc eos temeritatis accusant, quod se diuini consilij conscios & participes faciunt, dicentes: Scimus quod nos diligit Deus, sed illi se purgant, nempe quod temerarij essent, si diuinæ erga se charitatis, tot argumentis declaratæ, præsertim filio ad crucem demisso, ancipites essent. Nunc graua superioris uitæ commissa memorât, quorum non potuerunt condignam exhibuisse satisfactionem: sed illi respondent, Gratis per Christum nobis, quia satisfacere nõ poteramus, remissa sunt peccata: non est quod cogitemus, quia soluendo non sumus, ne dignitati mortis Christi detrahamus. Nunc quotidianos uitæ errores, quibus nemo non subijcitur, ante illorum oculos sistunt, ut uel sic dubitent de benignitate Dei. Sed illi excusant: Clementissimus ille pater, ad hos infirmæ naturæ lapsus conuincere solet, cuius clementiæ non conuenit illos ad uindictam imputare. Nunc ex occultis maioribus delictis quæ homo (cuius est cor ut prauum, ita retrusum) non intelligit, argumeta sumunt, quibus diuino fauore illos destitutos esse conuincant, sed illi excipiunt, Integra est peccatorum remissio: & cum donat Deus manifesta quæ nouimus, donat item occulta quæ ignoramus delicta. Nunc prospera commemorant, uelut quibus in hoc seculo eos remuneret Deus, ne in alio expectent felicitatis gloriam. Sed illi fatentur Deum sæpe præsentibus bonis ornare iustos, ut proximorum necessitatibus consulentes, ad uitam futuram aptiores fiant. Nunc calamitates, quibus plerumque iusti affliguntur, ut aperta irati Dei signa commemorant. Sed illi asseuerant, eas esse manifesta paternæ dilectionis argumenta, ut sub disciplina crucis eruditi, filij Dei reddantur.

Vexatum pectus pium supra omnes tandem difficultates emergit, in corde suo sic loquens: Quid est quod de dissidentia mihi loquatur aliquis? Quis me separabit à charitate & fiducia Dei mei? qui sua potentia omnia continet, suo imperio omnia regit, sua sapientia omnia moderatur, sua mente omnia complectitur, suo arbitrio omnia flectit quod libet, & quod libet cõstringit: cuius tâta fuit erga me charitas, ut unicum quem unice diligebat filium, ad horribilem tradiderit crucem, quod essem illius sanguine aspersus atque redemptus & illum honoris gradum assequerer, nempe ut ipse sit mihi pater, & Christus frater. Quæ autem maior aut dilectio aut sollicitudo, quàm patris erga filium, præsertim eius patris qui tanto est alijs clementior, quanto sublimior, quam obrem neque huius seculi blanditiæ,



blanditiæ, neq; huius carnis illecebæ, neq; ulla sathanæ fulmina, neq; hæreticorum fraudes, neq; amicorum deliciæ, neq; necessariorum preces, neq; parentum pietas, neq; populorum furor, neq; tyrannorum crudelitas, seu minis perterrere, seu in carcerem detrudere, seu fortunis priuare, seu in exiliū ablegare, seu quolibet mortis genere perdere uoluerint, à Deo optimo maximo, à Domino omnipotente, à patre indulgentissimo, ullo unquam tempore me diuellent. Si cœlū ruat, si terra euanescat, si orbis illabatur præceps, ego in eum erectus ero: si angelus de cœlo aliud mihi persuadere cōtendat, dicam ei Anathema.

O foelicem Christiani pectoris FIDUCIAM, ô beatam Evangelici cordis pietatem, ô SECVRAM Christianæ mentis FIDUCIAM: quæ uota, quæ consilia, quæ studia, conatus, officia, diligentiam, industriam, fortunas, omni loco, omni tempore, omnibus in rebus, uni Deo committit: qui neminem in se cōfidentem uanum fecit.

Nos impios, in QVAM demerſi sumus ingratitude? Nos ingratos, in quam prolapsi sumus impietatem? qui reiecta Dei FIDUCIA TERRENA hæc præsidia, quo iure qua iniuria HINC atq; ILLINC manibus pedibusq; PROCVRAMVS & accersimus. Si Euangelica fides nostræ uitæ REGVLA esset, re ipsa (qui nunc titulo ac CEREMONIIS uocamur) Christiani essemus. Quamobrè in Deo, ut filij in patre clementissimo, gloriaremur & conquesceremus: qui nunc ut serui rebelles, eius tanquam iratissimi principis furorè deprecamur: & in nostræ omnium matris Ecclesiæ sinum, amplexus & oscula læti exciperemur, qui nunc eam deformatam, languetem, ac propè intermorituram ploramus. Nihil est enim Patres amplissimi, quod non lætum, non felicissimū contingat, confidentibus in Deum: qui nulli opitulatur libentius, quàm quem humana destituere præsidia: quod nobis ante oculos Euangelica historia exponit. Hastenus hic monachus.

Postrema uerba manifestissimè damnant regulas & ceremoniarium Christianismum monachorum, & omnes reuocant ad unicā regulam religionemq; Euangelij Christi ipsius. Expende modò uerba hæc diligentius, totumq; hunc textum, atq; adeò orationē. Vide eiusdem monachi etiam priorem orationem: duas enim habuit. Verùm in hoc posteriore sermone audis istum Marinarium, & sacrosancti istius conciliabuli patrem, longè aliter de primarijs  
Euange-

Euangelij capitibus differere, quam alioqui plerunq; papistæ solent: & sacrum istud conciliabulum in sua V, aut (ut alij numerât) VI sessione impiè dogmatizat, & blasphemè anathematizat.

Ad hæc orationes, monstrandaq; Tridentini conciliabuli diffidia, possis accendere etiam Antonij Sebastiani Vxentini episcopi orationes uehementissimas in Cõcilio habitas, & Venetijs nuper editas, in quibus acerrimè pugnat cõtra plurimos alios episcopos de residentia ac functione episcoporum. Multi enim, inter quos & Catharinus (ut supra ostèdi) negabant, episcopos diuino iure tene ri adesse ac attendere suæ Ecclesiæ, ac coràm pascere gregem suum. & furorem extremum. At hic contrà uehementissimè pugnat, & suos illos compadres aut cõfratres flagellat, quòd publici boni Ecclesiarumq; suarum cura parum afficiatur. Loca eius adscripsissem, nisi prolixitatem uitassem.

In oratione Synodica Tridenti 4 Septembris, anno 1562, in sessione IIII, coram illis sacris Patribus nomine regis Galliæ recitata, sunt inter alia duo ualde memorabilia puncta aut dicta: quorũ prius quidem testatur, multa iam olim in Ecclesiam & religionem Christianam non tantum per incuriam, sed etiam per hypocrisis ac superstitionem prælatorum irrepsisse, quæ omnino abroganda & antiquanda sint primo quoq; tempore. Posterius uerò dictum clarè fatetur, concilia nostri & etiam prioris temporis parum fuisse libera. Adscribam primùm prius dictum, deinde posterius. Inquit igitur ille orator:

Equidem humana imbecillitate fortasse, & aliqua **PRAEFECTORVM** Ecclesiæ incuria, uel etiã (ne quid **GRAVIVS** dicã) **PRAEPOSTERA PIETATE** irrepsisse in Ecclesiã **RES** nonnullas **ANTIQUATIONE, AROGATIONE,** uel moderatione dignas, **FATEAMVR NECESSE** est.

Eta i quanto pôst: Sic contrã **NOBIS** peccari fortasse potest, dum **OMNIA** quæ seculis muniuntur, & **LONGA VETUSTATE MORDICVS** retinenda esse putamus: neq; fatis spectamus quid inclinatio rerum, quid momenta temporum, quid publica quies postulet. Nõnulla, atq; haud scio an uerius dixerim **MVLTÀ,** communi concordiaè permittenda sunt.

Obserua Christiane Lector, hunc amplissimum Regem fateri, multa irrepsisse in Ecclesiam ac religionem, non tantum imbecillitate prælatorũ, sed & incuria, atq; ad eò etiam **PRAEPOSTERA**  
A religio.

religione. Nec esse omnia in eorum religione mordicus retinenda, quæ seculis aut longa uetustate muniantur: multo ergo minus innumera noua portenta. Verum illud triste est, quod post tantam infinitam lanienam priorum hominum & uerè Christi martyrum, nunc demum moderationem in sua parte requirunt, quam multo prius, ante effusum infinitum innocentem sanguinem adhibuisse debebant.

Porro de seruitute aut partialitate & factionitate concilij, ita in eadem oratione, nomine eiusdem Regis pronuntiatur:

NOSTRA, patrumq; nostrorum & a uorum memoria Synodus indictas fuisse, episcopos conuenisse, maximos in Germania atq; in Italia conuentus peractos esse scimus. Vix tamen ullus, aut perexiguus inde fructus Christianitati constitit. Nolo subtilius in causas inquirere: nolo rumores uentosq; colligere. Hoc prætermittere certè nō possum, quod uereor ne nimis ad rem pertineat, quod minus LEGITIMA, minus uè LIBERA fuisse dicuntur illa CONCILIA. Qui aderant, AD uoluntatem ALTERIUS semper LOQUEBANTUR, aut potius ANNEBANT.

Quare nulla in iudicijs perniciosior, nulla uè capitalior esse potest. Quæ sunt illa concilia, NOSTRA memoria acta, quæ hic Rex pronūciat fuisse seruilia & adulatoria, nisi priora fragmenta Tridentini, anno 1546 & 51 acta, contra quæ tum Cæsar, tum postea etià Gallus protestatus est. En uides, ut etiam istius Regis testimoniū cōcorder cum religione Papistica, & falsò iactata libertate Cōcilij.

Porro simulant quoq; Papistæ, exceptis tamen Iesuitis: tum in decretis istius cōcilij, tum & aliàs semper, se credere & sentire, omnia peccata antecedentia & sequentia baptismum, propter Christi passionem remitti, eaq; sola expiari. At contrà Catharinus archiepiscopus Cōpsanus, & unus ex Patribus conciliabuli, de quo supra multa dicta sunt, prolixè ac ex professò cōtendit, Christum sua passione satisfacisse tantum pro peccato originali & actualibus antecedentibus baptismum, ac primam iustificationem: pro sequentibus uerò, sacrificio Missæ satisfaciendum, Deumq; placandum esse. Hæc enim ille inter alia in suo libro, cui titulus est de Incruento sacrificio noui & æterni Testamenti, scribit:

Christus ergo Dominus, & solus ipse, & illa una tantummodo oblatione cruenta, hoc rotum fecit, ita ut pro peccato ILLO PRIMO & summo, quo omnes includebamur rei, nullus alius, neq; segregat

segregatim, neq; cum illo, nec antè, nec postmodò sacrificauerit, ut litaret. Ergo per illum solum, & per illius oblationem liberati sumus à PECCATO ILLO, nacti uiam ad salutem, facti dociles Dei: si tamen hoc beneficium tam magnum agnoscamus & acceptemus, expoliantes ueterem hominem, & induentes nouū per fidem & sacramentum Baptismi, in quo non est necesse amplius illum offerri pro nobis, sed iam oblatus ibi exhibetur nobis.

Et aliquanto post: Concludimus ergo à doctrina B. Pauli, quòd ad hunc effectum parandum, qui est à peccato liberari & iustificari, & intrare in Christum, & sic in uia ad militandum, sicut ipse militauit, & uicit, quæ cuncta in Baptismo significantur & fiunt, nō fuit, nec est, nec erit alius, præter illum solum, sacerdos: nec aliud sacrificium, præter illud solum cruentum sui corporis: nec alia oblatio, præter illam unam in cruce factam ab eo cum oratione & lachrymis, qui pro sua pietate ac reuerentia exauditus est. Hæc est Apostolica doctrina, latè per eum tradita & inculcata, per quam hætenus frangimus aduersariorū Achillem: qui in eo innituntur, quòd illa una oblatio fuit satis ad consummandum in æternum sanctificatos, ut non sit opus alia ulla noua oblatione.

Nos autem dicimus, uel ipso B. Paulo teste, quòd illa una oblatio satis fuit ad redemptionem earum præuaricationum quæ erāt sub priori testamento. Quod non aliud significat, quàm id, quod diximus **ORIGINALE** peccatum cum **SVIS FRUCTIBVS**: quoniam qui sub originali erant, sub priori Testamento erant conclusi, rei mortis. Itaq; **QVANTVM** ad **HUIUSMODI** præuaricationes, fatemur, quòd qui semel sanctificati sunt, ab eis delictis in sempiternum sanctificati sunt: quia nunquam priores præuaricationes redeunt. Et ideo semel tātum baptizamur: quia semel est Dominus mortuus, & in baptismo solum habemus illam cruentā hostiam, expiaticem cunctorū penitēs **ANTECEDENTIVM** delictorum. Vnde B. Paulus de prioribus iniquitatibus eleganter dixit: Vbi autem est horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. Et ne quis **AMPLIUS** quàm **SEMEL** usurparet sibi hostiam illam cruentam, uolens illam pari modo **APPLICARE PRO FUTVRIS** peccatis, aduersus illos adiecit: Voluntariè enim peccantibus post acceptam noticiam ueritatis, iam non **RELINQVITVR** hostia pro peccato.

Occurret autem & hoc in loco nobis alius, & dicet: Si sic res se

habet, ut Christus sua illa oblatione cruenta **NON SIT OPERATVS** pro nobis, **NISI** redemptionē **PRAE**CEDENTIVM delictorum, **QVAE** sub **PRIORE** testamento continentur: uideatur sequi quod in nouo testamento uel non sint delicta, uel si quae sunt, inexpiabilia sint.

Et aliquanto pōst: **FALSVM** ergo & **IRRATIONABILE** est omnino, quod in **NOVO** Testamento admissa **PECCATA** non **IMPVTENTVR** propter **SEMEL** iam **OBLATAM** Christi cruentam **HOSTIAM**, quae (ut dictum est) **PERTINUIT** ad **PRIORIS** testamenti **DELICTA**. Et haec noua peccata post sanctificationē primam talia ex se sunt, ut tanto sint imputabilia, quanto magis uoluntaria: quoniam non est ea infirmitas & ignorantia post acceptam gratiam, quae erat prius. Deinde ijs ingratitude sese admiscet, quae grauioris ponderis facit esse peccatum. Quod autem haec peccata sub nouo Testamento contracta sint inexpiabilia, dogma est peruersum, & iam olim ab Ecclesia damnatum atq; exploratum.

Cum ergo peccata sint, & expiabilia sint, & ad illam **CRVENTAM** Christi hostiam **NON PERTINEANT**: uidendum est, quo nam pacto, utrum sine sacrificio expientur.

Et aliquanto pōst: Sicut autem quae sub nouo Testamento admittuntur peccata, alterius sunt generis, quam uetera: sic **DEBENT** habere, suum **PROPRIVM SACRIFICIVM** & sacerdotiū & **HOSTIAM**, & congruentes oblationes, non **VNAM TANTVM**, sicut quae prioris erant testamenti. Quia cuncta peccata quae sub illo erant, quodammodo unum reputabantur, tanquam ex illo uno manantia, quod semel admissum fuit in paradiso. Quare **VNAM** tantum requirebat oblationem ad expiandū, ut diximus. Quae enim sub nouo patrantur, per se **SINGVLA** considerantur, & **QVODLIBET** suam **EXPIATIONEM** postulat. Habet etiam & hoc sacrificium sua propria sacramenta, sicut suo loco dicetur. Si igitur **SACRIFICIVM** requiritur pro his **DELICTIS** & peccatis, quae sub nouo Testamento & lege gratiae committuntur, & ob hoc sacerdotium esse debet: oportet & hic indagare **SACERDOTES** idoneos, &c. Pergit ad sua disputatio ne controuersiam deducere, quod peccata post baptismum tantū per Missiones & Missarios sacrificos expientur.

En audis Christiane Lector, horribilem blasphemiam istius Archiepiscopi

chiepiscopi & patris concilij Tridentini, quòd passio Christi tantum ea peccata expiauerit, quæ ante baptismum habuimus, nempe originale, & eius fructus. Item, quòd peccata post baptismum patrata, non amplius pertineant ad cruentum Christi sacrificium, aut eo expientur: sed ad impurorum sacrificulorum blateratorias Missas, quibus ea propriè aboleri oporteat.

Quid, quæso te Christiane frater, hoc aliud est, quàm Christi passionem prorsus inutilem ociosamq; reddere baptizatis? Quid prodest passionem Christi, eiusq; meritum & efficaciam tantopere Christianis prædicare, & importunè inculcare, præsertim in sacra communione, ut Paulus 1. Cor. 11. præcipit inquit: Mortem Domini annunciabitis: cum iam ea non ad illos, sed ad infantes tantum, qui primum baptizandi sunt, pertineat, quibus frustra prædicatur absentibus, & non intelligentibus?

Omnipotens Deus reprimat potenter furores & blasphemias draconis Romani, bestię eius, ac ipsius capitum & cornuum: quæ non frustra tota dicitur picta, & ueluti onerata esse nominibus blasphemię, ut in Apocal. aliquoties habetur. In hunc eundem diabolicum errorem & totam epistolam ad Hebręos, sua impia commutatione trahit, ubi inter alia hæc quoq; inquit:

Voluntariè enim peccantibus nobis, &c. Etiam hic locus uehementer percutit aduersarios. Nam HINC APPARET, quòd pro PECCATIS sub nouo Testamento, post ACCEPTAM sacratissimę HOSTIÆ in baptismo EFFICACIAM commissis, NON HABEMVS pro peccato hostiam ILLAM, quã CHRISTVS OBTVLIT pro PECCATO mundi, & pro DELICTIS baptismum PRAECEDENTIBVS. Non enim nisi SEMEL ille mortuus est: & ideo SEMEL DVNTAXAT hostia illa ad hunc effectum APPLICATVR. Non tamen excluditur alia uia remissionis, quæ fit per pœnitentiam, Christo in caelis assistente, & interpellante pro nobis, modò & nos satisfaciamus pœnis debitis luentes pro merito admissorum.

Nolo hic digredi ad illam longè euentissimam ac in re maxima positam Papistarum contradictionem: quòd contra Sydonius in suis illis celebribus, & à tot. monarchis, principibus, episcopis praelatisq; comprobatis concionibus, quæ ei mitram Merspurgensem pepererunt, quarumq; etiam supra mentionem feci, asserit, passionem ac sanguinem Christi omnia peccata aboleri: sed ita de-

num, si per istorum sacrosanctam Missam, ueluti per canalem quædam, in nos deriuetur, defluat, & ita nobis applicetur. Eodẽ colore & Faber Augustanus ornat & uenditat suam Missam, & alij quidam recentiores huius idoli fabricatores aut instauratores.

Eandem fucatam imposturam illud commune Papistarum, & etiam ab ipso Papa comprobatum scriptũ nomine Interim (quod summa ui fraudeq; nostris Ecclesijs anno 1548, & aliquot sequẽtibus obtrudere conati sunt) continet, quod Missa non illa quidẽ sit sacrificium expians peccata, quod solum sit passio Christi: sed sit tantũ Eucharisticum, commemoratiuum & applicatiuum illius unici propitiatorij sacrificij, nempe passionis Christi. Verba eius, si forrẽ quis mihi minus credat, sunt hæc:

Huius preciosissimæ hostiæ, nempe passionis Christi, nidore delinitus Pater, iram remisit: & homines prius peccatis immerfos, impuros, & iniustos, & damnationi obnoxios, nunc filij sui sanguine ablutos absoluit, iustificauit, ac sibi reconciliauit.

Huius unicæ oblationis uirtus atq; efficacia non illi modò temporis seruiens, quo Christus in carne hostiam se appendit: sed omnes omnium sæculorum ætates complectens, omnium hominum qui ab origine mundi fuerũt, & in finem usq; sæculi nascituri sunt, delendis peccatis suffecit. Verè enim erat Deus in Christo, mundũ sibi reconcilians. Et: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed pro totius mundi.

De hac oblatione, quæ ad totius generis humani reconciliationem una suffecit, Paulus ait: Unica oblatione consummauit in quæternum sanctificatos.

Vt uerò huius tam efficacis oblationis, quæ omnium hominum salutem plenissimè, sufficientissimè & perfectissimè meruit, omnes homines participes fierent, & eius fructum in se transferrent, Deus ab initio mundi sub lege Naturæ diuina inspiratione in animis hominum sacrificandi ritum excitauit, & mox data lege, diuersa sacrificia monstrauit: quorum omnium hic usus erat, non ut homines Deo reconciliarèt, & salutẽ ipsam mererentur: sed ut per hæc externa sacrificia uenturi sacrificij, in quo redemptionem omnium Deus promiserat, memoria in animis hominum subinde excitaretur, fides confirmaretur, & fructus eius credentibus, & in uirtutem uenturi sacrificij sperantibus applicaretur: & ut quoties  
ista

ista sacrificia celebrarentur, &c. Quemadmodum igitur ante Christi aduentum Deus patribus certa quædam sacrificia tradidit, quibus magni istius sacrificij, quod futurum ipsi expectabant, memoriam in animis suis excitarent, fidem stabilirét, & fructum eius credendo & orando sibi applicarent, & per eorum oblationem beneficiorum Dei gratis animis recordarentur: sic Christus Ecclesię suę mundam & salutarem **CORPORIS & SANGVINIS** sui oblationem **SUB SPECIEBUS PANIS ET VINI** commendauit, qua **CORPORIS EIVS IN CRUCE PRO NOBIS APPENSI**, & sanguinis effusi memoriam subinde in animis nostris renouaremus: & fructum istius oblationis cruentæ, qua in æternum consummauit sanctos, **IN NOS TRANSFERREMVS**. Hoc est enim facere in memoriam eius: id est, gratis animis commemorare mortem Domini, & per memoriam & meritũ passionis eius deprecari Patrem, ut nobis reconcilietur.

Hæc est munda & salutaris oblatio, illius unici sacrificij, quo omnium salus comparata est, rememoratiua, non solum significationis, sed re ipsa in se comprehendens ueritatem oblatarum rerum, quas diuersorum sacrificiorum oblationes olim præsignabant. Eadem nimirum corporis & sanguinis Christi hostia, quę in cruce est oblata, non alia: idem agnus, non alius, & unus utrobique Christus: sed tunc cruento & passibili modo oblatus est, qua oblatione omnibus credentibus remissionem peccatorum & redemptionem sufficienter impetrauit. Nunc uerò eundem sub mysterio & modo intruendo & impassibili offerimus, non ut **PECCATORVM REMISSIONEM** & animarum nostrarum **SALVTEM** iam primum **PROMEREAMVR**: sed ut passionis Dominicę memoriam recolentes, Deo gratias agamus pro salute nobis in cruce impetrata, ibi promeritam peccatorum remissionem & redemptionem fide & **DEVOTIONE NOBIS APPLICEMVS**, & **APPROPRIEMVS**. Hactenus Interim de usu aut fructu Missæ.

Porro concilium Tridentinum secum in hac parte pugnat. Nã primum docet Missam esse tantum sacrificium commemoratoriũ & applicatorium passionis Christi. Paulo pòst in Anathematismis asserit, uerè esse propitiatorium, & pro peccatis ac pœnis, pro quibus uiuis ac mortuis offerendum. Verba prioris sententię hæc sunt: Is igitur Deus & Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis (morte intercedente) Deo patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem



ptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ suæ sponsæ Ecclesiæ uisibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificiū: **QVO CRVENTVM** illud semel in cruce peragendum **REPRESENTARETUR**, eiusq; memoria in finem usq; seculi **PERMANERET**, atq; illius **SALVTARIS VIRTUS** in remissionem eorum quæ à nobis **QVOTIDIE** cōmittantur **PECCATORVM APPLICARETUR**, sacerdotem secundum ordinem Melchisedec se in æternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suū sub speciebus panis & uini Deo patri obtulit, ac Apostolis eorumq; successoribus sacerdotibus offerendum tradidit.

Contrà uerò in Anathematismis sic inquit illi sacri Patres. Canon III: Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem **PROPITIATORIVM**: uel soli prodesse sumentibus, neq; **PRO VIVIS & DEFVNCTIS**, pro **PECCATIS, POENIS, SATISFACTIONIBVS** & alijs necessitatibus offerri debere, anathema sit.

En audis contrariam priori sententiam, quòd sit uerè propitiatorium & satisfactorium sacrificium, quod tum pro culpa, tum pro pœna, tum pro uiuis, tum pro mortuis, & pro omnibus deniq; necessitatibus sit offerendum. Huic oppone quod dicit Interim: Non ut **PECCATORVM** remissionem & **ANIMARVM** nostrarum salutem, **IAM PRIMVM PROMEREAMVR**, &c.

¶ Ita uides euidentissimè pugnare sacrum conciliabulum tum secum, tum & cum alijs Papistis: & porò illud solenne papistarū Interim, Sydonium, Fabrum, & multos alios recentiores cum sanctissimo isto conciliabulo ac seductore archiepiscopo Compsano, in re omnium in Ecclesia maxima contendere, nempe quòd nam sit illud uerum expiatorium sacrificium, quo quotidie peccata nostra abolere, & Deum nobis placare debeamus.

O infelices Papistas, quorum isti pseudoprophete animas ita incerta doctrina susq; deq; iactant, & ueluti in Ixionis rota horribiliter uoluunt, ut miseri nesciant, quo modo uel in uita uel in morte sua peccata expiare, Deū sibi placare, & aditum ad uitam æternā reperire sibi, æternumq; exitium effugere queant num per Missas, aut per solā passionē Christi, aut qua tandē uia, modo uel ratione.

Sed condonanda fortè est recentioribus ista horribilis confusio, aut contradictio istorum abominationis: quia eadem & apud maiores eorum grassata est. Nam Thomas ipse interdù restringit passionem Christi tantum ad peccatum originale, & peccata ante baptismum facta: reliqua uerò per totam uitã patrata uult Missis expiari. Contrà uerò, G. Biel uult passionem ualere & applicari etiam pro alijs omnibus per totam uitam, sed eam applicationẽ fieri perperuis missationibus. Hæc enim sunt eorum uerba:

Thomas Aquinas de uenerabili Sacramento altaris cap. 1. Secũda causa institutionis est sacrificium altaris, contra quandam quotidianam delictorum nostrorum rapinam, ut sicut corpus Domini SEMEL oblatũ est in cruce pro DEBITO ORIGINALI: sic OFFERATUR iugiter pro nostris QVOTIDIANIS delictis in altari, & habeat in hoc Ecclesia munus ad placãdum sibi Deum super omnia, legis sacrificium preciosum & acceptum.

At contrã Gabriel Biel, qui expositionem Canonis ex uarijs authorib. collegit, Beda Rabano, Innocentio tertio, Alberto Magno, Alexandro de Ales, Durando, &c. lect. 85. lit. l. sic inquit: QVICQVID Christus saluator noster MERUIT, se offerens in CRUCE pro OMNIBVS generaliter tam in remotione mali, quàm in collatione boni, VIATORIBVS purgandis, beatis, HOC sacrificio (scilicet Missæ) APPLICATUR particulariter SINGVLIS.

Sic uides pie Lector, istam cateruam seductorum tum iam, tum & olim in omnium maximis rebus ex diametro secum pugnasse, nempe an passio Christi tantũ in baptismo applicetur ad expiationem peccatorum, an etiam postea, Quo sacrificio per totam uitam & mortem nostra peccata expiemus, ac Deum placeamus, Quare aut ratione nobis passio Christi applicetur.

Huc sanè spectat illud eorum peruulgatum dogma, in baptismo quidem remitti nobis omnia peccata, & accipi gratiam gratis propter Christum; sed si quis post baptismum peccet, eum ueluti naufragio facto, non amplius hac nauis baptismi uti posse, sed ad tabulam aut fragmentum pestilentie & propriae satisfactionis confutere debere, si euadere uelit exitium, & denuò in uitam ingredi. Eòdem pertinet, quòd Pauli differentiam de gratuita iustificatione sine operibus, solùm ad primam iustificationem reijciunt.

Edidit apostata sacrificus Ingolstadiensis, concionem de bonis

B operi

operibus, ante biennium festo Palmarum coram Principe & conuentu totius regionis habitam: in qua nouis fucis ac colorib. pingit errores Papistarum. Inter alia dicit, suos uocare & uocasse gratiam iustificantem, ipsam reconciliationem cum Deo. Hæc enim sunt eius uerba:

*Die gnad aber, Gratia auff Lateinsch, hat man genandt die verſöhnung, vnd freündſchafft mit Gott, welche den glaubigen widerfert, durch das Sacrament des Tauffs vnd der Buesse, Was nur, &c.* Vide hominis impudentiam, hac gratia he minem iustificari nos uel maximè contendimus.

At ô bone Deus, si contrarias huic aliorum Pontificiorum scriptorum sententias de Gratia colligere uellem, immensum chaos earum comportare possem. Nam fermè omnes sentiunt, Gratiam iustificantem esse quandam infusam qualitatem. Quin & præfens conciliabulum disertè & seueriter anathematizat eos omnes, qui dicunt, Gratiam iustificantem esse fauorem aut gratuitam recôciliationem cum Deo. Sic iste apostata pulchrè cum alijs recentibus & prioris ætatis Papæ scriptoribus, atq; aded cum præsentî cõcilio conuenit, ut qui id pro Catholico dogmate uenditet, quod illi seuerissimè anathematizant.

Sed pergamus adhuc paululum ostendere dissensionem conciliabuli, & eius procerum aut patronorum. Patres conciliabuli seculò tuentur suas missationes, & totam illam scdam & sacrilegam nundinationem earum. At contrà audi, quid primarij Papistici exercitus antesignani, in colloquio Vuormaciensi, de Missarum uenundatione, de indulgentiarum nundinatione, de monasticorum supererogationis operum mercatura, de statuarum adoratione, & similibus principalibus Papisticae abominationis capitibus, aut potius thesauris pronuncient. Sic enim inter alia in suo scripto, in V confesso, 16. Septemb. per Sydonis episcopum publicè recitato & exhibito, ac mox in acta solenniter relato, de hisce omnibus pronunciant:

Ceterum quod ad primam scripti partè attinet, eatenus utriq; conuenit, ut ad Dei quidem gloriam & salutem animarum studeamus sine odijs, sine omni animorum acerbitate causam publicè cõcordiæ promouere: quod si Domini collocutores in suo scripto præstare uoluissent, opus certè non fuisset nos, qui Catholicam doctrinam defendimus, tam odiosè perstringere, & intempestiua abusu commemoratione, QVOS nos etiam DETESTAMVR, aggrauare.

uare. Neque enim DEFENDIMVS ullos unquam in Ecclesia abusus, neq; defendemus: neq; sumus, qui sæuitiam in pios innocentes exerceamus. Sunt qui recentès errores & ritus, adeoq; superstitiones contra uenerandã antiquitatẽ tueantur, quiq; NORMAM concordiæ ab Ecclesiasticis ABUSIBVS magis quàm à uerbo Dei diuinãq; SCRIPTURA petant.

Quæ omnia cum neq; ad nos, neq; ad causam præsentis instituti seu colloquij spectent, quid attinebat de MISSIS uenalibus, de mercatu INDVLGENTIARVM, de Sacramentorum prophinatoribus, de furoribus currentium ad STATVAS, de monachis MERITA SVA VENDENTIBVS, de quæ alijs PORTENTOSIS SUPERSTITIONIBVS mentionem, non intentiuam minus quàm odiosam, contra nos, tanquam harum rerũ patronos inducere præsertim cum neq; nos, neq; alij doctores in Ecclesia ulli, qui sanę mentis ac iudicij fuerunt, talia probauerint unquam, aut hodie etiam probare conentur? Quòd si etiam fortasse ab ineptis & imperitis hominibus tale quidpiam factum fuisset, non oportebat idcirco totum genus doctrinæ tam acerbis criminationibus in odium uocare: & interim errorum ac uitiõrũ, quę in ipsos fortasse non minus uerè quàm inuidiosè conuerti possent, obliuisci.

Vides istos primarios duces aut capitaneos Papiasticæ factionis nunc damnare ea capita suæ religionis, quę in Papatu uel maximè in praxi uiguerunt, ac adhuc uigent: & in quibus miseri homines passim edocti fuerant, proram ac puppim suæ pietatis, consolationis ac salutis collocare: neq; id solum arbitrio monachorum & parochorum, sed etiam uoluntate & approbatione Prælatorum, Episcoporum, Cardinalium, ac ipsorum Papparum, quorum innumeris bullis isti omnes furores idololatriæ, adiuncta multiplici peccatorum condonatione, & uitæ æternæ promissione confirmati fuerunt: quibus quoq; ex prædictis nundinationibus inuisitus quæstus & ingentes opes annuatim collectæ, missæq; sunt, & adhuc aliqua ex parte mittuntur.

Pudet nunc non nihil istos, ac eorum sodales tam turpiũ & plañe ethnicarum abominationum: eoq; impudentissimè conantur, eas in unius ac alterius, aut certè paucorum quorundam culpã adaciamq; reijcere. Sed quòd fuerit publicus consensus illorum, tum ex tot turgidissimis bullis eorum constat: tum quòd nemo illorum,

lorum, præsertim Papatum, Cardinaliũ, & Episcoporum solenni-  
ter aut notoriè tantis furoribus sese opposuit: imò quodd omnis cœ-  
tus promiscuè, atq; adeò ipsi etiam magnates, Reges & Monar-  
che, easdem abominationes solenniter publiceq; coluerunt, & tur-  
matim perpetuoq; frequentarunt, quin & adhuc frequentant.

Ad quid quæso tandem aliud Papæ soliti sunt Christianos Ro-  
mam pellicere, & pomposissimis amplissimisq; bullis, præsertim  
Iubilei tempore, euocare, nisi ad tales ethnicos cultus? Ad quid  
suas indulgentias per orbem terrarũ istis impudentissimis ralisq;  
rabulis dederunt uenditandas, nisi talis cultus quæstusq; gratia?  
Vbi ullum testamentum factum est iam annis 500, in quo non sit  
ista clausula: Item relinquo tatum pro anima mea, ut mihi tot Mil-  
læ fiant, &c?

Scholastica eorum Theologia, quantumuis sæda ac pestilens, in  
suis Sorbonis latitauit, ac dormitauit, ita ut admodum pauci suas  
conscientias secundum illas inextricabiles argutiolas rexerint. Ve-  
rùm publica templorum & conscientiarum praxis ex talibus abo-  
minationibus tota constitit, consutaq; fuit, ac secundum illas ple-  
riq; omnes sese suamq; religionem rexerunt ac gubernarunt, atq;  
adeò etiam hodierna die in Papatu gubernant.

Itaq; ego ualde laudo operam doctissimi uiri D. M. Raufcheri,  
qui ex ista practica Theologia, aut abominatione, Papistis aliquot  
centurias crassissimorum mendaciorum proprio libello ante ocu-  
los ac in faciem obiecit, ut discerent ex suo proprio lauacro consci-  
entiæ, quibus diaboli stercorebus soliti sint olim, & etiam nunc so-  
leant, suas & aliorum cõscientias lauare, ac supra niuem dealbare.

¶ Postremò igitur, ut aliquando tandem istius (ut cum Vergilio  
loquat) horrendi cõcilij dissidia finiamus, adscribam prolixum lo-  
cum ex quadam Parauij in Italia impressa oratione, quæ Tridenti  
coram omnibus Patribus paulo ante finem, nomine cuiusdam am-  
plissimi, Papæq; addictissimi Germaniæ principis solenniter reci-  
tata est. In qua nõ inuenustè, niuisq; coloribus sacrosanctum istud  
clericorum & prælatorum Antichristi corpus depingitur, ac suis  
proh dolor nimium ueris laudibus collaudatur. Hinc enim cer-  
nas Christiane Lector, quàm suauis harmonia tota ista innumerabi-  
lis infernalium locustarum turba cum uerbo Dei, ædificatione Ec-  
clesiæ, & promotione gloriæ Dei, religionisq; concordet: aut po-  
tius quàm atrociter cum ea pugnet, ac belligeretur. Quæ monstro-  
sa pal-

sa palpabilisq; contradictio istius Synagogæ, nequaquam parui-  
pendenda est.

Reperies etiam in eadem assertionem coniugij sacerdotum, ac  
communione sub utraq; specie: & cõrra damnationem cœlibatus:  
ac deniq; clarissimum testimonium, quod ex cœlibatu cleri ineffa-  
bilis Lerna fœdissimarum turpitudinum exorta sit, & torum clerû  
ac spiritualem istam gentem Antichristi obruerit, penitusq; sub-  
merferit: idq; non intra paucos annos, sed iam longissimo tempo-  
re, multisq; seculis, aded ut intra centum uix unus aut alter repe-  
riatur, cuius non sint notoriæ turpitudines.

Verba igitur præcipua, aut potius tota oratio illa, excepto exor-  
dio & conclusione, ita habet, ut sequitur:

¶ Huic autem malo magnam ansam fuisse præbitam, omnes ho-  
mines sani fatentur, cum à clero, tum à populo: quando hic nullû  
possit inter doctrinam & doctorem discrimen cernere, ille id sibi  
semper licere, quod liberet, arbitraretur. Tamen si aut degenerantis  
populi malitia tanta est, ut per se huic subsequutæ hæreticæ conta-  
gioni abundè materiam dederit: tamen dubiû haud uideretur, quin,  
cum clerus sal terræ esse debuerit, INFATVATVS sit, nec ad eã  
rem, ad quam maximè oportebat, VTILIS: magnam in clero cul-  
pam huius mali uersari, omnes sapientes oporteat confiteri.

In uisitatione nuper habita, quãta omnis generis flagitia in mo-  
ribus cleri comperta sint; quãta socordia & supina negligentia, in  
quibusdam proceribus seu Ecclesiarum prælatis, aurium PVD O-  
RE, ne MANIFESTENTVR, prohibemur. Ipsa morum turpi-  
tudo efflagitat, ne maneant diutius in emendata.

Atque hæc si quis uellet sigillatim, prout per sese RES IPSA  
HABET, atq; exploratè CONSTAT, enarrare, castis PIISQVE  
reuerendis. Patrû AVRIBVS omnino fieret MOLESTVM:  
alij uerò, qui minus firmati sunt, ingens periculosumq; offendicu-  
lum præberetur.

Quamobrem Illustris. Princeps meus hoc abundè satis existi-  
mat, si uobis Reuerendissimis & Illustrissimis Tridentini conci-  
lij legatis atq; patribus, saltem per occasionem insinuaretur, ut dũ-  
taxat accuratissimè uobiscum perpendatis, quàm infructuosa do-  
ctrinæ emendatio futura sit, nisi prius doctores, qui tanquam VA-  
SA doctrinæ iudicantur, ab omni sorde morumq; fœtore expur-  
gati repræsententur populo.

Omnes sapientes peritiq; uiri; unanimi sententia hoc asserunt; hoc efflagitant penitus, ut prius clerus Ecclesiarumq; ministri ac doctores à uitæ SORDIBVS repurgentur, quàm ulla queat fructuosa doctrinæ discussio ac determinatio sæliciter inchoari, ac definiri salutariter.

Deinde nec paruum momentum uidetur, quod hæc perniciosa contagio non modò non cessat TAM longo TEMPORE, sed subinde GRANDESCIT, etià multis uarijsq; amplificata ACCESSIONIBVS. Quippe clerus noster tantis Ecclesiæ calamitatibus nullo modo neq; afficitur, neque affligitur: sed multo magis insolescit, gulæ libidinibusq; indulget: ac quasi uelit in contemptum Dei hominumq; omni genere uitiorum se coopertū potius palàm cognosci, quàm minima aliqua in re emendatum animaduerti.

Vt cætera cleri uitia, quæ cum populo communia habet, taceantur: at cerè libido illa in clero nimis libera atque notoria, propter quam is nunc potissimè infamis est, à plebe irritatoq; populo alienissima esse iudicatur. Siquidem politici magistratus nullum in citili societate ciuem ferunt, qui palàm scortetur: domiq; suæ, quasi in publico lupanari, scorta fouere studeat.

In proxima uisitatione per Germaniam facta, tam frequens concubinatus repertus fuit, ut uix INTER CENTVM TRES uel quatuor INVENTI sint, qui aut manifesti CONCUBINARIJ non fuerint, aut clandestinè matrimonia non cõtraxerint, aut uxores palàm non duxerint. Quæ morum turpitudine in clero uehementer offendit imperiti populi animos, tanto opere ut sacerdotiū unà cum sacerdotibus, doctrinà unà cū doctoribus excretur, dirisq; deuoueat: ita ut sit confestim paratus ad quamuis sectam exire potius, quàm redire uelit ad Ecclesiam.

Præterea nec pauci homines à nobis deficiunt ad sectarios, ob utriusq; speciei prohibitionem: cum arbitrentur, de communione utriusq; speciei expressum Dei uerbum extare, de una specie nullum reperiri. Huc accedit, quòd utriusq; speciei VSUS non modò in PRIMITIVA Ecclesia, sed etià nunc in OMNIBVS orientalibus Ecclesijs frequens est, & quidè CELEBERRIMVS: quin nec Romana ECCLESIA olim ab eodem VSU abhorruit, quemadmodum ex VARIIS diuersisq; HISTORIARVM monumentis edoceri potest.

Nec sanè id parum mouet homines, præsertim in hæc prouincia, quòd Paulus tertius, edita bulla sua concessit Germaniæ Episcopis, potestatem communicandi populum sub utraq; specie. Quod quidem summi Pontificis decretum urgent summi & infimi: illustrissimumq; meum Principem eam ob causam uehementer culpant, quasi (quod abest planè) diuinam institutionem contra EX-PRESSVM Dei uerbum inuideat subditis suis. Ea inuidia, quoniam illustriss. sua Celsitudo uehementer grauatur, frequèntius subditorum querelis apud alios Germaniæ Principes, odiumq; hoc sui æquè domi ac foris ad eò subinde exasperatur atq; increbescit: ut pleriq; quibus ueloces pedes sunt ad effundendum sanguinè, nihil expectent audivis, quàm aliquam præberi mouendis tumultibus occasionem.

Hinc proculdubidè reuerendis. illustriss. S. Concilij Præsidentes atq; Patres perspicuè uident, quanto in periculo uerteretur illustriss. & clementiss. Princeps, propter prohibitionem utriusq; speciei. Itaq; liberè fatetur, nisi autoritate Tridentini concilij hisce malis, quæ à nobis commemorata sunt, salutaris medicina primo quoq; tempore adhibeatur, illustriss. suam Celsitudinem nullo modo in tanta animorù exacerbatione subditos suos regere posse, atq; in legitima obedientia continere aliter, nisi ut magno suo dolore, & haud incerta sinceræ religionis iactura inuitus aspiciat tandem, quod prohibere solus nequeat.

Quanquam uerò, sicuti antea dictum est, illustrissimus & clementiss. Princeps meus hæc grauamina eo animo non proponat sacro Concilio, quasi præiudicium aliquod adferre, aut iudicium auferre uelit: cum non ignoret quid postulet officium secularis Christiani principis: quem deceat, se obedientem Apostol. sedis filium, & non iudicem. controuersæ religionis in concilio exhibere. Quapropter cum hæc talis suspicio procul à persona illustrissimæ suæ Celsitudinis submota sit: tum illud non dedecere se arbitrat, si saltem, quid sibi hisce malis remedij salutariter adhiberi posse uideatur, familiariter & quasi consultandi gratia S. Cõcilio insinuet.

Primum igitur, quantum attinet ad submouenda publica scandala cleri, quibus imperitus populus permotus, subinde magis magisq; efficitur à catholica religione nostra alienior, illustrissima Celsitudo sua putat huic communi morbo duobus remedijs occurrere posse. Quorum prius est, ut clerus iuxta antiquos Canones refo-

metur:



metur: alterum, ut Prælati dent operam erigendis domesticis scholis, & amplificandis publicis Academijs.

Reformare **MORES CLERI** sæpius à diuersis Germaniæ Episcopis tentatū **PARVM FOELICITER**, ac sine omni **FRVCTV**, quemadmodum re ipsa compertum est: cum tam arduū negotium non tam singulorum Præsulum auctoritatem, quàm consensionem uniuersorum rectissimè, utilissimeq; exigat: dum alij ne suos Capitulares confratres offenderent, conuiuere uisi sunt: alij, si quid tentarunt (ut fecerunt certè quidam optimi antistites) nihil tamen efficere idcirco potuerunt, quòd episcopi cæteri idem non uersati sunt reformandi institutum. Quocirca existimat omnè priuatam reformationis operam inutile fore, & infructuosam, nisi eò accesserit Generalis Concilij auctoritas, ac legitima executio decretæ reformationis.

Nec uerò ignorat illustrissimus Princeps, quid à plerisq; ne **SERIA** aliqua morū **REPVRGATIO** suscipiatur, obijci soleat: cum uerendum sit, si clerus ex rigore **ANTIQUIORVM** Canonum reformari debeat, fore omnino ut pleriq; omnes, præsertim parochi, parochiarumq; ministri (qui ferè **OMNES CONCVBINARIJ** sunt) suas Ecclesias deserant, & confugiant ad sectarios, ubi concubinas liceat in uxores sumere, & unumquenq; ex libertate carnis, ita sicuti uelit uiuere. Negari haud potest, quin hæc omnia in malis sacerdotibus expectanda sint, in bonis aut nullo modo.

Verùm utcunq; hoc metuendum uideatur, non defuit tamè olim, nec nunc deest huic malo nodo congruens cuneus. Nam diligentem operam impendere Antistites debebant educando Ecclesiasticæ iuuentutis seminario: & qui in locum eorum qui uel apostasia abrepti, uel morte defuncti essent, restitui possent.

At enim uerò hæc necessaria diligentia cum neglecta est, atque hinc ista **HONESTI** cleri **INOPIA** emerfit: in primis necessarium uidetur, ut summo studio sacrosancta synodus Tridentina legitimum aliquem modum excogitet, quo inopia cleri auferri possit, copia restitui.

Multæ enim adhuc sunt in catholicorum principum territorijs opes, quarum aliæ in continua simonia uersantur: aliæ tenentur ab hominibus indoctis, impuris, inutilibus: aliæ etiam per fraudē eorum qui bona uel maximè tueri debuerant, extinguuntur passim ab ecclesijs, alienatæ & translatae in usus prophanos. Nec dubium est, quia

est, quin si hæc Ecclesiastica bona in certum ordinem redigerentur, posse inde selectum aliquem & copiosum Ecclesiastici seminarij in inuentute plantari cœtum: & ex eo cœtu subinde, ubi necessariae utilesq; personæ requirerentur, tanquam ex instructa officina cæteruatim depromi. Atqui uerò, si hac uia collabescenti Ecclesiæ occursum non fuerit, timendū prorsus, ne aliquando catholicos, tam ui sectariorum expugnatos esse, quam domesticis copijs destitutos perijisse, conqueri oporteat.

Quapropter Illustrissimus Princeps amicè submisitq; admonet sacri Concilij reuerendissimos ac illustriss. dominos legatos, cæterosq; patres, ut hanc rem sibi uelint in primis esse curæ, ne post hac TANTA educandæ iuuentutis NEGLIGENTIA Prælati permittatur. Sperandum enim magnoperè, mirabiliter suas Ecclesiæ uires pedetentim restitui posse, si sedulò operam nauaremus erudiendæ copiosæ iuuentuti, & ornandis fouendisq; pijs ac doctis hominibus, qui Ecclesiam doctrina aduersus hæreses tueri queant: & submouendis inutilibus FLAGITIOSISQVE sacerdotibus, qui suis moribus TURPISSIMIS Ecclesiam uehemèter DEFORMANT, & sua INSCITIA labefactant non mediocriter. Illustriss. uerò Princeps meus quid grauissimis sumptibus & perpetuo studio hac in re conatus sit, referre iactanter minime cupit: testes autem habet quamplurimos, tam eos ipsos quos liberalissimè etiamnum fouet doctores, professores atq; sacerdotes, quam uicinos prouincialesq; Episcopos, & alios etiam catholicæ religionis amantes.

Cæterùm existimant pleriq; uiri rerum Germanicarum periti, tale nunc esse in Germania seculum, quasi quandam occultam naturæ uim, quæ non modò omnes libidinosos, sed etiam moderatos uereq; Catholicos ed perduxit, ut pleriq; omnes castum matrimonium contaminato cœlibatui præferendum arbitrentur. Quâ ob rem animaduertitur passim, præclara ingenia doctissimosq; homines ducere uxores malle, ut careant Ecclesiasticis beneficijs: quàm Ecclesiastica beneficia acceptare, & carere uxoribus: uidelicet cum uideant RELIQUAM cleri MULTITVDINEM, gula libidinumq; FLAGITIIS COOPERTAM, magno detrimento esse ac dedecori Catholicæ religioni, ne ipsi in hoc contaminationis grege uersari cogantur, eorūq; uideri consimilimos. Hinc etenim doctorum hominum in clero penuria extitit, hinc cleri de-

testanda INSCITIA traxit originem: hinc hæretici sumpservunt vires, Ecclesia verò debilitata est.

Periti igitur, qui pressius hæc negocia accuratiusq; discusservunt, existimant, quòd ad sublevandam penuriam docti idoneiq; cleri, vix alia ratione, præsertim hac ætate nostra, in Germania clerus instaurari, ac saltem ad obeunda necessaria Ecclesiæ munera satis frequens haberi queat, nisi MORE PRIMITIVAE ECCLESIAE, docti mariti & ad docendum instructi, admittantur ad sacros ordines: præsertim verò ad prædicandum & annunciandũ populo verbum Dei, Legis enim divinæ cum nõ sit mandatũ, ut oporteat hominem sacerdotem esse cœlibem: siquidem cõstat ex ueterum monumentis atq; historijs, MARITOS sacris ordinibus INITIATOS esse, & non modò ad SACERDOTII dignitatem, sed etiã ad SVBLIMITATEM Episcopi pervenisse: quapropter hanc rem uideri eiusmodi esse, cum qua ius divinum non sit, ut S. D. N. sacriq; concilij authoritas possit ex instinctu divino id statuere pro necessitate laborãtis Ecclesię, quo status cleri instaurari queat, ac vires sectariorũ infirmari. Verũ hoc non aliter in concilio proponi iussit illustris Princeps meus, nisi ut reuerendis. Patres Germaniæ morbos tanto diligentius inspicere queant: & quid remedijs salubriter adhibendum iudicent, opportuno loco & tempore constituere.

Postremò verò, quia fuit hoc consilium statim ab initio huius exortæ dissensionis piorum doctissimorumq; hominũ, ne tanto pe re ob unius alterius ùe speciei usum tanta certamina instituerentur: ipso rei euentu animaduersum est, quòd plerãq; provinciæ in Germania in obedientia sedis Apostolicæ retineri potuissent, ab omni reliqua sectariorum labe immunes, si moderatio quædam in re natura sua indifferente, admilla fuisset. At verò cum populus utriusq; speciei usum, quasi ex divina institutione sibi deberi arbitrareretur, cumq; vicissim is usus à prelatiis constanter denegaretur, surreptitij sectarum duces eam occasionem nacti, sub prætextu divinæ institutionis, & concepto odio irati populi, non solum hoc sanctæ Eucharistię sacramentum penitus prophanarunt, sed etiam sub eodem prætextu diuersa hæresum semina longè lateq; adeò efficaciter disperferunt, ut nunc occasione utriusq; speciei non modò populi Germaniæ, sed & reliquæ nationes instar torrentis ab Ecclesia catholica defluere uideantur.

Ut autem hæc ista tam frequens defectio, tamq̄; feruens decursus saltem inhiberi aliquo modo possit, prudentium uirorum iudicium est, Si S.D.N. ex PLENA POTESTATE sedis Apostolicæ, & ex iudicio S. Tridentini concilij laicis utriusq̄; speciei communionem BENIGNE largiretur, fore ut, qui hactenus sedi Apostolicæ obediētes remanserint, sint in posterum quoq̄; obediētes permanfuri: ac si qui leniter deflexerint, ad obediētiā reuersuri existimentur: quemadmodum in nonnullis cognitum est, qui cum ex indulgentia Pauli tertij compotes deuotionis suæ facti essent, reuersi sunt ad Ecclesiam.

Cum igitur hæc tria, TVRPIS uita cleri, CONCVBINATVS sacerdotum, & prohibitio utriusq̄; speciei, principales causæ sint, cur tanto odio catholicorum, tantoq̄; studio nouitatis, populi nationesq̄; ab obediētia Apostolicæ sedis resiliant, conferantq̄; se ad diuersos sectarum duces: periti sanè Catholici uiri arbitratur, nullis alijs præsijs hoc tempore populū studio nouitatis tumescētem, ne sensim in manifestam defectionem prorumpat, in obediētia sedis Apostolicæ retineri posse, quàm si ad submonendos uitiosos sacerdotes idoneus clerus ex instauratis scholis copiosè educaretur: ad tollendum TVRPEM concubinarum, castis MARRITIS sacri ordines, concionandiq̄; in primis facultas conferretur, & ad placandos irritati populi animos utriusq̄; speciei usus permitteretur. Quia uerò dubium non est, etiā si hæc tria ex quadam catholicæ matris Ecclesiæ indulgentia per auctoritatem præsentis concilij ritè ordinarentur, &c.

¶ En audis Christiane frater, fide dignis. testimonium Synodice orationis nomine illustrissimi & amplissimi aduersariæ partis Principis, de totius illorum cleri & presbyterij, quin & de Episcoporum ac Prælatorum horrenda spurcitie, summa inscitia & detestanda negligentia, quam nec explicare quidem penitus se audere tantus Dynasta testatur.

Audis quoq̄; sententiā de coniugio sacerdotum, & cōmunionē sub utraq̄; specie, quæ dicit probatq̄; esse sua natura libera, & olim fuisse in Ecclesia multum usitata.

Percipis etiam, quātum chaos spurcitiarum, quamq̄; infandam perniciem Ecclesiæ Dei iam longissimo tempore exortam grassatamq̄; per orbem terrarum, cum infinitarum animarum exitio affirmer.

Qualis autem ista consensus aut harmonia est in aduersariorum turba ac confusione, cum alij contrà affirmant, nihil salutaris Ecclesiæ, nihilq; Deo gratius esse ipsorum cœlibatu, ideoq; eum omnibus modis retinendû esse: hic uerò clamet, nihil esse fœdus, perniciosius aut spurcius, Deoq; abominabilius?

Considerent etiam omnes Deum timentes, quàm grata sit ista harmonia consensus uel Deo omnipotenti, & quàm Ecclesiæ Christi conueniens ac salutaris, quòd aduersarij crudelissimè iugularunt innumeros bonos ac doctos uiros ob ista duo, conjugium uidelicet, & integram communionem, quæ iam negant per sese esse impia, & confrentur olim in Ecclesia receptissima fuisse: imò que, uti omnibus quamprimùm concedantur tanquam utilia ac salutaria, uehementissimè sutadent: & quorum contrarium, nempe cœlibatum ipsorum castissimæ synagogæ, orbem terrarum repleuisse innumeris fœdissimisq; libidinibus, constanter & manifestè, publicoq; atq; aded solenni scripto protestantur & contestantur.

Istud uerò est extrema contradictio, ubi Magistratus & prælati immanissima & plus quàm Turcica crudelitate ac immanitate in bonos grassando, ea retinere ac conseruare conantur, quæ non tantum corde ac conscientia, sed & ore propalam atq; aded publicis scriptis extremè condemnant: contrà autem suorum sacrificarum infinitas libidines impunitas relinquunt. Quod abundè testatur sacrifici exemplum, qui superiore anno impunè complures, easq; immaturas uirgines constuprauit, frustra accusante eum eius loci senatu.

Deniq; & illâ symphoniã atq; cõsensum istorû Babylonix procerû consideret omnes intelligentes, & publici boni amantes, uel etiam solùm micam sani cerebri habentes: quòd cum in omnibus artibus & actionibus quantumuis ignobilibus aut facilibus, omniq; omnino uita extremè necessarium sit, ad functionum administrationem adhiberi idonea organa & idoneos ministros, si omnino quicquam uel minimum rectè fieri debeat: nunc contrà ex tam fide digna oratione audiuius nihil sceleratius aut fœdus, nihil imperitius ac negligentius ipsorum clero, episcopis ac prælatis esse, ac iam longissimo tempore fuisse. Expendant ergo omnes homines istam pulcherrimam Babylonici istius regni confusionem.

Crebrò repetit Aristoteles, & id (ut modò dixi) etiam ex cõmuni uita cuius uel bardissimo ac stolidissimo experientia ipsa notissima

num perspectissimumq; est, summam debere esse proportionem & harmoniam inter omne agens ac patiens: alioqui omnem conatum profus euerti, & nullum salutare opus effici posse. At isti tam fœdis ministris, penè dixissem monstris, res omnium maximas ac preciosissimas, religionem, gloriam Dei, & æternam animarum salutem, deniq; omnium uitam, fortunam ac fœlicitatē, & deniq; ipsum omnium bonorum malorumq; fontem, nempe fauorem ac iram Dei, qui maxima ex parte ex religione depēdet, tot iam seculis procuranda tractandaq; concrediderunt: frustra innumeris pijs bonisq; reclamantibus, uel potius sibimet tali pia contradictione exitium accercentibus.

Quis unquam Christianæ religionis nō profus expers ac ignarus credit, aut somniauit saltem, ueram salutaremq; religionem sine Spiritu sancto rectè salutariterq; administrari posse? Quis uerò etiam credat, in talibus Sodomitarum spurcitiarum cloacis Spiritum sanctum inhabitare: & non potius immundissimos inferorum spiritus, qui talibus delicijs & sacrificijs delectantur, & ad tam nefanda opera sua organa & mancipia omnibus momētis extimulant, impelluntq;.

Præclare Paulus inquit: Quomodo ille bene Ecclesiæ Dei præfset, qui propriam domū familiamq; malè regit? Quomodo etiam illi aliorum animas, salutem ac pietatem rectè curarent aut promouerent, qui suam propriam salutem negligunt: quiq; tota uita testatur, se nullum Deum, nullum cœlum, nullumq; infernum, diabolum, aut animæ immortalitatem credere? cuiusmodi esse istos sacrificios, ipsorum proprijs patroni ac gubernatores fautoresq; pleno ore constantissimeq; testantur.

Neq; tamen nunc hoc ideo, aut ita urgeo ex isto orationis istius amplissimo testimonio, quasi non sit eadem turpitude, aliaq; innumera flagitia, totius istius infinitæ pseudospiritualium turbæ, alioqui uel ex ipsa omnibus compertissima experientia longè notissima, uel etiam non ab alijs innumeris hactenus decantata ac deplorata. Quin & ex ipsis Paparum reformationibus, atq; aded ex ipsius papæ Adriani suprâ etiâ de ipsa sacrosancta sede summisq; Pontificibus, ac summis prælatis, longè tristiora audiuius.

Quàm multus est (bone Deus) Baptista Mantuanus monachus, in deploranda, uel etiam insectanda ista abominabili desolatione Babylonis: qui in Italia uixit, & istorum farinae factionisq; fuit, &

sua poemata in Italia edidit? Ex innumeris eius prolixis locis unicum dictum adscribam:

PETRI QVE *domus polluta fluente*  
*Marcescit luxu (nulla hic ARCANA reuelo,*  
*Non IGNOTA loquor, liceat VULGATA referre:*  
*Sic urbes populiq; ferunt, ea FAMA per orbem*  
*Iam uetus Europam) MORES extirpat HONESTOS:*  
*Sanctus ager scurris, uenerabilis ara cynadis*  
*Seruit, honor andæ diuûm Ganymedibus ades.*  
*Quid miramur opes, recidiuaq; surgere tecta?*  
*Thuris odorati globulos & cinnama uendit*  
*Mollis Arabs, Tyry uestes, VENALIA nobis*  
 TEMPLA, *sacerdotes, altaria, SACRA, corona,*  
*Ignis, thura, preces, COELVM est uenale, DEVS q;*

Rectè Paulus affirmat auariciam esse radicem omnium malorû. At quanta sit auaricia spiritualium, ipsorum infinita Symonia & horrida rapacitas qua orbè terrarû deglubûr, nimirû clarè omnib. patefacit. Vbi uerò omnia sunt tantum ad lucrû, quæstumq; comparata & attemperata, ubi sunt (ut modò audiuiimus) uenalia templa, altaria, sacra, mitræ, & deniq; cælum ipsum ac deus: quomodo ibi non esset infinita contradictio ac cõtrarietas, dum Deus Plutus aut Mamon, & uel filia uel mater eius Auaricia, furiosaq; Cupiditas, modò hoc, modò illud exposcit ac flagitat, imperat ac cogit? Ille nimirum Deus iubet precio leges figere ac resigere, & per infinita sacrilegia omneius ac fas confundere: seu, ut Christus dicit, ex domo Dei speluncam latronum efficere.

Auditum est quoq; in ista oratione, de istorum extrema negligètia ac imperitia rerum sacrarum, quæ etiam alioqui est uel pueris ac rusticis notissima. Talis ergo harmonia & consensus in religione necessariò inde Papistis prouenit: qualis oriretur, si aliquem imperitissimum asinum (ut Lutheri pictura habet) aliquam præstantissimam & difficillimam melodiam in aliquo nobili ac multiplici instrumento pulsare aut psallere iuberet.

Summa

Summa, talis harmonia necessariò uel ex sola ista ( ut ita dicam, cum nihil aptius reperire possim ) abominabili infernaliq; monstrositate Papistici sacerdotij resultat: qualis fieret, si furi thesauros tuos, si crudelissimo hosti tuam uitam ac ualitudinem: si lupis, pardis ac ursis oues: si scelestissimis lenis aut lenonibus, uel etiam libidinosis Sodomitibus castas filias, pueros, & sorores: deniq; si infernalibus diabolis animas, gloriam Dei ac ueram religionem cõmendaras. Quod etiam reuera fit. Nam quid aliud sunt istæ, ut ipsi met fatentur, cleri sentinæ ac cloacæ omnium scditatum, quàm ipsissima domicilia, mancipia, & uiua organa infinitarum legionũ, peruersissimorum, ac Deo, omniq; pietati ac honestati, hominũq; saluti inimicissimorum diabolorum?

Eant nunc isti castissimi & sanctissimi sacrifici, & dicant, se offerre filium Dei patri cœlesti pro omnibus peccatis totius mundi, ac pro toto humano genere: seq; eum miseris mortalibus placare ac reconciliare, & iusticiam ac uitam æternam parare: quandoquidẽ CHRISTVS IESVS unicus reuera mediator totius mundi, id efficere, præstareq; non potuit. Næ tales sacerdotes, cum tali sacrificio, ac illo uiuo omnipotenteq; Deo, qui omnibus peccatoribus ignis consumens est, perinde pulchram harmoniam efficient, gratumq; sacrificium offerent: & in sancta sanctorum intrantes, nobis Deum conciliabunt, æternamq; salutem inuenient, sicut Nadab & Abiu, Coræ, Dathan & Abyron, sibimet suis odoriferis thuribus repererunt ac consecuti sunt.

O miserandam cecitatem, uel potius detestandum futorem istorum Antichristi captiuorum: qui credunt efficere istos incarnatos cacodæmonas ullam ueram ac salutarem harmoniam, concordẽq; consensum in uera religione cum Deo & animarum æterna salute: aut unquam effecisse tot hætenus seculis, quibus ista Sardana-palica, Heliogabalica, aut potius Sodomitica caterua per Ecclesiã Dei regnauit, grassataq; est.

**A**T QV E hætenus de contradictionibus, litibus, dissidijs, ac prius Babylonijs confusionibus Papistarũ, quatenus personæ cum dogmatibus religione coniunguntur & considerantur. Nunc ad ultimam partem huius scripti transiens, disseram de aliquibus tantum contradictionibus, perturbationibus & confusionibus; ubi ipsamet istorum religio, uel potius cõfusa abominatio, secum



secum disfidens, pugnat, ac semetipsam confundit, intricat & redarguit. quod in omnibus falsis artibus ac scientijs, cum rectè expenduntur, deprehendi solet: teste experientia, & ipso etiam Aristotele. Mendacia enim plerunq; semetipsa destruunt ac refutant, si modò probè & non somnolenter expendantur.

¶ Primùm igitur in hac parte ordiar dicere de primatu Papæ, què pro terreno deo Papistæ habent, ac etiam disertè nominant: uel potius secundum Paulum & Danielelem, supra omnem Deum colunt: cuius tyrannis aut officium, semetipsam euertit ac refutat. Docent enim Papistæ, & ex Scriptura malè contorta, omniq; alio artificio & industria probare conantur, Papam utrumq; imperium, Ecclesiasticum scilicet & Politicum, in toto terrarum orbe diuino iure habere. Hoc uerò manifestè secum pugnat. Nam propter innumera grauissimaq; negocia in toto mundo occurrentia, ad hæc oblongitudinem infinitamq; locorum distantiam, prorsus impossibile est tale regimen ac functio, etiam summo alicui angelo, nedù uni homuncioni. Quando enim epistola, uel tabellarius, aut etiam legatus aliquis ex extrema India, aut ex Antipodibus Romam uenturus esset: & rursus eò rediturus, allaturusq; pontificales bullas, dijudicationes & indulgentias? Quare hæc opinio continet eandem in se contradictionem, ac si diceret: Asinum oportere uolare, aut glaciem ac niuem calidam esse. Quid autem dicemus de infinita linguarum diuersitate? ut illorum hominum sensa istis, aut uicissim istorum illis perspicere planè impossibile esset. Quanta, bone Deus, sensuum diuersitas & certaminum difficultas, sepe uel ex istis communissimis notissimisq; linguis oritur, si quid (exempli gratia) ex Gallico, Germanico aut Italico sermone in Latinū transferatur, uel contrà?

¶ Secundò: Is idem, si dijs placet, & orbis terrarum duplicatus, seu tum politicus tum spiritualis Monarcha, in omnibus suis bullis & diplomatis proclamat, se esse seruum seruorum: cum re ipsa sit ac esse conetur dominus & tyrannus omnium dominorum: cuius foetidos pedes calceamentaq; omnes principes, reges & monarchas deosculari, eūq; seruiliter adorare omnino oporteat. Verùm forsitan Seruus in eo titulo per antiphrasim intelligendus est, quòd Dominus dominantium sonet: aut Stoicè & Theologicè, quòd Papa ideo sit maximus seruus, quia cum suis Curtisanis omnium generum sceleribus & flagitijs, præ cunctis fermè mortali-

bus seruiat. Qui enim peccat, seruus est peccati.

¶ Tertiò: Optimi quiq; Papistarũ doctores fingunt, & docet, homines per gratiam, & simul etiam per bona opera saluari. Hoc dogma secundum Paulinam sententiam est maxima contradictio. Nã is expressè dicit: Si ex gratia est, non est ex operibus, & uicissim. aliàs gratia non gratia esset, & opera non opera: Rom. iii. Ita Papislica doctrina de iustificatione uidetur Paulo sibimet pugnare, & extremè contradicere.

¶ Quartò: Fœdissima simul & pestilentissima contradictio est, quòd primùm contra Paulum, totamq; Scripturam, & nostras Ecclesias, imputatiuam Christi iusticiam blasphemè non tantum negant, sed etiam scurriliter exagitant: quasi impossibile sit, hominẽ aliena iusticia, merito, aut sanctitate iustificari. At interea nihil fermè aliud agunt, quàm ut imputatiuam iusticiam iactent ac celebrent, omnibusq; persuadeant: quando quidem omnibus uendunt & obrudunt iusticiam, merita, sanctitatem, aut bona opera suorum sanctorum, Francisci, Dominici, Claræ, & similium. Quin & sua supereruditionis opera, accepta pecunia, datisq; diplomatis peccatoribus, uendunt: & docent, Deum illa in eos transferre, eisq; imputare, ac ipsos propter illa saluare. An non est hic palpabilis error, aut potius furor extremus, tollere longè perfectissimæ iusticiæ Christi imputationem: & interim suæ sordidæ, uel potius flagitiosæ iusticiæ transcriptionem imputationemq; miseris peccatoribus obrudere?

O' Deus, reprime istos atrocissimos Antichristos, & unigeniti dilectiq; filij tui amarulentissimos hostes, qui sese in locũ filij tui, ut agnos peccata mundi tollentes, collocant, ostentantq;. Nota autem tu Christiane frater, hanc blasphemam & sacrilegam contradictionem: & simul rei ipsius declarationem de imputatione alienæ iusticiæ, operum ac meriti: & deniq; istorum uertiginem tum reijcientium, tum & ponentium asserentiumq; imputatiuam iusticiam.

¶ Quintò: Papisstæ concedunt uerum quidem esse, Christũ pro nobis esse passum, crucifixum & mortuum: at tamen simul necessarium esse contendunt, nos etiam per nostra bona opera iustificari. Hæc opinio ex diametro pugnat secum, teste Paulina doctrina, in qua scriptum est Gal. 2. Si per Legem est iusticia, Christus frustra mortuus est. Sic ergo illi sibimet contradicunt, dum & Christum

D non

non frustra passum esse, & iusticiam operum asserunt.

¶ Sextò: Gratiã iustificantẽ dicunt esse qualitatem diuinitũs infusã: fidem, esse qualitatem diuinitũs infusã: iusticiã, quã coram Deo iusti simus, esse qualitatem diuinitũs infusã. Summa, omnia sunt eis qualitas infusa. Nec possunt discernere gratiã iustificantẽ à charitate, à iusticia, aut omnino à uirtute. Fœdissimè ergo res diuersissimas confundunt, & sibi met contradicunt, dum rebus diuersissimis eandem essentiam tribuũt, quas Scriptura tan-  
topere distinguit.

¶ Septimò: Papistæ clamitant, culpã peccati in hac uita per absolutionẽ & meritũ Christi deleri & cõdonari, sed nõ penã purgatorij. Hæc etiã est cõtradictoria uanitas: quia tota uis penã sita est in culpa. 1. Cor. 15. Stimulus mortis est peccatum, seu mors est stipendium peccati: ut ubi non sit peccatum, nec mors. Tum porrò quid aliud est remissio peccatorum, quàm purgatio aut mundatio quædam? Quid igitur ijs quæ sanguis Christi purgauit, purgatorij igne opus est?

¶ Octauò: Flagitant à misero peccatore satisfactionem pro suis peccatis, & tamẽ interdum dicũt peccata à Deo gratis condonari. Quomodo uerò ille pro suis peccatis aut debitis satisfacere posset, qui quicquid habet, debet? quiq; etiã si omnia plenissimè faceret, esset seruus inutilis? Quomodo ille pro suis debitis satisfactionem supplex mendicare cogitur? præclarissimè cum eo ageretur, si non omnibus momentis insuper noua debita cumularet. Sic isti seductores & sibi met contradicunt, & unicam sufficientissimãq; Christi satisfactionem pro omnibus totius mundi peccatis sceleratè pedibus conculcant.

¶ Nonò: Papistica religio multa & uaria ieiunia præcipit: at interminuquam alibi quàm inter sacrificos monachos & monachas. quin & ut uulgò, nunquam maior est helluatio & comessatio, infinitaq; delicia, quàm cum ieiunant: quod omnibus notissimũ est. Esuriunt nunquam eorum spirituales, sicut multo minus: sed perpetuò helluantur, diem uertentes in noctem, & noctem in diẽ. Inspice modò eorum obæstratem & uentrositatem. Illa nimirum sola abunde ipsorum ieiunia, & pulcherrima opera supereructationis indicabit.

¶ Decimò: Papa, suiq; seductores præcipiunt suis (uti eos nocãt)  
religio

religiosis castitatem, & mirificè cœlibatum suum iactant ac uenditant, tanquam si per eum sibi alijsq; cœlum ac uitam æternam acquirant. At interim omnia spurcissimis libidinibus, super Sodomam & Gomorrhæam contaminant. Quod non solum Christiani, sed etiam Turcæ atq; Tartari sciunt, & nobis Christianis foedissimè exprobrât. Au diuimus suprâ multa ac fide dignissima testimonia, præsertim duarum Synodicarum orationum, & Mantuani, idè testantia.

En tibi Papisticæ abominationis concordiam, uel in solo cœlibatu: quòd uidelicet, dum uolunt uideri castitatis studiosissimi esse, omnibusq; suis unctis eam seuerissimè iniungunt, & alios ad illam sedulo inuitât, ea ipsa lege ac doctrina cœlibatus orbem terrarum spurcissimis libidinibus usq; in cœlû replent, & iam pluribus seculis repleuerunt. Quis est illorum sacrificus, qui tantum unam corrumpit? Innumeri uerò sunt, qui propalam iactitant, se plurimas uicitasse. Notissimum omnibus est, recentissimum Landshutani pastoris exemplum, qui complures immaturæ ætatis puellas sceleratè constuprauit. En tibi Papisticorû pastorum harmoniam, qua suas ouiculas in cœlum deducunt.

Inest quoq; eis ille diabolicus furor, quòd unam concubinam non diu ferre possunt, sed subinde alias atqui alias infernali face inflammari flagrantissimè ardent, & quidè plerunq; honestissimis matronis aut uirginibus studiosissimè & astutissimè insidiantur. Si singulis diebus unam contaminare possent, putarent se perfrui ipsò cœlorum regno.

Habent porro opes, quibus corrumpant eas: habent ignauum ocium, ut eis uacet perpetuò instare & insidiari alienæ pudicitia. Habêt lautissimum uictum, ut præsentè Cererè & Baccho, & tam lauta sagina, necesse sit in eis feruere Venerè. habent extremâ impunitatem, ut quidlibet ausing. Nam nec politicus magistratus eos audet attingere, utpote sub alio foro existentes: nec prælati ipsorû eos castigant, utpote simili spiritu spurcitiæ obsessi, cõtaminatiq;.

Quin potius illud planè notorium est, Episcopos habere annuû uestigal à suis sacrificis, de eorum scortis: quo persoluto, liberimè scortantur. Porro quas isti spurcissimi nebulones uel semel cõtaminant, eas nemo sanè mentis ducit. Sic manèt perpetua scorta, plurimos passim sua turpitudine cõtaminantia, seduloq; suâ artè in alios & alias propagâtia. Hinc crescit castitas inter Christianos.

¶ Undecimò: Quæ potest esse in ulla re tetrior pugna, quàm cum ars, præcepta aut modus agendi, cum ipsa rei natura pugnat: ut si quis in plumbo natat, aut ex subere uel etiã plumis globos bombardicos facere conetur? Quod in istorum castitate accidit. Deus sua diuina sapientia ac omnipotentia ita condidit hominem, ut sit ad procreandum non tantum idoneus, sed & pronus ac procliuus. Quod esse omnibus animalibus longè naturalissimum, etiam ipsi eruditi philosophi in natura animaduertunt, ac testantur. Sic enim præclare de hac re inquit Arist. lib. de Anima 2. Hæc enim operatio maximè omnium operationum uiuentibus est naturalis: uiuentibus inquam hisce quæ sunt perfecta, non membris capta, quæq; non sine semine oriuntur: unumquodq; inquam aliud sibi simile procreare, animal quidem animal, plantam autem plantam, ut sint semper hoc pacto, conditionemq; subeant (quoad possunt) diuinam. Id enim ipsum appetunt uniuersa, gratiaq; ipsius omnia agunt, quæcunq; secundum naturam agunt. Duplex est autem id, causa cuius cætera fiunt: atq; unum est, quo: alterum, cui. Cum igitur semper esse, conditionemq; diuinam subire cõtinuatione nequeant animantia, quia fieri nequit ut caducorum atque mortaliũ quicquam idem unumq; numero semper permaneat: ut unumquodq; potest, sic æternitatis conditionisq; diuinæ particeps est, aliud quidem magis, aliud autem minus: permanetq; non ipsum, sed tale, quale est ipsum, numero quidem non unum, specie autem unum.

At isti Antichristi, ueluti quidam terrigenæ Gigantes, conantur Deo, creationi, & rerum naturæ bellum inferre, cogentes homines ad abstinentiam ab omni procreatione. Quæ diuinæ ordinationis & creationis inuersio quàm eis pulchrè succedat, in propria uita ac castitate nimis euidenter ostendunt. Accidit enim eis idem, quod illi qui lapides sursum uersus supra suum caput iactat, uolens eos docere sursum uolare. Et insuper in tali diuinæ creationis ac ordinationis inuersione infinitum sanguinem piorum fundentes, ingratam sanctitatem & meritum uitæ æternæ collocant. O' furorem supra omnem furorem.

¶ Duodecimò: Pugnat omnino ista Babylonica abominatio ac confusio multipliciter secum, & cum ipsa rei natura. Infinitum id esset in omnibus partibus eius ostendere. Nunc tantum inter alia hoc etiam expendatur. Volunt isti habere doctos sacerdotes, &

ad id

ad id eos multis (ut ita dicā) uerbalibus canonibus urgent: sed contra dant eis contrarios Reales. ordinant indoctos, perdunt eis tempus inani & nugaci battologia precū, & imponunt eis munus murmurandi Missas & officia (ut uocant) ubi nulla utilitas, nullum exercitiū aut usus est eruditionis. Itaq; ista ratione fit, ut si quis etiā doctus ordinetur, cum citò obliuiscatur quod antè sciuit.

¶ Decimotertiò: Volunt habere (aut saltem id simulant) honestos sacerdotes, & ad id eos urgent uerbalibus canonibus: & interrim dant eis istos quatuor Reales, ut dixi, aut efficaces causas omnis nequitiae: quæ sunt, 1. Opes, 2. Cœlibatus, 3. Impunitas, 4. & Ocium. 5. Quibus adde fœdissimū superiorum, ac deniq; supremorum prælatorum exemplum. Est præterea falsa doctrina, aut spiritualis scortatio, quæ eos malo spiritu replet. Dentur & imponantur illis contrarij canones, qui nostris concionatoribus sunt impositi, nempe 1. Tenuitas stipendiorum, ut uix se suosq; alere possint. 2. Coniugium, ubi uxor & liberi probè cicutur patrem: sicut ille lupum, & alius mare (ut uulgares fabellæ habent) cicutari uolebant. 3. Imperatur eis graues functiones ac labores, qui in ministerio Euangelij Christi requiruntur, nam inanis garrulitas aut boatus battologiae istorum perdit quidem tempus, at nō defatigant uel corpus uel animū. 4. Sint subiecti gladio sui magistrarus in rebus huius mundi, & cogantur reddere rationem uitæ, morum ac doctrinæ. 5. Deniq; dent eis superiores bonum uitæ exemplum. 6. Sextus uerò (ut dixi) realis canon omnis nequitie ac scelerum, est impura doctrina, per quam eos à Spiritu Dei desertos, spiritus immundus occupat, & ad omnia scelera impellit, præsertim ad spurcitiam libidinum. Est igitur plerunq; carnalis scortatio spirituali, id est, falsæ doctrinæ ac religioni adiuncta, ut & Paulus Rom. 1. testatur. Hi sex impij canones aut causæ efficaces scelerum, possent uel Dauidem ac Salomonem euerte-  
re, uel etiam angelum cœlestem.

Proponantur ergo eis contrarij sex Reales canones, de quorum quinq; iam dictum est. Sextus porrò est doctrina religioq; pura, quæ multipliciter emendat uitam, nempe instituendo, Spiritū sanctum largiendo, & diabolum excludēdo, ueram inuocationem accendendo & docendo, & præsentī ope Dei muniendo, ac deniq; corda renouando.

Pugnat ergo istud regnum aut confusio Babylonis secum horri-

biliter & palpabiliter, dū suos spirituales uult uerbalibus canonibus reformare, Reales interim efficacesq; canones aut causas omnium scelerum eis concedendo, uel etiam obtrudendo.

¶ Decimoquartò: Sic pugnat eorum religio foedè cum natura, dum in suis monasterijs omnibus hominibus eandem regulā obtrudunt: perinde facientes, ac si ineptus sutor omni pedi eundem calceum induat. Quod sæpe reprehendit ac taxat Erasmus: imò & Christus ipse pharisæis, flagitantibus ut suos discipulos ad ipsorum normam ieiuniorum ac disciplinæ adigeret, proposita similitudine utrius ac musti, ostendit, aliud alijs conuenire, & ubiq; debitam proportionem aut harmoniam seruandam esse: ideoq; non omnes ad unam rationem uitæ cum exitio ipsorum ac conscientie læsione adigendos esse. Multos itaq; hac repugnantia, teste Erasmo, in suis monasterijs & collegijs interficiunt, aut alioqui in trifris morbos corporis & animi conijciunt.

¶ Decimoquintò: Per sacra Euangelia usitatissimum est illis iurare, hisce uerbis: Ita me Deus iuuet & sancta quatuor Euangelia, quasi Euangelia sint Deus, ut eos iurantes exaudiant & iuent. Cum legitur in eorum Missa Euangelion, accédunt luminaria, de regunt caput, stant, quin & incensum ac suffitum ei libro offerunt. Initium porrò Euágelij Ioannis in collo gestatum, est illis præsentaneum remedium contra omnia mala. Ita in abusibus summè honorant & colunt Euangelia, ut quendam uiuentem Deum. Contrà in uero usu extremè ea contemnunt, uocantes ea literam mortuam, &c. & insuper contendentes sibi licere, idem dictū aut mandatum Euangeliorum modò sic, modò aliter exponere ac interpretari, atq; ad eò etiam praxim in Ecclesia exercere: ut ostendunt re ipsa, dum in ipsomet sacrosancto Testamento Christi pro arbitrio ludunt, modò utramq; speciem secundum eius institutionè probando, modò contrà damnando, modò iterū eam cōcedendo. Sic illi in hac parte foedissimè secum pugnant.

¶ Decimosexto: Sic se cum pugnat ista Pontificie religionis Chimæra, dum eius administri simulant se ex sacris literis uelle ueram religionem discere & docere: & tamen id agunt, ut diligenter scrutentur ipsos genuinos sacrarum literarum fontes, Græcos ac Hebræos: quin potius illos haud obscurè abijciunt, dum statuunt nefas esse discedere à uulgata incerti authoris uersione: quam esse in plurimis locis falsam, infiniti eorum farinae literati publicè confitentur.

tentur: dumq; eas linguas quibus sacræ literæ scriptæ sunt profuso neglexerunt, uel potius atrociter persequuntur.

Imò nec illud quidem agūt, ut collatis Scripturæ testimonijs ac locis, considerataq; linguarū proprietate, scrutētur accuratè, quid saltem primariæ uoces in sacris literis significent: ut sunt, Peccatū seu Iniusticia, Pœnitentia, Fides, Iusticia, Lex, Euangelion, Gratia, Iustificatio, Imputatio, Renouatio, Bonum opus, Sacramentum, Sacrificium, Caro, Spiritus, & similia. Nominent mihi aliquē ex ipsorum Synagoga, qui hæc uocabula collatis Scripturæ locis diligentius explicuerit.

Sumunt igitur horum uocabulorum significationes partim ex Aristotele, partim ex communi ac temerario usu, uel potius abusu quorumuis scriptorum, aut etiam uulgi: & habentes alienissimas illorum uocabulorum significationes, quasi illotis manibus irruūt in illud diuinum sacrarium sacrarum literarum, audituri prophetas, Christum, Petrum, Ioannem, aut Paulum: qua ratione non ab illis discunt ueram Theologiam, sed eorum sensum ad suam inscitiam per præconcepta uocabulorum significata, & ad sua omnino somnia, ueluti cereum nasum eis affingentes, attemperant.

Notarunt id erroris ipsimet Sorbonistę iam olim in suo Thoma, ut habetur in Appendice uoluminis Sentētiarum: qui tamen multo adhuc leuius sequentibus Theologastris, in hoc genere peccauit. Quid potest hac pugna aut contradictione absurdius esse? ut Romanum senatum consulas, ac intelligas, discas Punicā aut Persicam linguam?

Hodierna quoq; die cauent sedulò isti seductores, ne uera significata horum primariorum uocabulorum eruant, & perspicuè proponant: scientes nimirum sic appariturum, suam matęologiam toto cœlo à Paulina theologia diuersam esse. Sic cernis Christiane Lector, etiā in hac parte Papiesticæ theologię extremā contradictionē.

¶ Decimosēprimò: Monachi & monachę Papiistarum uocant & simulant se solitarios, cum potissimùm in frequētissimis urbibus habitent, aut certè uersentur.

¶ Decimosētaud: Simulant & dicunt se semetipsos affligere, & mundum deseruisse: cum in locis amœnissimis & fructuosissimis habitent.

¶ Decimonond: Vouent & iurant paupertatem, cum iam fermè soli totum orbem terrarum possideant: & reliqui Christiani, quos



quos laicos & mundanos, ipsi Spirituales, contemptim nominant, sint aut subditi, aut alioqui ministri, famuli, ancillæ, aut etiam scorta eorum.

¶ Vigésimò: Papistæ dicunt suos monachos promittere obedientiam, cum tamen se auellant ex obedientia Dei: & eius præcepti loco ponant & sumant humanas regulas. Ex obedientia quoq; parentum & magistratum, episcoporumq;, per exemptiones & pontificalia priuilegia: quod liquido apparet. En tibi consonans harmonia eorum religionis.

¶ Vigésimoprímò: Lutherus, p. m. solitus est dicere: Papistæ orant sine intellectu, sine affectu, & cum contradictione. Multipliciter profectò sibi ipsis in oratione repugnant: iauocant loco Dei Petrus, Dominicum, Franciscum, Christophorum, aut etiam aliquam foedissimam statuam Lampfaceni dei (ut supra ex Catharino audiimus) & dicunt, Tu es pater noster, aut Aue Maria: cum sciant Christophorum, Franciscum, aut statuam non esse Deum, nec uocari Mariam. Eodem modo appellant & implorant etiam statuarum truncos, ossa, laceramenta uestium, & similia, coram quibus orantes in genua procumbunt. Secum ergo ipsi foedissimè pugnant, dum truncum aut pieturam ore appellant Patrem: & interim conscientia eorum eis dicit, esse tantum truncum, lapidem, colorem, putres os, aut lacerum panniculum.

¶ Vigésimosecundò: Ad Deum clamant, Pater noster: dubitantes interim de eius gratia ac fauore, imò habentes eum pro inimico & se uero iudice, sicut etiam hoc ex sua doctrina de iusticia per bona opera, necessariò sequitur: & ipsi dogma dubitationis, ut catholicissimum audacter tuentur. Propria etiam conscientia & opera eos accusant, conuincunt & damnant. Quandoquidem nolunt suis peccatis unicùm Christi sacrificium aut meritum opponere: sed statuere uolentes suam operum iusticiam, iusticiæ Christi subiecti non fuerunt, aut sunt: ut Paulus loquitur.

¶ Vigésimotertio: Finem orationis suæ concludunt uocula Amen, quæ significat certam fiduciam de suarum precum exauditione à Deo: at illi contra in corde dubitant, quin etiam dubitandùm esse docent ac contendunt, num Deus ipsos exaudiuerit.

¶ Vigésimoquarto: Similis Papistarum contradictio aut repugnantia in precatione, illa quoq; est, quòd cum precatio nihil aliud sit quàm pauperrimi extremeq; egentis mendicatio misericordiæ, remissio-

remissionis peccatorum, & alterius cuiusvis opis Dei: illi contrā putant, se ita orando aliquod ualde bonum magnumq; opus Deo præstitisse, & grande meritum meruisse: quia etiam globulis supputant, quantum illarum preciosissimarum mercium Deo dederint: ut scilicet scire possint, quantum ille uicissim sibi pro istis tantis suis meritis debeat. Quid autem magis contradictorium est, quàm mendicum supplicem, misericordiam opemq; Dei implorare, ut sibi indignissimo & indigentissimo gratis succurrat: & simul contrā statuere, se illa ipsa sua mendicatione magno beneficio diuitem afficere? Nimirum si eam mentem mendici diues prospiceret, fustibus eum abigeret. Nec sanè Deus aliter erga istos médicos mercatores, secū ex æquo cōtrahentes, affectus esse censendus est.

Hoc profectò longè calamitosissimum, maximeq; deplorandū est, quòd isti miseri seductiq; homines in ea ipsa parte aut opere pietatis, ubi maximè solum Dei auxilium, solatium ac salutē quærere & expectare deberent, sibi et ipsis multipliciter sædissimeq; contradicant, secumq; perniciosè pugnent.

¶ Vigesimoquintò: Insuper dicunt seductores isti, hominem facientem ea quæ pro uirili præstare potest, certè consequi salutem: at tamen dubitare eum iubent de accepta gratia Dei. Quomodo itaq; ea certa esse possunt, quæ ab ipsismet in dubium uocantur?

¶ Vigesimo sextò: Illi quidè miseris peccatoribus proponunt interdum promissionem Dei de Gratia, eosq; à peccatis absoluunt: nihilominus tamen docent, eos de hoc Dei beneficio dubitare. Nōne hoc est ITA & NON, calidum & frigidū ex uno ore spirare? cum is qui absoluit, dicit: Ego te ab omnibus tuis delictis liberū esse pronuncio in nomine Patris, Filij & Spiritus S. Et rursus dicit: Tu dubitare debes, an tibi peccata à Deo sint remissa, nec ne. Ita simul ait & negat ille pater spiritualis, ac si diceret: Ego quidem tibi hoc, nomine uiuentis Dei affirmo, sed tu noli mihi credere.

¶ Vigesimo septimò: Porrò clamitant, etiam non renatum hominem præceptis Dei integram obedientiam ex suis naturalibus uiribus præstare posse, quoad substantiam præcepti, sed non quoad intentionem præcipientis. Quid uerò aliud est intentio præcipientis, quàm plena perfectio, absolutioq; præcepti, seu integra obedientia? Ideo sibi et ipsis reluctantur. Quid enim aliud uult Deus hoc præcepto, Dilige Deum ex toto corde, tota anima, omnibusq; uiribus tuis, & proximum tuū sicut teipsum: quàm hoc ipsum, quod

E præce-

præceptum sonat? Hæc est certè & intentio præcipientis, & substantia præcepti.

¶ Vigesimo octavo: Nunquam sufficienter de istius Ægyptiæ caliginis confusionibus & contradictionibus dici potest, quas istud unicum istorum dogma de dubitatione secum affert. Nolunt nos fidere in gratuitam misericordiam Dei, & meritum Christi, ubi & promissiones benignissimas, & mandata seuerissima fidendi habemus. Econtrà uerò uolunt, nos fidere ipsorum impijs Misis, uigilijs, meritis supererogationis, meritis & intercessionibus sanctorum, ac innumerabilibus electicijs arbitrarijs seu temerarijs cultibus, & humanis traditionibus: ubi prorsus nullum mandatum aut promissionem, sed potius contrà seuerissimas minas ac prohibitiones Dei habemus.

¶ Vigesimo nono: Pugnat atrocissimè dubitatio ista cum spe, quam ipsi quoq; multum deprædicant. Quomodo enim tu ab eo quicquam boni sperares, aut certò expectares, de cuius erga te uoluntate dubitas? Certè hæc contradictio ita est euidentis, ut etiam ab ethnico intelligi queat. Si Cicero dubitat de uoluntate Pompeij aut Cæsaris erga se, profectò non potest suam in eum spem collocare, aut multum ab eo opis auxilijsq; contra Clodium expectare, aut sperare.

¶ Trigésimo: Pugnat eadem dubitatio ex diametro etiam cum charitate aut dilectione Dei. Quomodo enim eum diligeres, de quo dubitas, an ipse tibi amicus sit, aut hostis? Itaq; Paulus & Iohannes, totaq; Scriptura semper nostram erga Deum dilectionem deducit ex sensu dilectionis Dei erga nos.

Sic & Christus Lucæ 7. ex sensu gratiæ condonationis debiti, quæ nimirum ex amore aut misericordia procedit, dilectione debitoris erga suum creditorem nasci ostendit. Contrà uerò docet, eum parum diligere, cui parum remissum est. Quomodo erga is diligeret, qui cum certò sciat se plurimum debere, prorsus dubitat an sibi omnino quicquam remissum sit aut non, & an Deus sibi sit propitius aut non?

Ita istorum unum dogma dubitationis adèd cum tota reliqua doctrina ac Christiana pietate pugnat, ut eam planè totam funditus euertat.

Eadem dubitatio etiam Deum ipsum mendacij arguit, qui plus quàm maternis blanditijs, omnibus peccatoribus sese offert, suaq; gratuita

gratuita beneficia illis obtrudit ac ingerit: eorumq; in se fiduciam, adhibitis etiam iuramentis de sua benignissima erga eos uoluntate, excitare conatur.

¶ Tricesimo primò: Præterea audacter garrunt isti, suas Indulgētias condonare peccata, & de ea re diplomata obliquata peccatori, inscripto proprio illius nomine, uendūt. Hoc si ira est, ad quid quæso conducit meritū Christi, & absolutio sacerdotis? uel cur de condonatione dubitare iubent? Ad quid diploma bullatū, annuncians mihi reconciliationem cum Deo, & uitam æternam, si de tota ea re dubitare debeo? Imò quid aliud est illud dubitare, quàm totum id diploma & absolutionem mendacij arguere?

¶ Trigesimo secundò: In figmento uel diabolica potius doctrina de purgatorio, ualde multas habent contradictiones. Iam autē tantum unicum recitabo, eamq; lepida historia contentam. Antuerpię ante paucos annos fuit quispiam aliquāto facetior & dicacior, sua uiorisq; ingenij homo (ut est ea gens) qui crebrò ac propalàm ueluti per risum iocumq; dicere solitus est, se certò scire, in igne purgatorio uel paucas, uel planè nullas animas esse.

Quod cum sacrificij & monachi, ac alij suorum bonorum operū & indulgentiarum mercatorculi audissent, metuentes purgatorij ignem in odium & cōtemptum unà cum indulgentijs uenturum, suasq; culinas tanto frigidiores fore, capiunt & accusant eum corā inquisitoribus.

At ille eadem hilaritate frontis, & uultu quo antè fuit, ueluti ludibundus dicit, se sermones suos de purgatorio fateri, & etiam probare uelle. Iussus ergo dicere, inquit: Vos ipsi R. patres fatemini, docerisq; Indulgētias innumeras animas ex purgatorio redimere. Porro etiam uos ipsi dicitis, quamuis Missam ad minimum unā animam ex igne purgatorio liberare: primam uerò cuiusuis sacerdotis Missam, quindecim animas. Deinceps asseritis quoq; quod nullus Turca, Iudæus, hæreticus, aut impœnitens Christianus flāmas purgatorij adeat: sed tantum pœnitentes Christiani, qui pro peccatis suis in hac uita nondum plenè satisfecerunt. Nunc certè negare haudquaquam potestis, quin quotidie multo plures Missę recitentur, quàm pœnitentes Christiani moriantur. Hinc necessariò sequitur, nullam animam in purgatorio esse. Hanc ergo meam fidem ego ex uestris concionibus, uestroq; proprio ore didici. An sit hæretica, uos iudicate.

Cum itaq; sancti illi homines bene intellexissent, se suo proprio gladio iugulatos esse, nec contra apertam ueritatem quicquā proferre possent, tantum acerbè ipsum increparunt: additaq; comminatione mandarunt, ut in posterum de his taceret. non enim spectare ad ipsum, tanquam simplicem & laicum, hominemq; parum sanæ mentis, garrere de hisce tam arduis rebus.

Similis huic historia narratur etiam ante 100 annos in Germania accidisse. Nobilis enim quispiam nimium grauatus annuis pensionibus, quas pater moriens, ac à monachis dementatus, testamento uicino monasterio legauerat, ut Monachi cum suis uigilijs aut nœnijs, Missis, & bonis operibus eius animam ex purgatorio liberarent: audiensq; ibidem Monachos recentes indulgentias amplifsimis & bullosissimis uerbis uenditare, & audacter affirmare quòd si quis illas redemisset, protinus ea anima, cui eas emens applicuisset, euolaret ex purgatorio in cœlum: & cogitans de suo compendio, simulansq;, se mirificè cupere suum patrem perfectè liberare, bonam magnamq; summam pecuniæ illis pollicetur, si modò certò sibi promittere, ac suis etiam diplomatis confirmare possent, animam sui patris indubitanter talibus indulgentijs liberatam iri.

Ibi lani illi hiantes & inhiantes prædæ promittunt, iurant & deierant, rem esse certam: confirmant quoq; & constabiliunt non solum illis impressis Papalibus indulgentijs, sed etiam sui monasterij ac ordinis quoq; sigillo, quin & suis suorumq; Generalium, uti eos uocant, subscriptione, animam ipsius patris profus tali indulgentiarum emptione liberatam iri.

Dat ille pecunias, accipit indulgētias, & quales omnino uult confirmationes ac diplomata: & abit, præparās se ad futura certamina.

Aliquot mensibus postea, redeunte patris anniuersario, & tempore ordinariæ pensionis, postulant Monachi legatas pecunias. Ille contrà negat, se quicquam posthac daturum: quia anima patris sit dudum per illas tam bonas, efficacesq; indulgentias, quas ab ipsis emisset, liberata, nec amplius eorū ope missationeq; indigeat: quod ipsimet tot suis promissionibus, iuramentis & diplomatis ac subscriptionibus confirmarint.

Defertur lis ad episcopum, cadit causa nobilis. Verùm ille (ut sunt plerunq; audaces & feroces) indistis more Germanico monasterio ac monachis inimicitijs, tandiu eos ipsorumq; prædia infestat, donec tandem Monachi facta pace, annuas illas pensiones, ad-

dita etiam non parua pecunia multæ loco, quod suis literis non fecerissent, ei remittere coguntur.

Palpabilis ergo simul & turpissima contradictio est, quod isti & summam efficaciam suarum indulgentiarum ac Missarum, in liberandis animis ex purgatorio, abolendisq; peccatis, placando Deo, & omnibus omnino malis auertendis, impudentissimè plenisq; buccis iactitant: & simul asserunt, plurimas animas, etiam maiorû nostrorû piè mortuorum, quibus tot Missæ ac indulgentiæ coemptæ sunt, adhuc in purgatorio hæere, ideoq; noua Missa & indulgentiarum emptione redimendas esse. Quod facit, quod etiam diuinitus, & præsertim principibus, regibus ac monarchis, infinitas indulgentias & infinitas Missas coemendas esse docent. Res uerò hæc manifestissimè arguit, nihil aliud ab istis agi aut spectari, quàm ut falso religionis prætextu orbis terrarum pecunias ad se coaceruent.

¶ Trigesimo tertio: In Missa sunt infinite cōtradictiones, de quarum aliquibus etiam supra dixi. Sed iam tantum unam recitabonem nempe quod aliqui eorum fatentur, Christum semel pro peccatis totius mundi plenè in cruce sacrificasse, Deum reconciliasse, & peccata nostra expiasse. Contrarium uerò dicunt in Canonibus & alibi etiam, quod sacrificando Missas pro uiuis & mortuis, proq; peccatis suis, Deum placent, sicut supra plenius ex ipsorum ore audiimus. Quod reuera nihil aliud est, quàm (ut etiã Epistola ad Hebræos dicit) testari, nullum perfectum sacrificium expiationemq; per Christum esse factam & impletam, nec Deum esse reconciliatum: alioquin profectò semel tandem cessarent istud suum propitiatorium sacrificium perpetuò offerre, & in finitis uicibus, omnidie, in omnibus angulis iterare, ut Paulus Hebr. 10. testatur.

¶ Trigesimo quarto: Deus bone, quomodo se torquet, uoluit ac inuoluit antiquus ille serpens, in ista sua abominatione, dum sibi in ipsomet sacrosancto testamento Christi iustum locumq; parare conatur. Incertum est, quibus uerbis Christus suam primam Missam in cœna consecrauerit & obtulerit: ut ex Innocentio III, Durando, Scoto, Caietano, & præsertim Catharino constat, qui de hac re proprium librum scripsit, ut supra ostendi.

¶ Trigesimo quinto: Grauidissimè etiam sudat idem tortuosus serpens, dum conatur persuadere homines, Christum præcepisse fieri Missas. Quare contra euidentissimam ueritatem & expressam

Pauli interpretationē, uerba, HOC FACITE IN MEI COMMEMORATIONEM, à sacra cœna Domini ad suam Missam uolenter trahunt: quin etiam excommunicant & anathematizant in conciliabulo eos, qui illa uerba non de Missa, sed communionē exponunt, qua sacrilega audacia etiam ipsum Apostolum ac selectum Christi organon excommunicant.

¶ Trigesimosexto: Quid manifestius ac detestabilius illa una cōtradictione, quæ est in istorum tota Religione, & præsertim in Missa, excogitari posset, quod cum ea tota, omnesq; eius partes, minimaq; actiones, atq; aded gestus ac nutus, Christum eiusq; passionem (ut isti quidem interpretantur) nobis figurēt, & ueluti ante oculos depingant: tamen reuera nihil perinde miseris hominibus efficaciam meritumq; passionis, ac unici sacrificij Domini in plenissimam planeq; letheam obliuionem adduxit, ac Missa. In omnibus enim difficultatibus ac miserijs, ubi ad solum Christum eiusq; meritum, & per eum porro ad thronum gratiæ confugiendum erat, mox ad Missas tanquam unicum asylum aut sacram ancoram confugiebatur. In morte ipsa, ubi uel maximè erat moribundo unicus ille Dei agnus, eiusq; unicum sacrificium ostentandum, & fiducia peccatoris in eum excitanda: ibi tantum ad Missas ac uigilias, similesq; nugas innumeras peccator deducebatur, & adhuc in Papatu deducitur. Itaq; nullum fermè testamentum est, quin illam clausulam habeat: Item relinquo pro anima mea, huic aut illi monasterio aut collegio sacerdotum, hoc aut illud, ut mihi tot Missæ pro ea summa, precio aut prædio fiant, &c. An hoc non est Christum cum suo sacrificio prorsus sepelire?

¶ Trigesimosextimo: Papistæ dicunt, coniugium esse aded rem sacrosanctam, ut sit etiam diuinum sacramentum. Contrà tamen interdicit suis sacerdotibus, monachis & nonnis, illud, ueluti re ipsos extremè polluentem. Quid manifestius & fœdus hac contradictione? Quinetiam dicunt, in coniugio uiuere, esse idè quod secundum carnè uiuere, & libidinibus uacare, ut expressè blasphematur in sua Decretali epistola papa Syricius. An non est hæc euidēs & fœdissima istorum religionis contrarietas & contradictio?

¶ Trigesimosextimo: Fingunt Papistæ, suos sanctos in hoc mundo fuisse pauperissimos, diuitiarum maximos contemptores, & liberalissimos in omnes egentes. At nunc contrà, postquam migrarunt in cœlum, docent, eos uelle summis sumptibus templorum, sacrificio-

sacrificiorum, statuarum, & omnis generis preciosissimorum donariorum coli: nec ferre posse, ut quid uel minimum de illa Cræsi opulentia, quæ in eorum templa congeritur, in pauperes erogetur. An non est hæc palpabilis contradictio & pugnantia, quam etiam Erasmus in suis Colloquijs exagitat: quod sancti uiri hic in terris existentes, & terrenis rebus indigentes, fuerint opum contemptores: nunc contra in opulentia cœlesti existentes, sint earum cupidissimi?

¶ Trigesimonond: Eadē contradictio est in istorum religione, quod cum doceat, sanctos hic in terris fuisse modestissimos ac humilimos, omnemq; gloriam soli Deo tribui uoluisse: nunc contra fingit, ita eos gloriæ cupidos ambitiososq; esse, ut templis & aris se dignos censeat, se pro mediatoribus & opitulatoibus coli uelint: ac deniq; cadauera & putria sua ossa, atq; aded uestes pāniculosq; sordidos, & ipsas demum suas imagines coli adorariq; præcipiat. Qui honor nisi eis contingat, sæuire eos in mortalium genus, immisso igne S. Antonij, aut alia calamitate.

¶ Quadragesimò: In reliquiarum Sanctorum ueneratione maximum cultum Papistæ collocant. At ibi quoq; ingens, & simul multiplex contradictio est. Dicit Erasmus, tantum reperiri ligni de cruce Christi per Christianitarem sparsi, ut iustæ naui onus exple re possit: cum Christus olim totam suam crucem gestauerit. Sed concordabunt (credo) facile isti belli homunculi hanc cōtradictionem, ac dicent, tunc fuisse maiores ac robustiores homines: uel etiam Christum sua diuina omnipotentia non solum tantum, sed etiam multo maius onus gestare potuisse. Sic idē scribit, immensam copiam passim haberi sanguinis Christi, item lactis diuæ Virginis.

Editus est dudum libellus, qui commemorat plurima sanctorū corpora & capita, quæ in diuersissimis locis esse iactentur, & miseræ plebeculæ non sine maximo quæstu adoranda & inuocanda ostententur. Quæ contradictio ut manifestissima est, ita etiam sine eo libello omnibus notissima, & iam olim quoq; decantatissima.

¶ Quadragesimoprimò: Quid sanctius habent Papistæ suis sanctis, eorumq; libro Legendarum: unde penè omnem suam pietatē miseri homines ante hæc tempora haurire sunt conati? At innumera ibi mendacia & palpabiles cōtradictiones reperiuntur. Quod etiam eorum proprii scriptores, ut Ludouicus Viues & alij, in suis libris contestantur.

¶ Quadra-



¶ Quadragesimosecundò: Vicina huic contraditio est, quòd uehementer aduersarij urgent & asserunt, paupertatem & mendicantem esse rem cultumq; per sese Deo longè gratissimum, eumq; maxime in suis cultoribus paupertatem requirere. At contrà ijdem persuadent hominibus, nihil esse Deo gratius, quàm si ei superbissima templa extruantur, & ingens copia auri, argenti, gemmarum & ferici offeratur. Summa, præcipuum & Deo gratissimum cultum, in opulentia collocant: sicut Daniel Antichristum facturum esse prædixit. Ita secum ipsa pugnat istorum doctrina. Rectè autem illud quoq; uulgatum eis obijci posset:

*Dicite pontifices, in templis quid facit aurum?*

Num emet sibi Deus cibum? cum sciant & cõfiteantur, Deum istis non indigere, nec ea curare, sed ultrò ea nobis miseris hominibus largiri: sicut & ipsemet istam peruersissimam opinionem Psalmus 50. austerè redarguit, & nos ad offerendum tantum uota precesq; id est, ad mendicandum iuxta suum hostium inuitat, inquit: Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiã te, & tu glorificabis me.

¶ Quadragesimotertid: Porò etiã docent aduersarij, paupertatem esse cultum Dei: & diuites quasi prorsus damnant, diuitiasq; tanquam rem immundam uituperant. Quare magnus Dei cultus, & ualde bonum opus apud eos est, desertio suarum rerum, præsertim si ipsis eas dones. Contrà dicunt, opulentos, per eleemosynas, emptas indulgentias, missas, uigilias, peregrinationes, perempta opera supererogationis monachorum, &c. per structuram templorum & altarium, ac præsertim monasteriorum, facile consequi salutem posse. Id quod diuitibus quidem est facile factum, pauperibus non item. Itaq; opulentis ac potentibus, principibus, regibus ac monarchis infinitas Missas pro eorùm anima deboant & demurmurant: pauperibus uerò uix unam, aut ne unam quidè. Quare stante hac doctrinæ ratione, de salute illis desperandum planè erit, aut certè per infinita secula seculorùm in purgatorio igne ardèdum.

¶ Quadragesimoquartò: Vicina huic contraditio est, quòd dū uolunt uideri excirare in hominibus studium bonorum operum, necessaridè contrà ad extremam auariciam, iniusticiam, ac rapacitatem suos impellunt. Docent enim, nihil non posse pecunijs in Papatu obtineri: indulgentias, dispensationes, absolutiones, opera supererogationis spiritualium, infinitas Missas, & similia. Præterea cogitat, sicut ille in Terentio: Si tanto Deo ralem ludum ludere libuit,

buit, cur non & mihi? si Deus, sancti, sacer cultus, & omnes nostri Religiosi tam sunt auri cupidi: cur ego tam diuinam rem non omnibus modis quærerem, & coaceruarem?

¶ Quadragesimo quinto: Papiſtæ excommunicant in ſuis Canonibus, eos qui fornicatoris ſacerdotis Miſſam audiunt, ut habetur in Decretis diſt. 81. hiſce uerbis: Si qui ſunt preſbyteri aut diaconi, qui in crimine fornicationis iacent, hiſ interdicimus Eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant, ſeq; emendent: ſi uerò in peccato ſuo perſeuerauerint, imperamus uobis, ne eorum officia, orationes & cultus audiat, quia BENEDICTIO eorum uertitur in MALEDICTIONEM, & oratio in PECCATVM. Si autem huic noſtro mandato non obtemperaueritis, ſcītote uos EXCIDISSE ex GRATIA DEI in IRAM, EXCOMMUNICATOS ESSE. Contrà alibi dicunt, eorum Miſſam eſſe nihilominus bonā, ſalutarem, utilem, audiendamq; , qualiſcunq; etiam ſacrificulus foret.

Sic & contradicit ſibi met euidentiffimè iſta abominatio, & omnes Papiſtæ ſunt excommunicati. Quis enim eorum non audit ferre me quotidie concubinarij ſacrifici Miſſam? Sicut ſuprà audiuiſmus, Synodicam ampliffimi ipſorum principis ac ſingularis patrōni orationem teſtari, inter centum ſacerdotes uix eſſe unum aut alterum, qui non ſit concubinaris. Sic Papiſtæ ſecundum ſuā propriam doctrinam & ius, ex ſua religione cultuq; peccatum, maledictionem, & amiſſionem gratiæ reportant ſibi domum. O' deteſtandam contradictionem.

¶ Quadrageſimo textò: Si modò aliquis intuetur Pontificium quempiam hypocritam aut monachum, ualde diſſonam contradictionem in ipſo inueniet: quia uultus triftis, in terram demiffus, & omnes eius geſtus ita apparent, qualiſe ſuaq; opera & omnem ſuā ſanctitatem omnino nihili faceret, ſed ſemet pro abiectiſſimo & ſummo peccatore & inſimæ ſortis homine æſtimaret, ſicut ille publicanus in templo. Idem lingua ac ſermo ſimulat, fingitq; contrà in corde ſuo, ſuperbit & tumidus eſt, ſemet iuſtificans, & alios præ ſua ſanctitate pro immundis deſpiciens: ac deniq; cogitans, ſe ſuis bonis operibus non ſolum ſibi, ſed etiam alijs hominibus, tanquā quidam nouus Melchias aut ſaluator mundi opitulari: eoſq; in regnum cœlorum, ſuis ſacrificijs & meritis ſupererogationis adducere poſſe, & ſe pro ſua perſona nulla remiſſione peccati indigere.

Ideo sua superbia, arrogantia & fastu longè superat pharisæum in templo orantem.

Quare quotiescunq; aliquis eiusmodi Papisticum hypocritam, aut potius histrionem conspicit, re bene expensa, deprehendet in eo multas crassas, contradictorias, sibiq; inuicem pugnantes opinioniones. Quomodo itaq; maior contradictio uel esse uel excogitari potest, quàm ubi aliquis in rebus spiritualibus contra seipsum, uultus ac lingua contra cor, & econtrà cor ac conscientia contra linguam & faciem dimicant & pugnant?

¶ Quadragesimo septimò: Deniq; quoniam sæpissimè hæc regula ab eis exponitur, quod quæcunq; aliquis bona intentione & animo faciât, pro uero Deoq; acceptissimo cultu sint habenda: inde necessariò sequitur, ipsos multos, aut etiam infinitos contrarios cultus habere: quia alius hoc, alius illud, tertius iterù aliud statuit ac eligit: & ut dicitur, Quot capita, tot sensus: item, Cuiq; suù pulchrum est.

¶ Quadragesimo octauò: Huic ualde uicina extremarum dissensionum & cõfusionum radix ac scaturigo uberrima est, quod profusus conculcant sacras literas, & pro suo arbitrio quod uolunt statuunt: imò etiam quòd dicunt se esse Ecclesiam, Ecclesiamq; esse supra Scripturâ: sibi ergo magis quàm Scripturæ credendum. Irè, sibi licere & interpretari, & praxi etiam, opere ac usu ipso exercere, idem præceptum aut sententiam uerbi diuini, modò sic, modò aliter, atq; aded etiam in contrario sensu, prout sibi uidebitur: sicut id prolixius in Norma Synodi ostendimus, citatis ipsorù proprijs prolixissimisq; dictis. & ipsimet id coram toto mundo testantur, modò probando communionem corporis & sanguinis Christi, se euadum Christi institutionem: modò eandem condemnando, & tantum sub una specie communicandum esse decernendo, rursus nunc denuò integram communionem comprobando.

¶ Quadragesimo nonò: Vetus ac peruulgatum dictum est inter Christianos, In nomine Domini inchoari omne malum: *In Gottes namen hebet sich alles vnglück an.* Sumptum autem est hoc dictum ex Papalibus bullis, exactionibus, excommunicationibus, interditiis, & mille alijs huiusmodi fraudibus, quæ omnes sub prætextu nominis diuini ac gloriæ Christi fiunt. Quin & ipse Papa nomè uicarij Christi sibi usurpat, omniaq; uult uideri ipsius gratia agere: attamen nihil minus facit, quàm ut Christi uoluntatem ex eius uerbo

bo cognoscat, uti solent ac debent legati ac procuratores diligenter suorum dominorum mandata ipsis tradita expendere & sequi: semper crepât unâ cum suo conciliabulo, se regi à Spiritu sancto: curant sæpe demurmurari, aut potius deoboari Missas de Spiritu sancto, eius opem implorant: & tamen nihil minus curant, quàm diuinitus traditam & à Spiritu S. inspiratâ Scripturam, quæ est omnium rerum præsertim in Religione agendarum norma. Quin illi potius furiosè detonant, se esse Ecclesiam, scripturam à se omnem auctoritatem accipere: sibi igitur multo magis quàm ipsi credendû esse, se habere ius dispensandi contra uetus & nouum Testamentû, contra Apostolum & Euangelistam, ut eorum ius habet. Et uideamus eos praxi usu aut re ipsa grassari, in ipso meditullio, aut intimo sacrario adytûq; Euangeliorû, nempe in sacrosancto testamento Christi, modò probando, modò damnando, modò iterû dispensando eius diuinam institutionem.

Quid potest esse magis contradictorium, quàm talis religio ac politica Ecclesiastica, quæ sub titulo, prætextu ac specie Christi, eiusq; gloriæ, Christum eiusq; gloriam ac religionem extrema contumelia afficit?

Hoc prorsus olim præfiguratum est ab impijs Christi parricidis, per id quòd eum purpura uestierunt, spinis coronarunt, & sceptrû ei dederunt, ut regem salutarunt, & deniq; eum aceto ac felle potarunt.

¶ Quinquagesimò: Eorum doctrina, ut suprâ dixi, omnia collocat in infusis diuinitus qualitatibus & habitibus, & omnino uult uideri totam pietatem collocare in corde, & interna domesticaq; bonitate. At Erasmus rectè contrâ probat, omnem eorum Christianismum tantum in externis ritibus ac ceremonijs situm esse. Vide eius Colloquia.

¶ Quinquagesimò primò: Accusant nos, quòd nimis facilem faciamus religionem, & aditum ad regnum cælorum. At ipsorum religio est simul tum difficilis ac impossibilis, tum & contrâ facilissima. Difficilis, atq; aded impossibilis est, quia uolunt, hominè suis proprijs operibus coram Deo iustificari & saluari. Contrâ est etiâ facilissima, quia externam istam disciplinam habent pro iusticia coram Deo ualente: quia Originale peccatum, quod est in Christianis, negant esse peccatum: quia iubét dubitare de Dei erga nos uoluntate, quod est nobis omnibus innatum: quia omnia collocant

in externis ritibus ac ceremonijs, ut dictū est, quas facile est præstare, sed cor regere ac Deo offerre est impossibile. Item eorum religio est facilima, quia eorum sacramenta dicunt esse efficacia & salutaria, etiam sine fide aut ullo bono motu utentis: præterea quia concedunt, omne id esse gratum Deo cultum, quod quis facit bona intentione. Cōcedunt igitur, ut unusquisq; faciat, quod sibi bonum esse uideatur, aut quod cuiq; libet. Dicunt nos posse satisfacere pro peccatis nostris, & indicunt aliqua leuia & ludicra satisfactoria opera: ut est curare fieri aliquot Missas, aut dare aliquot pauperib. eleemosynā, aut duob. uel tribus dieb. ieiunare, aut aliquot Pater noster & Aue Maria demurmurare, & similia, quæ facile etiam à Turco præstari possunt. Deniq; si quis nulla planè habet bona opera, eum nihilominus dicunt per indulgentias, Missas, monachorum & sanctorum merita, ac opera supererogationis saluari posse. Ita est istorum religio difficilis, imò impossibilis: & contrà etiam facilima.

¶ *Quinquagesima secunda:* Summa summarum, quæ potest excogitari tetrior contradictio, quàm quod nunc Papæ, eius Cardinalibus, Episcopis & Prælatibus ac concilio, tota religionis cura, dijudicatio, & Ecclesiæ instauratio, ac Cleri reformatio concreditur? Manifestum enim est ex ipsorum impurissima uita, eos nec Deum nec diabolum, nec cælum nec inferos credere. Notissimæ sunt omnibus eorum cruentæ historiæ, quæ in isto ipso conciliabulo, hoc biennio propter libidines, scorta & adulteria acciderunt.

Liquidò quoq; patet ex ipsorum extrema tyrannide, qua cunctos Christianos in extremam ac turpissimam seruitutem redegerunt, atq; aded ipsos etiam summos Monarchas ad suorum pedum oscula adegerunt, eos tantum regnum huius mundi quærere.

Euentissimum est ex ipsorum infinitis perpetuisq; expilationibus, quibus orbem terrarum rapacissimè deglubuerunt, & quotidie adhuc (ubi modò possunt) deglubunt, & prorsus excoriant, ipsos non animarum salutem, sed pecuniarum prædam quærere.

Manifestè cernitur ex tot ipsorum reformationibus, de quibus suprà latius disserui, eos nullam sinceram sui reformationem unquam facturos. Accumularunt multas myriadas canonum, decretorum, & mandatorum, contra libidines ac symonias: & tamè nec unum quidem serid exequuntur. Itaq; ista horrenda flagitia, & alia, hodierna die non tantum alibi in grege sacrificorum & prælatorum:

torum: sed etiam, idq; longè maximè, Romæ, præsertim in aula & Curtisanis aut familia sanctissimi, eiusq; ac Cardinalium intimis, uel in ipsis potius Cardinalibus, atq; aded in illa ipsa sacrosancta sede foediùs grassantur, quàm unquam.

Pro exemplo reformationis sacri conciliabuli, uel hoc unum sufficiat nunc proposuisse, quòd isti patres statim initio istius conciliabuli, iam fermè ante 20 annos seuerissimè (si uerba spectes) decreuerunt, ut omnes Episcopi ac prælati per sese concionentur, ac oues sibi concreditas pascant. Num autem tam longo tempore, id uel alius quisquam, uel etiam ipsimet toties in suos Episcopatus & prælaturas reuersi fecerunt? Nihil minus. Imò ita ualde ac belè in hac parte Reformationis sese reformando profecerunt, ut nunc editis prolaxis libris, negèt Episcopos iure diuino teneri ad residendum in suis Episcopatibus, multo minus ad prædicandum eis.

Quod etiam magis contradictorium ac secum pugnans ius est, quàm quòd istis conceditur, ut in præsentibus controuersijs religionis & correctione disciplinæ simul sint rei, actores, aduocati, & iudices? Quis sanè mentis credet unquam, eos ulla ex parte suas uanas glorias, pompas, potentiam, opes, fastum, & multijugas turpissimasq; libidines, quod eorum recta Reformatio extremè flagitat, ulla ex parte imminuturos?

Quid etiam est magis uero concillio, ac legitimo iudicum confessui contrarium, quàm eos non tantum non esse obstrictos ullis iuramentis ad seriam inquisitionem ueritatis, & dijudicationem promotionemq; iuris: sed etiam ipsi summo reo, nempe Papæ, esse seruiliter diris iuramentis ac execrationibus deuinctos, & prorsus deuotos? Atq; aded ita esse prorsus illi obnoxios, subiectosq; ut sit eis dominus non tantum fortunarum ac dignitatis, sed etiã uitæ ac necis. Quibus modis omnibus sunt isti sanctissimi patres summo pontifici obstricti, & ueluti incatenati. Quid etiam magis contrarium esse potest ueræ cognitioni controuersiarum religionis, quàm quòd isti patres, atq; aded alij omnes seuerissimo Papæ mandato prohibentur, alterius partis scripta, nempe nostrarum Ecclesiarum, cognoscere ac legere: quod est certissimum.

Eadem ergo hic contradictio est, quam supra ostendimus, ut si quis euem lupo, uitam hosti, thesauros furi, uirgines castas spurcissimo alicui lenoni uel lenæ aut Sodomitæ, aut deniq; animas & gloriam Dei diabolis & portis inferorum concredat, cõmendetq;.

Vides Christiane Lector, esse innumeras tum crassissimas, tum & foedissimas pugnas & contradictiones in ipsamet ista Babylonica religione, uel potius abominatione ac confusione, ubi sepositis etiam personis ac seductoribus, eorumq; affectibus, ista ipsa superstitio secum pugnat, & semetipsam damnat ac redarguit. possent huius generis infinita planè reperiri, si quis diligentius inquireret: quæ si omnia in unum coaceruarentur, & cum hisce à me utcunq; enumeratis pro dignitate explicarentur, iustum profectò uolumè explerent. Verùm hæc nunc breuiter proposui, ut uel gustum tam tetrarum contradictionum Lectori præberem: uel etiam ansam illi darem, de alijs similibus cogitandi: aut etiam doctioribus, diligentioribus ac ingeniosioribus aliquibus prolixissimè scribendi de tota hac uberrima utilissimaq; materia.

Hæc nunc dicta sunt de Papistarum turbis, controuersijs, sectis ac discordijs in religione: quæ aded prægrandes sunt & horribiles, ut foediores nec esse, nec excogitari tatum possint. Cæterùm hæc omnia multo breuius, simplicius & tenuius à me tractata sunt, quàm tantarum foeditatum abominanda impietas, & Ecclesiæ Dei utilitas, imò Christi etiam ipsius gloria requireret, qui uult abominations Babylonice bestię quàm luculentissimè patet fieri, & septuplum ei à pijs pro sua teterrima tyrannide rependi. Valde autem oprandum esset, aliquem facundum, doctum, & talium rerum peritum id sibi negocij sumere, ut hæc materiam quàm luculentissimè plenissimeq; pertractaret, & pro necessitate suis ueris uiuisq; coloribus illuminaret ac illustraret.

**Q**UOD autem in tanta confusione & contrarietate abominationum nihilominus Papistica synagoga uideatur saltem externa specie utcunq; sibi inuicem cohærere ac consentire: non aliter ac prorsus lacera uestis nouo lineo panno suffulta atq; corroborata, pulchrè uideatur exterius eam contuentibus sibi inuicem cohærere, integraq; esse. Plurès sunt causæ, quæ etiam plures diuersasq; species consensus aut concordie gignunt. Quarum PRIMÆ, & quidem longè maxima est, illa Christi regula, aut sententia de regno inferorum aut cacodaemonum: nempe sathanam non esse contra sathanam. sicut uulgo etiam de sceleratorum cõcordia dicitur, Vnus coruus non effodit oculos alteri.

Simillima profectò est Papistarũ concordia in religione, Ethnicorum

eorum concordiae in illa sua horribili abominationum confusione. Nam etsi apud Ethnicos quaelibet regio, dominium, ciuitas, imò etiam quilibet homo suum idolum habuit, & cultum excogitauit: eundemq; cultum ac idolum crebrò, temerè ac pro libitu mutauit, ut qui hodie illum Deum colebat, cras alium, & sic deinceps coleret: tamen quò ad religionem, facile inter se conueniebãt, nullus alium damnabat de quapiam hæresi aut errore, neq; diabolus filiam contra matrem, filium contra patrem, aut contrà, tunc temporis, eius uic religionis gratia excitabat (sicut Christus uaticinans de uera Ecclesia ac regno suo dixit) cum tamen ad eò pugnantes & contrarias sententias & opiniones inter se habuerint, ut ne quidè ab aliquo plures excogitari possint.

Sicut Ethnici omnes deos in unum (ut ita dicam) stabulum uel locum includere, eosq; in uno templo ritè colere poterant, uidelicet in Romano Pantheo: ita etiam Papistæ 11000 uirgines, ut S. Mauricium unà cum suis 6000 Aethiopibus, in uno templo inclusum, adorare possunt: unam quoq; diem omnibus sanctis dedicare, illaq; eos ritè colere queunt. Deus autem gloriam suam nulli alij dare, aut communicare suum honorem uult, ut ipsemet in propheta testatur. Nemo Papistarum facile alium propterea damnat, aut cum eo uehementius contendit, etiam si sciat eum totam suam fiduciam prorsus in alium sanctum, quàm suus sit, collocare, & prorsus per aliam uiam aut modum aut medium uelle saluari: imò si sciat, eum prorsus alterius status aut idoli opem implorare: sicut Erasmus narrat in suo Naufragio, alium implorasse alterius sancti aut etiam statuæ opem: ut alium inuocasse Mariam Lauretanam, alium Angelicam, & alios alias statuas Mariæ dicatas, aut sub eius nomine uenditatas, & confectis miraculis celebratas. Quæ est, ac omni iure nominari debet, Diabolica concordia.

¶ SECUNDA causa & consensionis istorum species est, quòd quoniam Papistæ non magnopere curant, aut rationem habet ueræ, synceræ, incorruptæq; doctrinæ, ut illa uniformis sit: sed pietatem præcipuè in cæremoniis, in bona opera & Missas suas, idq; ex opere operato collocat: facile hos patiuntur, qui modò publicas cæremonias, usuq; receptas semper in eodè bono (ut dicunt) tractat & peragunt, & simul sanctis Papæ prælatosq; adorant, nec quicquã eis contradicunt, etiam si intus in corde nihil non errorum & monstrorum crediderint. Hęc etiam ETHNICA quædã concordia dici potest.

Huius



Huius Papistarum Ethnicæ concordia illustre exemplum & regulam habes apud Ludouicum Viuem. Is enim narrat, Domitium Calderinum, qui circiter ante centum annos uixit, nō esse solitum sua sponte frequentare templa, cultusq; , præsertim autem Missam: uerū non rard accidisse, ut admonitus, ac ueluti expugnatus ab amicis, secum eum trahentibus, nihilominus Missam adierit, cū hoc epiphonemate: Eamus sanè, quandoquidem ita uultis, ad cōmunes errores. Ita cum affecti fuerint multi sapientes inter Ethnicos, ut etiam Cicero ac Seneca de semetipsis produnt: multi itē in Papatu, ut etiam si uiderent esse multos errores in eorum cultu ac religione, tamen non grauatim dissimularent ac ferrent eos, ne amicos & alios offenderent: non est mirū si sit aliquis inter eos non quidem animorum aut sententiarum, sed externorum tantum rituum, gestuum & actionum consensus. Tale exemplum Papistici Ethniciq; consensus habuimus superius, in citato textu Petri de Soto: qui cum in re grauissima dissentiat à plerisq; alijs omnibus Papisticis seductoribus, docens & asserens Scripturam longissimè supra Ecclesiam esse, nec eam accipere suam auctoritatem ab Ecclesia: nihilominus adijcit, se contraria sentientes non damnare. quasi uerò ipse sit, damnare aliquem: & non potius magnitudo erroris eum cogat damnare illos, siue ipse uelit, siue nolit, etiam si sit angelus de cœlo, Petrus, Paulus, aut eorum uicarius Papa.

¶ TERTIA causa, uinculum aut species coniunctionis Papistarum est, quod cum simpliciter pro oraculis habeant, adorentq; ea omnia, etiā si sint iniusta ac proflus impia, quæ sanctissimus eorū Papa pronunciat, non possunt non mox consentire in quotis uel maximo ac grauissimo dubio. Eadem enim ferè omnium Papistarum sententia fidesq; est, qualis fuit carbonarij, quam illi magnificè solent extollere & prædicare, ac in exemplum omnibus proponere. Historiam autem ita recitant: Satanam olim carbonarium quendam tentasse, eumq; de fide sua interrogasse. cui ille responderit: Ego credo id quod Ecclesia credit. Hinc diabolus latius instittit quærendo, quæ nam esset fides Ecclesiæ? cui respondit carbonarius: Ecclesiam credere id quod ipse credat. Cumq; Satan secundò, tertio & quarto interrogasset, quid ergo ipse tandem crederet? iteratò illum ei idem respondisse. Quare cum caco dæmon non posset aliud responsum ab eo extorquere, tandē illam odiosam repetitionē pertæsus, & defatigatus, oppidoq; mœstus, ut uictus euauuit.

Sic

Sic sanè etiam omnes Papistæ idem sentiunt, quod Papa & alij eorum prælati: & illi uicissim sentiunt, id quod sentit Ecclesia aut uulgus: cum tamè uulgus, nec ipsi sciant, quid papa sentiat: nec papa norit, quid ipsi credant. Talis est eorum fidei concordia.

Vicinum huic est, quod tum Ethnici, tum & Papistæ, omnem sui cultus bonitatem collocant in ipso opere operato, sine ulla noticia aut dijudicatione: id est, in sola actione aut operatione per sese considerata, nullaq; ratione habita agentis. Quare ubi nulla prorsus noticia aut dijudicatio adhibetur, ibi non facillè ullus error deprehenditur. Quapropter in tali religione non est mirum, si nulla sit etiam opinionum diuersitas aut dissensio. Omnia enim sunt unum chaos, una confusio, & profundissimæ tenebræ: ubi cum nulla discrimina rerum cernantur, nullus etiam error conspicitur aut deprehenditur. Hæc etiam est quædã Epicurea, PECVINA & beluina consensus. Sic enim etiam pecudes nihil scientes, nullum habent errorem uel in Philosophia, uel in Theologia. Omnia illis sunt Aegyptiæ tenebræ, densissima caligo, & extrema cæcitas.

¶ QUARTA causa & genus Papistarū dissentientis concordia est, quòd Papa homines intelligètes, doctos ac industrios pecunia Cardinalatibus, Episcopatibus, prælaturis & præbendis corrūpit, sibiq; conciliat, & impellit ad propugnandum suam impiam religionem, & resistendum ueritati, uerisq; doctoribus. Quæ amplissima præmia multos inuitant ad consentiendum Papæ, & oppugnandum Euangelium contra propriam conscientiam: sicut in Daniele & Apocalypsi iam pridem hoc prædictum est.

Extat historia quædam iam ante 100 annos edita, titulo Fasciculus temporum. Ea narrat, doctissimum & excellentissimum uirum quendam, sed pauperem tamen, extitisse, qui multa in Papali sanctitate, eiusq; regimine & imperio arguere solitus fuerit: præsertim uerò, quòd uni plura opulenta sacerdotia largiretur. quod ubi rescuerunt purpurati & curtisani Papæ, mox magno cū dolore & querela, sine omni cunctatione ad sanctissimum patrem detulerunt: ac recitantes incommoda & detrimenta ex tam pestilente hæresi secutura tam sibi ipsi, quàm suæ Ecclesiæ & aulæ, suaserunt, ut quamprimùm illum hæreticum interimi curaret.

Ad quam eorum querelam, consiliùmq; sanctissimus pater (ut uetus uulpes, & longo usu tales morbos curare edocta) respondit, se facillè illum hæreticum conuersurum, conferendo ei multa bene-

G ficia.

facia. Contulit igitur ei aliquot amplissimos canonicatus & prælaturas. Ibi ille eruditissimus uir mox cœpit prorsus contraria docere, ac placencia Papæ dicere: perq; cœlum & terram iurare, se nūquam antea eas controuersias rectè intellexisse: nunc aut̄ demum ipsas plenè cognoscere, & uera profiteri.

Talem concordiam, dissentientiumq; conuersionem & consensum, in suo regno per facile est Papæ, in illa tanta opulentia & pinguisimorum sacerdotiorum copia semper constituere. Talis etiam conuersionis ac consensus istius Babylonis, innumera exempla passim in Historia & quotidiana uita reperiri possunt.

Sic narrat Syluius, multos in concilio Basiliensi ad papam Eugenium conuersos esse, cumq; eo consensum iniuisse. Sic quoq; ipsemet Syluius factus Cardinalis, & postea à Papa uocatus Pius Secundus, cum istis consensit. Sic & Cusanus, & innumeri alij, ijq; clari uiri cum Papæ synagoga consenserunt: inter quos meritò etiam Groperum, Pflugum, & Erasmum ipsum numerare posses. Qui si non tam multa munera subinde à Papa & Episcopis accepisset, liberius profectò & plura de eorum erroribus dixisset, minusq; eos laudasset.

Tale consilium reducendi doctos ac potentes ad concordiam sacrosanctæ sedis, etiam Syluius factus Cardinalis, in quadam sua Epistola legato Papæ in Germania uersanti suggerit. Hoc enim est illud telum, quod (teste Moyse) effodit aut excæcat oculos sapientum, & peruertit uerba iustorum.

Nec singulos tantum homines hac arte capit & illaqueat Antichristus Romanus, sed etiam maximas familias, ciuitates, aulas, regna & gentes. Collato episcopatu uni Pflugo, multos per eum uel deuincit sibi: uel certè alioqui minus infensos, cunctantioresq; in se oppugnando reddit. Faciendo Cardinales paucos ex primarijs Venetorum familijs, totum illud dominium detinet captiuum. Conciliando sibi primarios potentum consiliarios, dandoq; magnas prælaturas eorum filijs, fratribus aut cognatis, detinet ipsosmet potentes, eorumq; regna, captiua sub sua abominatione desolationis. Hoc iam est ualde usitatū istius beatissimi patris artificij.

Sic & Daniel (ut & prius dixi) prophetauit, Antichristum diuisione terrarum, id est, Episcopatum, Prælaturarum & Abbatiarum, ac Canonicatum, consensum multorum sibi comparaturum, & regnum suum constabiliturum. Talis concordia deberet Iudæ & Apostata

Apostatarū concordia nominari. Ea sanè plurima est in Papatu. Vocetur igitur IV DAE consensus.

¶ QUINTA causa & species consensionis est, quòd quamprimum aliquis sentire, dicere, scribere, aut docere aliquid incipit, quod Papæ, Cardinalibus, Episcopis ac prælatis displicet: hic mox omnium bonorum, honorum, uitæ deniq; & corporis iacturam, in isto sanguinario Pharaonis regno facit, & miserabiliter trucidatur, uel alioqui in aliquem horrendum carcerem conijcitur: ubi tandem captiuus detinetur, donec ibi computrescat, aut alioqui fame, frigore uel alijs incòmodis extinguatur. Sicut hoc tempore multi pij Salzpurgæ crudeliter excarnificati, extinctiq; sunt.

Hæc & similia pericula, atq; horrendæ ac stupendæ pœnæ, in ista crudeli Ægypto & Babylonica captiuitate, uiolenter cogūt miseros homines ad silentium, consensumq; cum reliquis seductoribus, ne quicquam contra notorios errores palpabilesq; corruptelas loquantur aut doceant. Ista ergo est TYRANNICA & tartaræa concordia aut consensus. Talem consensum etiam inter Turcæ & aliorum tyrannorum mancipia reperias.

Hiscæ causis & modis consensionis Papistici cleri ac synagogæ possis multo etiam plures adiungere: ut est carnalis utilitas pacis: sicut uidemus Pharisæos & Saducæos, cum fuerint diuersissimarū opinionum, unum corpus sacerdotij constituisse, & uni templo còcorditer seruiuisse.

Talis causa est etiam commune externum periculum, quòd (teste Aristotele) sæpe etiam inimicissimos inter sese coniungit, ut tanto ualidius sese contra communem hostem tueantur. Sic supra ostendimus patres conciliabuli, omnes suorum contradictiones & contrarias opiniones indefinitas, in aliud tempus reijcere ac differre, eo consilio, quod prius uelint nos opprimere.

Hiscæ causis aut speciebus concordix posses & illam Herodis ac Pilati connumerare: qui dum unanimiter Christo illudunt, eumq; crucifigunt, sua uetera dissidia, redeuntes in gratiam, deponunt. Sic subinde Pharisæi cū aulicis Herodis & Pilati, in struendis Christo insidijs pulchrè conueniebant & consentiebant, licet essent religionum diuersissimarum.

Adde hisce quoq; quòd filij huius seculi sunt plerunq; prudentiores filijs lucis, cauciusq; caueat omnia quæ illis obesse queant. Sicut uidemus Apostolos Luc. 22. post sacram cœnam in ipso penè

articulo temporis quo Dominus capi debebat, adhuc litigare de primatu.

Et deniq; huc refer, quòd diabolus & impij omnibus artibus id agunt & sudant, ut inter pios ac in Ecclesia Dei dissidium excitènt. Quibus non semper imbecillitas piorum resistit: & ut illi resistant, semper sunt innumeri hypocritæ in Ecclesia. Còtrà uerò nemo est, qui impios disgregare aut inter sese committere conetur. Nam illas iniùd indicatas causas de cœlestis doctrinæ difficultate & sententiarum multiplici uarietate, de humanæ naturæ in tantis rebus fragilitate, & ad errandum, labendumq; pronitate, de ardenti studio zeloq; retinendi suam doctrinam, & seridè resistendi erroribus ac errantibus, etiam si is sit pater, mater, Cephæ, Paulus, aut angelus de cœlo, nunc non libet repetere. At hæ ipsæ causæ tantum ueram doctrinam & pios infestant, ac in certamina adducunt: non etiam impiam confusionem Babylonis, ubi illæ non reperiuntur.

Hæc igitur quinq; uel multo etiam plures causas & species còsensus, quas modò recèsumus (uidelicet 1 Sathanicam, 2 Beluinam, 3 Ethnicam, 4 Tyrannicam, 5 Iscarioticam, 6 Seducæam, 7 Herodianam, 8 Ventris) & alias multo hiscè plures, in Papatu assatim reperiatis. Sed contrà ueræ, Deo acceptæ Christianæq; concordia, quam Christus definit esse unum in ipso & patre existere, certè ne uestigium quidem apud eos deprehèdes. Nunc profecòd constat, prædictas concordias Papislicas multo perniciosiores esse, aliqua magna controuersia: imò multo deteriores, quàm fuit Petri & Pauli contentio, quæ tandem in maximum bonum Ecclesiæ & gloriam Dei celsit.

Tales enim Antichristi concordia exercèt maximam cum Deo, filio eius, ac Spiritu sancto, discordiam. Præclarè ergo de Christiana consensione pronunciat Hilarius, inquiens: Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio unitatis. sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atq; Euangeliorum unità pacem esse, quæ Christi est? quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit abiturus. Hanc nos fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam còponere, & repertà tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos participes uel auctores, nec temporis nostri peccata meruerunt: nec imminētis Antichristi præuij, ministriq; sunt passi: qui pace sua, id est impietatis suæ unitate se iactant, agentes se non ut Christi

EPISCOPOS, sed ut ANTICHRISTI SACERDOTES. Ac ne maledicis uerborum in eos uti conuicijs arguamur, causam perditionis publicæ, ne cuiquã ignorata sit, non tacebimus. Hæc ille.

Hæc nunc sufficiat de horrendis & multiplicibus concordijs, imò de infernali consensione Antichristi & eius turbæ, dixisse.

¶ HISCE impijs & diabolicis Papistarum concordijs nunc pie Lector oppone nostram consensionem: quæ quàm certa sit in summis Christianæ doctrinæ capitibus, tū suprâ abundè ostensum est, tum & infrâ in proprio libello huic scripto adiuncto ostendetur.

Illis uerò adijce & alia duo longè maximi momenti, in expendenda uera concordia ac dissensione alicuius cœtus in religione: quorum quidem prius est, quòd nos sponte, & non coacti, non etiã ullo præmio humano allesti aut inuitati, persuasi uic, concordemus sumus, sed tantum euidenti ueritate doctrinæ ac uerbo Dei cõuicti. Posterius autem, quòd nos nequaquam nos discindimus, nec de uelis hominibus, ducibus aut capitibus gloriamur, multo minus nos metipfos ultrò ac sponte de eorum nominibus (ut aduersarij faciunt) denominauimus. De priori prius dicamus adhuc clarius, postea de altero.

PRIMUM enim constat, quòd sicut in omnium aliarum rerum uera genuinãq; bonitate aut malicia expendenda: ita etiã hic plurimum in eo situm est, an ea res per se, sua uic natura talis sit, aut tantum ob aliquam externam & accidentariam causam.

Iam suprâ prolixè ostendimus, Papisticam concordiam tum nõ ueram esse, nempe in Christo ac eius ueritate: tum etiam ab externis, ijsq; prorsus fœdis ac impijs causis proficisci: nempe uel quia à suo illo tyranno, & (ut eum ipsimet uocant) terreno Deo continètur: uel quia metus grauisimorum periculorum eos cogit feruilliter tacere ac consentire: uel quia grandibus præmijs ad racendam ueritatem, nefandãq; adulationem ac applausum, ut bonum dicant malum, & malum bonum, inuitantur: uel quia eorum religio in mera ignorantia Aegyptijsq; tenebris consistit: uel quia non curant ueritatem: nec in eo multum situm esse putant, quomodo quis sentiat, aut quem sanctum uel statuam adoret, quo uic modo aut medio saluari conetur: uel deniq; quia regnum inferorũ non pugnat secum, nec unus cacodæmon grassatur in alium, nec suum idololatram contra alium extimulat: & quæ aliæ huiusmodi nefaria

riæ causæ & species consensionum suprà plenius expositæ sunt.

At contrà, nos à nullo uno rege aut domino terreno in religione regimur. Nullo item magno carnaliq; præmio ad consensum & applausum, tacendamq; ueritatem, aut dissimulandum errorem allicimur. Nullo etiam metu uiolèter cohibemur, & compellimur ad talem consensionem. Ad hæc, non in cæca ignorantia, & ueluti obscuris tenebris ueram religionem sitam esse statuimus, ut Papistæ: sed tota religionis probitas nobis in cœlestis doctrinæ puritate ac sinceritate sita est: à qua uel minimum aberrasse, grande piaculum esse statuimus. Meditamur in lege Domini die ac nocte, scrutantes Scripturas, legentes, scribentes, concionantes & audientes uerbum ac legem Domini.

Illud sanè perpetuò non tantum in ore, sed etià plurimi nostrum in corde habent, sacram Scripturam esse illam unicam cœlestis splendoris lucem, pedibus nostris diuinitus propositam: nosq; solâ uocem illius optimi cœlestisq; pastoris filij Dei audire debere, siue per illius os, siue per os eius Prophetarum & Apostolorum sonatam, de quo ille omnipotens ac æternus Deus cœlitus ad omnes mortales clamauit: Hic est filius meus dilectus, hunc audite.

Illi igitur parèntes, pro receptissimo dogmate, & ueluti fundamento Christianæ religionis habemus illud eius seuerissimum mādatum: Habent Mosen & prophetas, illos audiant: & Scrutamini scripturas: & Scripturam esse idoneam ac sufficientem ad plenè erudiendos homines ad salutem, & ad extruendum hominem ad plenam integritatem in Christo IESU. Contrà uerò anathema dicimus, omnem doctrinam à Paulina & sacrarum literarum alienā: eiusq; authores, etiam si sit Petrus & Paulus, aut summus aliquis angelus de cœlo: non parcentes in hoc nec patri, nec matri, nec fratri, sicut Deus hoc omnibus suis cultoribus seuerissimè præcipit Deut. 13. & 17.

Hoc modo aut ardenti affectu cum affecti simus erga ueram doctrinam, & econtrariò erga falsam, eiusq; authores: cumq; sit facillimum à uera sententia in tam arduis religionis disputationibus aberrare: deniq; cum nullis minis, donis aut tyrannide in uno consensu contineamur: nihilominus Dei beneficio, singulari regimine Spiritus sancti, & euidenti doctrinæ claritate ac certitudine ita in uno consensu detinemur, ut nulla fiant ipsarum Ecclesiarum schismata, etiam si aliquando singuli concionatores, eorumq; aliqui discipuli

scipuli, à ueritatis uia in una aut altera sententia exorbitent.

Hoc igitur primum est, quod expendi debet in consideranda uera concordia. Ne autem id de nobis temerè fingere uidear: aut falsò Dei amorem erga nos in hac re, & doctrinæ certitudinè prædicare existimer: consideretur uel solum certamen Osiandri, qui cū magno impetu in nostras Ecclesias tunc irruisset, cum maximè eramus tum à Papistis ualde afflicti, tum etiã domestica fraude quorundam (suadentium, illum equum Troianum conciliationū Antichristi in urbem ac populum Dei inducere) conturbati: nec dubitaret Osiander, aut neminem sibi in tanta rerum difficultate restitutum, aut certè aliquam docentium partem ipsi adhæsuram: nihilo minus nos euidenti nostræ doctrinæ ueritate & contrarij erroris falsitate conuicti ac constricti, omnes unanimiter ei nos uerbo Dei opposuimus, eumq; cum suo errore ita euidenter expugnauimus, ut etiam illi qui ab eo seducti erant, in uiam redirent, pestisq; illa Dei beneficio in breui tempore prorsus extingueretur.

ALTERVM porrò, quod in considerandis ueris dissidijs ac sectis expendendum in primis uenit, est, quòd aduersarij ultrò sibi nomina sectarum imponunt, sponteq; sese ab alijs scindunt: ultrò uolentesq; idq; cum magna gloriatione ac iactantia, se nominant Franciscanos, Dominicanos, Bernhardinos, Brigittenses, Benedictinos, Iesuitas, Minoritas, & similibus infinitis nominibus monasticarum factionum. Sic in Theologia ultrò se uocant Thomistas, Scotistas, Occanistas, Terminales, Reales, Formales, & similibus infinitis cognominibus, de quibus hastenus superbierunt, ac se iactarunt.

Nos uerò nec uocamus nos Lutheranos, aut similibus nominibus: nec libenter audimus, quòd ab aduersarijs ullius hominis cognomine uocemur: sed solum nos Christianos, aut ueræ instauratæq; religionis studiosos nominamus. Sunt etiam non pauca nomina sectarum tum inusitata, tum etiam sine omni causa intra paucissimos annos à maledicis & uirulentis quibusdam calumniatoribus excogitata.

Exempli gratia, sine omni causa excogitarunt ista maledica ora calumniatoris inimici, nomen Flacianorum: cum ego nihil planè doceam, quod non docent sacræ literæ, tria symbola, Augustana confessio, Lutherus, Schmalcaldici articuli, & etiam schola Vuirtenbergenfis uiuo Luthero, etiamsi quibusdam non recto pede incedenti-



cedentibus, aut claudicare incipientibus, in singulis quibusdam paucisq; sententijs in faciem coramq; Ecclesia restiterim. In quarum tamen plerasq; illi primùm non uolentes, ac suo iudicio, sed partim minis, partim periculis, partim multiplicibus fraudibus & extrema sanguinariaq; uolentia Papistarum impulsu inciderunt. Postea autem, ubi semel lapsi sunt, ne uiderentur ab inferiore doceri, imitantesq; illum omnium nostrorum ueterem Adamum, siculis folijs sua pudenda uelare incoeperunt: non rarò tamen aliquid sui criminis confitentes, tamen si parum apertè ac constanter, & ueriores sententiam mediocriter exprimentes. Quare etiam si ego ea scandala & offendicula prorsus & apertè tolli, aboleriq; cupio, tamen qua fronte à quoquam accusari possum, quòd nouam sectã excogitauerim: aut quo ore quenquam sincerum doctorem isti calumniatores, apostatæ & Babylonix Thaidis amasij, Flacianum uocabunt?

TERTIVM adde duobus prioribus, quod omnium maximũ est, quòd in concordia aut dissidio sectisq; rectè dijudicandis expendi debet: nempe, quatenus alicui adhærere, & ab alijs dissidere, sit secta, ac noxium schisma. In quibus est ingens diuersitas inter nos ac Papistas. Nam nos ita & eò usq; solum adhæremus alicui doctori, quatenus is nobis suam sententiam ex uerbo Dei probare uiderur. Nemini prorsus id tribuimus, quòd errare non possit. In nullius penitus magistri uerba iurauimus: quin potius dicimus anathema omnem hominem, qui sibi in religione (de rebus necessarijs loquor) ulterius credi postulat, aut etiam qui ei credit, quàm quatenus euidenti uerbo Dei suam sententiam demonstrat, siue is sit Flacius, siue Philippus, siue Lutherus, siue summus, siue medius, siue infimus.

Porro ab sit à nobis, ut eis ullum religiosum cultum tribuamus, eos uè inuocemus, aut nostros mediatores esse apud Deum sentiamus. At contrà Papistæ ad eò nituntur suorum hæresiarcharum aut principum suæ factionis autoritate, ut eis (sicut olim Pythagoræis) sufficiat modò audijisse aut dixisse, *avros epa* Ipse dixit. Hæc sunt in regula B. Francisci, Dominici, Benedicti, aut aliorum: Mox ubi tantum hoc audierunt, cernui assentiuntur, non aliter ac si cœlitus Deum loquentem audiuisent. Nihil prorsus ulterius disquirunt, an id conueniat cum uerbo Christi, aut non.

Sic etiam ad eò sufficit eis si Papa dicat aut faciat aliquid, ut sicut est in

est in ipsorum iure, nefas sit exquirere, Cur hoc facis uel dicis: aut eum reprehendere, etiam si propalàm cernas eum infinitas animas seducere. Sic quoq; si dicit aliquid schola Parisiensis cū suis Magistris nostris, si dicit Lombardus, Thomas, Scotus, Doctor Angelicus aut subtilis, aut aliquis alius celebris istorum Rabinus, nefas est ulterius dubitare, aut quicquam inquirere. Quoties quæso supra audiuimus, eis obijci à suis proprijs scriptoribus, quòd iurèt in uerba suorum Magistrorum?

Quod si alicubi aliquod conuenticulum mancipiorum Papæ cõfluat, quod se nomine concilij iactet, & gloriatur se à Spiritu sancto conuocatum esse & regi, esse legitimum, œcumenicum, &c. iam de eius dogmatibus dubitare prorsus nefas habetur.

Res non est obscura, aut incerta. Litigatum est de hac re cum ipsis, iam integris annis fermè quinquaginta, dum nos quidẽ conrendimus unicum præceptorem aut magistrũ esse filium Dei, qui in suo conscripto uerbo solus sit audiendus: alij autem doctores tantum eatenus, quatenus eius uocem sonent. Contrà uerò isti uociferantur Patres, Papas, Concilia, Scholas & scholasticos Theologos, eorumq; (ut eos uocant) irrefragabiles doctores esse audiẽdos: à quibus etiam normam ueritatis peti uolunt, blasphemãtes, sacras literas esse mortuam literam, non Spiritum: esse chartam, esse atramentum, esse obscuram, esse ambiguam, esse imperfectam: & summa, esse librum hæreticorum, ut in Norma Synodi prolixius ostendi.

Neq; solos homines audiunt, eisq; sese addicunt, & in eorũ uerba iurant: sed etiam si cacodæmon alicubi appareat, & dicat se esse hanc aut illam animam, hunc aut illum sanctum, mox quicquid ille dicit, hoc istis certissimum & infallibile dogma est. Negent, si uolunt esse impudentissimi, iam fermè 400 annis potissimum istis apparitionibus & uisionibus ac spectris, atq; ijs ipsis maxima ex parte consistis, religionem & conscientias rectas esse: ut eos false ac meritò Erasmus exagitat, & omnes eorum libri talibus apparitionibus spectrorum pleni sunt.

Sic homunciones mendaces, ac insuper ipsos cacodæmones audivere, eisq; sese addicere, & in eorum uerba iurare, est sedas facere, & unitatem Ecclesiæ religionisq; scindere: non sicut nos clamamus, unum tantum esse præceptorem ac magistrum, unum esse uerum pastorem, quem solum eius oues audiunt: & soli illi qui eum

audiunt, oues eius sunt: & qui perpetuò illud seuerissimum mandatum cœlestis patris corde, ore ac scriptis urgemus, HIC est filius meus dilectus, hunc audite.

Non solum uerò ita discerpunt Ecclesiæ religionisq; unitatem, sectasq; innumeras ac factiones inter se excitant, quòd in Norma aut regula ueritatis alius in alterius homuncionis aut etiã spectri uerba iurat: sed etiam, quòd eos colunt, inuocant, ac ab eis in suis necessitatibus opem quærunt, eis templa condunt, eis Missas & officia ac Pater nostros Aue mariasq; offerunt: sed etiam eos planè pro suis mediatoribus ac seruatoribus habent, quorum meritis & precibus saluari uolunt, ut infinities in eorum missis iteratur. Quin & statuas eorum, ossa, ac laceramenta panniculorum colunt & implorant, eisq; pro futura liberatione uota faciunt, ut suprã abundè dictum est.

Quid euidentius crassas eorum sectas pandit, quàm quòd ipsimet monachi & monachæ se potissimùm uocant religiosos, ob illas suas diuersas regulas ac sectas, & eorum sacrifici se obrasuram & unctionem uolunt uocari Spirituales, reliquos Christianos ac Christi sanguine sanctificatos uocantes mūdanos & carnales? Quin etiam monachi & monachæ clarè uocant suos diuersos ordines, diuersas religiones, præsertim in uulgaribus linguis. Vtitissimùm enim profus est, ut quatuor ordines Mendicantium uocent quatuor religiones. Et sunt sanè eorum plures sectæ idè profus: quòd diuersæ religiones, non tantùm quatuor, sed amplius quàm triginta.

Talem nullam abominationem, aut hominum cultum, seu adhæSIONEM ad ullum hominem, quantumuis sanctum, doctum, aut in hac uita bene meritum, unquam in nostris Ecclesijs reperient, aut nobis obijcere poterunt. Falsò ergo nobis sectas & factiones obijciunt.

Hiscè tribus & illud **QVARTVM** rectè adijungi potest, expendiq; debet, ad hoc, ut iudicetur, utrum uerius nobis aut illis sectæ obijci queant: nempe quòd ingens sit discriminè, an subita aliqua lis, cōtentio, aut (ut Lucas in Actis de Paulo & Barnabæ loquitur) paroxysmus oriatur, qui ad breue tempus duret, quòd etiam inter ipsos Apostolos ante & post ascensionem Domini accidisse uidemus: aut uerò sit aliquid deliberatò ac consultò susceptum, certa ratione ordinatum, statutum ac confirmatum, & multis seculis durans.

Apud nos si qualis incidit, brevis temporis est: tandem uel cōponitur: uel declarata ac comprobata ueritate, falsa sententia desertitur ac extinguitur. Sicut exempla proferri possunt extinctæ sententiæ Muntzeri de gladio Gedeonis, aut Antinomorum de non prædicanda in templis lege, aut Osiandri de substantiali iusticia.

Sic unanimi consensu Ecclesiarum nostrarum sunt explosa uaria Interim, quæ nobis olim uolentia Antichristi & fraus falsorum fratrum obtrudere est conata: etiam si eorum architecti nolunt dicere, Peccaui.

Pari quoq; ratione euauerunt somnia eorum, qui cum Antichristo colluserunt, suadentes, ut nos ei, eiusq; Episcopis subiciamus, nostram religionem cum ipsius abominationibus cōformemus, aut ut recipiamus Papisticas abominationes. Quos nunc talium suorum deliriorum ad eò pudet pigetq;, ut subinde ea pernegare conentur.

Sic concidit disputatio de Euangelij definitione, cedente eius auctore manifesto uerbo Dei: & addente interpretationem, quòd improprie loquatur ac usurpet Euangelium pro tota doctrina Ecclesiæ: & eius hyperaspista Strigile cōfidente, esse litem uerbalem, qui antea eam ut principium Theologiæ propugnandam contra se susceperat.

Sic Dei beneficio incipit concidere Synergia, dum eius patronus fateri cogitur, nihil prorsus ualere liberum arbitrium, sua uel in rebus spiritualibus: & ad nescio quas nouas præstigias de modo agendi, ueluti in quoddam latibulum confugit.

Sic & dogma, necessitatis operum ad salutem, tuit, dum eius proprius author promittit, se nolle illa formula amplius uti, tamen interim noua portenta comminiscatur.

Ita uidemus paulatim antiquari & aboleri prauas opiniones, quas subinde satan contra nauiculam Apostolicæ doctrinæ excitat: etiam si ipsarum autores adhuc nobis monitoribus insensissimifint, nosq; (ubi modò per occasionem possunt) mordeant ac lacearent. In qua tamen animi acerbitate ac ira, secta aut contradictio non est sita.

At Papistarum sectæ sunt res deliberatò susceptæ, & ita regulis ac legibus, priuilegijs, ædificijs, redditibus gubernatoribusq; instructæ & ordinatæ, ut quæ perpetuò durare debeant: ut perpetuò alia sit factio Franciscanorum, alia Dominicanorum, &c. quarum

sectarum non est finis aut numerus, quæ iam longo tempore durarunt. Sic longo iam tempore fuit discrimē & acris lis inter Thomistas, Scotistas, Occanistas, Terministas, Realistas, Formalistas, Albertistas, &c.

¶ Habes igitur Christiane frater, quatuor Capita aut proprietates, quæ uel in primis sunt considerandæ in sectis & unitate, quæ ordine breuiter repetam.

PRIMUM, quod nos non externa causa, ut minæ, aut præmia, terrena, aut unius Ecclesiastica tyrannis in unum cogit ac conglutinat, ut Papistas: sed post Spiritum Domini, ipsamet euidens rei ueritas, ac uerbi Dei perspicua sententia. Quæ unitas nostræ Ecclesiæ ex ipsamet religionis euidenti ueritate oritur ac profluit, & non est accidentaria, sicut istorum.

Secundò, quod nos nec uolentes discindimur, nec sponte nobis diuersorum hæresiarcharum, aut capitū factionis nomina imponimus, nec de illis gloriamur: sed calumniatores nos sic deformare conantur. At Papistæ sponte & ulterò dicunt: Ego sum Franciscus aut Franciscanus, ego Dominicus aut Dominicanus, ego Thomista, ego Scotista, Occanista, Albertista, &c.

Tertiò, nos nulli homini penitèr nos addicimus in religione, non tantum non in cultu, ut ei templa aras uel struamus, aut quidpiam simile faciamus: sed nec in sola institutione aut doctrina, nisi quatenus ille nobis sonat unicam uocem sponsi, aut optimi pastoris nostri Christi filij Dei. At contrà Papistæ tum in institutione iurant in uerba innumerorum magistrorum, alius in huius, alius in illius: multo uerò etiam magis in cultu, ubi alius alium mortuū homuncionem, aut etiam statuam colit, orat, & inuocat, ac implorat, si quis se obstringit uoto, templo Ierosolymitano aut Compostellano, nefas est ei id uiolare. Nec tantum erga homines ita se obstringunt, eosq; colunt, ac audiunt: sed etiam in finita spectra, quorum tamen maior pars sunt mera figmèta, ac mendacia monachorum aut uetularum, quæ stus gratia consistit.

Quartum est, quod si quæ lites, distractiones aut paroxysmi apud nos exoriuntur, ij sunt subitanei, & paulo post euanescent. At istorum sectæ ac schisma distractionesq; sunt deliberatò susceptæ, ordinatæ, confirmatæ, & ita operibus ac diplomatibus, edificijsq; superbissimis instruatæ, ut quæ perpetuò durare debeant, & longo iam tempore durarint, perpetuoq; duraturæ uideantur, nisi eas ue-

luti nocturnas quasdam, uespertiones ac bubones infernales, & coruos nocturnos, splendor Euangelij abigeret & aboleret.

Hinc igitur nunc, Christiane Lector, cogita, iudica, diiudica & statue, utri parti uerius Sectæ, schismata ac religionis diuersitates, diffensiones ac contradictiones adscribendæ & obijciendæ sint: aut utra pars uerius de certa ac solida unitate coram Deo & hominibus gloriatur.

¶ Vicinum hisce ueris notis unitatis ac dissidiorum uolunt esse isti, quod nobis perpetuò obijciunt, ex nobis tot sectas (quas ipsi subinde plures audacter comminiscuntur) ortas. Quomodo autem probant id? quia dicunt, Osiandrum & aliquos alios aliquâdo nobis adiunctos fuisse.

Atqui hac ratione istud crimen & errorum ac dissidiorum optimo iure in ipsos rejicere possimus. Omnes enim aliquando sub ipsorum Antichristo, in Ægyptijs eius tenebris captiui detenti fuimus: tametsi Anabaptistæ, Schuenckfeldiani, & alij, nunquam nobiscum fenserint.

Quod uerò istarum ipsarum sectarum & schismatum culpa iustus illis quàm nobis obijci possit, facile est multis rationibus probare. Nam primùm nec Papistæ admodum scribunt aut disputant contra sectarios, Osiandrum, Anabaptistas, Schuenckfeldianos, & similes fanaticos: nec hi uicissim contra illos. Ego nihil potui hactenus nancisci, quod fanaticus iste Schuenckfeldius contra Antichristum Romanum plenius & acius ediderit, aut Papistæ uicissim contra eum. Sed utriq; Papistæ & sectarij, sua ignita spicula ac tela contra nostram religionem ac Ecclesias conuertunt ac contorquent, unanimiter contra Dominum & Christum eius conspicientes.

Vnde societas eorum spiritus liquidò cerni potest, & quod unus coruus alteri oculos non effodiat, nec unus caco dæmon contra alterum pugnet, quantumuis inter se mutuo non nihil differât, ut & Christus ipse testatur.

Secundò, etiam ideo Papistis fanaticorum sectæ meritò exprobrantur, quia errores illorū maxima ex parte ijdē sunt & inter se conueniunt. Ostendi enim supra, cōuenire Osiandri errorem cum Papistica abominatione. Vtriq; distinguūt redemptionem ac remissionem peccatorum à iustificatione. Vtriq; etiam uolunt nos interna aut infusa iusticia iustificari, utriq; nouitate & reali muta-

tione qualitatum malarum in bonas, utriq; etiam substantiali iusticia, utriq; oppugnant imputatiuam iusticiam & confessione Augustanam. Nam etiam si dicant Papistæ nos iustificari charitate: tamen illam nostram erga Deum charitatem clarè eorum summus magister Lombardus asserit, esse ipsummet Spiritum sanctum, atq; ita essentiam diuinam. Vtriq; etiam extremè extenuant reliquias peccati in pijs remanentes.

Sic & Schuuenckfeldius in extenuanda, uel potius proculcanda sacrarum literarum authoritate, & iactando suo Spiritu, & sciètia quam Spiritus perpetuò in corde eius loquitur, ac in fingendis nouis patefactionibus Dei, bellè conuenit cum Papistarum blasphemijs, quas in Norma synodi exposui: & cum scrinio pectoris Papalis, in quo omnia iura recondita, aut potius abscondita sunt, ut plene nusquam appareant.

In iustificatione etiam conueniunt, quòd per internam iusticiam & nouitatem, ac deniq; per bona opera iustificemur. In amplificando lib. arb. contra nos ac Lutherum, bellè consentiunt. Sic in extenuandis reliquijs peccati, & iactanda summa possibilitate legis, & deniq; in oppugnanda fide, imputatiua iusticia & confessione Augustana.

Anabaptistarum porrò bonorum communio, quid aliud est quàm Papisticorum monachorum paupertas? Eodem etiam modo magistratum, ut rem officiumq; profanum, & non Christianum contempnunt. Sic & charitati ac bonis operibus nihil non tribuunt, & ueram Christi imputatiuam iusticiam contempnunt. Sic etiã iactando suo Spiritu, & contempnendis sacris literis probè consentiunt.

Rectè etiam eo nomine Papistis sectarum & fanaticorum culpa tribuitur, quia impediunt legitimam Ecclesiæ Dei controuersiarum cognitionem: item, quia impediunt liberam perspicui uerbi Dei prædicationem, quòd facile istis furoribus repugnaret. Deniq; istiusmodi fanaticorum furores potissimum inter Papistas, seu ubi Papistæ regnant, reperiuntur: nempe Dauidiani, Libertini, Anabaptistæ, Serueriani, Postelliani, & alij innumeri. In nostris uerò Ecclesijs, confodiente eos spiritali gladio uerbi Dei, nullas uires aut incrementa assumere possunt. Sic & Schuuenckfeldius sub Papistis in Schlesia & Algau liberè ac sine periculo regnat, & quæ uult imprimi. Quare etiam hac ratione sectæ, dissensiones & furores

furores meritiò Papiſticæ abominationi ac Synagogæ imputantur, nobis uerò minimè.

Summa, à pura & ſincera doctrina impoſſibile planè eſt gladiũ & ignè ſeparari. ſemper ubi ea eſt, ibi acris pugna & luſta eſt. Neque enim deſunt uſquam impij & occulti etiam hypocritæ ac falſi fratres, qui audacter regno ac ſpiritu Dei reſiſtât. Sicut Chriſtus ipſe Matth. 10. & Lucæ 12. teſtatur, inquiens: Non ueni mittere pacem in terram, ſed ignem & gladium. Quod certamen, non tantũ inter diuerſos homines pios ac impios exiſtit, ſed etiam in uno ac eodem pio, dum caro ſpiritu, & uetus homo nouo acerrimè reluctatur. Rom. 7. 8. Gal. 5.

Deniq; in ethnicis Papæ corruptelis difficulter aliquis hallucinari aut errare poteſt, etiã ſi temerè omnia faciat pro ſuo arbitrio. omnia enim illic externa carnalia & crãſa ſunt: omnia in illis Ægyptijs tenebris, mera ignorantia cõſtant: modò ne uerbum quis proferat, quod Sanctiſſimo, eiusq; coniuuratorum maietà, maſupio & culinæ noꝝumentum aliquod inferat. Sed in uera religione nimis facile labi, errare & decipi poſſumus, ubi iuſticia ac ſalus hominis propriè in uera ac ſyncera Patris & mediãtoris IESV, ab eo in hunc mundũ miſſi, cognitione conſiſtit, & totũ illud regnũ in ueritate ſitũ eſt, & ubi pij perpetuò à ſeductore ſathana uarijs mendacijs tentantur & oppugnãtur, nõ ceſſante interea iſpſorũ propria carne ac ratione.

Quocirca, quod attinet ad diſcordiam, diſſidia, certamina & uinitatem concordiamq; eorũ qui ſunt membra ueræ Eccleſiæ, uix alius in hoc mundo & uita curſus eſſe poteſt, quàm iam eſt in noſtris Eccleſijs. Quia etiam Apoſtoli ipſi, idq; præſente ipſomet Domino, interdum nonnulla facis intelligere & capere non potuerunt, crebrò inter ſe contenderunt, aut diſceptarunt, extrema fidei imbecillitate laborarunt: & nonnulli diffidentiores fuerũt, quàm ſas & par erat, inter tot miracula perpetuò docente & confirman- te eos filio Dei potenter. Illi etiam acriter & ſæpius litigarũt & diſputarunt de dignitate & ſuperioritate, quis Chriſto à dextris uel ſiniſtris ſedere debeat, & quis inter illos maior eſſe uideatur, aut exiſtere debeat.

Porro exoritur falſa opinio inter fratres de obitu & morte S. Iohannis, Thomas ſit incredulus, Philippus uult ſibi patrem ipſum coram monſtrari: Barnabas, Marcus, & Paulus, item Paulus & Pe-



trus interdum sunt inter se discordes. Petrus dubitat, incedens per mare: dissuadet passionem: uult gladio, ut seditiosus, contra magistratum pugnare paulo post negat etiam, cum horrendo periurio, Christum: & deniq; uel post acceptum Spiritum sanctum, non tantum non rectè incedit ad ueritatem Euangelij, sed etiam seducit illum eximium Barnabam, & multos alios: aded ut eum coram tota Ecclesia in faciem, ut seductorem, redargui & obiurgari necesse sit. Sæpissimè Apostoli Christum non intelligunt, eius sermone ac doctrina offenduntur, quin & murmurant contra eum. Exoritur quoq; murmur Græcorum contra Hebræos, in ipso statim initio & flore Ecclesiæ, & aliæ innumera huiusmodi procellæ ac tempestates, quas facile est calumniatori spiritui eiusq; organis speciosè ac odiosè exagitare.

Sapiētissimus & Deo acceptus Salomon, Gedeon, Iepte, & Aaron, idola extruunt. Quibus omnibus, cū zelo Dei ardentibus & sinceris Christianos coram tota Ecclesia Dei in faciem resistere oporteat, nequaquam eorum inani gloriolæ aut dignitati parcunt: unde mox exoritur species dissensionis, non sine aliquo imbecillorum offendiculo, & impiorum calumniatorum tripudio ac insultatione.

Inde porro facilè etiā atrocius certamen fit, crescitq; si forsitan Petrus excusat (sicut Adam) peccatum suum: uel si Salomon aut Aaron uitulos, uel Interim dissoluere, confringere, abolere & damnare nolunt, uel etiam alijs id facere non concedunt. Sæpius etiā accedit, quòd unus dicat, Ego sum Cephe, alter Apollo, ego Pauli: ut Corinthijs, Pauli discipulis, eo uiuo euenit.

Postremò, non rarū & illud est, quòd aliqui corrumpuntur mutibus Iscarioticis: ut Bileam, Ananias, & alij: ut inter alios etiā Marcellinus papa, cum Christum abnegaret, fecit. Sed propter hæc certamina & scandala nullus pius & candidus ueram Ecclesiam aut religionem reiiciet, aut damnabit.

Necesse omnino est ut ueniant scandala & sectæ, atq; aded etiā hæreses in ipsa Ecclesia Dei, ut multorum tam pseudoapostolorū quàm rectè sentientium corda reuelentur. Væ autem illi, qui alijs est offendiculo. Luc. 17. Matth. 18 & 1. Cor. 11. Si quis autē hanc ob rem ueram Ecclesiam & religionem, multis tetrīs conuicijs lacerat & proscindit, hic quidē facit illud instinctu maligni Spiritus, qui est CALUMNIATOR: ideo etiam Sathan ex hoc artificio

*diab.*

*Alex. Solos* appellatur. Recipiet autem suo tempore dignum suis factis præmium.

Si quod calumniatorium organū sathanæ, cuiusmodi sunt præfentes Antichristi & sectarum collectores, aut poetæ potius, sedulo obseruasset Christum, eiusq; discipulos, Deus bone quot sectas ex illis fecisset? Quàm primùm audisset matrem filiorū Zebedæi, petentem ut filij sui sedeant à dextris & sinistris Domini: mox fecisset Zebedæanos. Vbi Philippus petit ipsis coràm monstrari patrem: mox nominasset Patriastas. Vbi Thomas non credit, & contradicit resurrectioni: mox nominasset Thomistas. Cū Petrus dubitat, incedens per mare, aut improbat consilium passionis, & à Christo sathan audit: statim dixisset, esse sectam Sathanistarū. Vbi uult pugnare contra ministros magistratus, uocasset sediciosos & Munzerianos. Quando non recto pede incedit, uocasset claudicantes. Quando Apostoli in uoce Fermenti aberrant à Christi sententia, mox eos uocasset Fermentistas. Cum disputat de principatu, mox uocasset Principistas, aut Superioristas. Quando murmurant de ungueti effusione, mox uocasset eos Unguentistas, aut Murmuratores.

Sic enim nūc isti Antichristi pseudoapostoli, obseruantes piorū uestigia, si forte alicubi nutet, aut labatur, ex quauis occasiuncula, & quouis paroxismo, aut etiam imbecillitate piorū nouas sectas cudunt. Vbi occasionem prætextumq; reperire ementiendæ nouæ sectæ non possunt, fingunt aliquod crassum & impudens mendacium: ut Staphylus fecit, cum mentirus est, se negare filium Dei, aut Saxonas negare infernum, & similia complura.

Eiusdem generis est, quòd omnia seductorum nostrorumq; hostium mendacia, quæ Satan cōtra nos per illos euomuit, suo impuro ore & lingua in unum cumulum conuerrunt, exorbent, & denudò in nos uomunt: cuiusmodi est, quòd Hosius contra nos Osiandri mendacia calumniosis faucibus eructat, de uiginti iusticijs, quas doceamus, & similibus multis uanissimis figmentis. Quod tanto magis est in Hosio detestandum, ea illum figmenta ac mendacia contra nos blaterare, quæ scit à nobis sæpius euidentissimè in scriptis contra Osiandrum esse refutata: & eum producit in testem, quem scit tunc, cum ea scriberet, fuisse nostrum acerbissimū hostem: & cui scit, nec apud nos, nec apud ipsos fidem haberi. Congerunt contra nos similia complura isti calumniatores audacissi-

nè & impudentissimè: at nos ipsis non 20, sed uel centū diuersas iusticias uerissimè obijcere possumus. Alius enim illorum alia re, opere, uia, modo, ratione, medio ac mediatore saluari conatur. De qua eorum diuersitate ac contradictione supra plenius dictum est.

Verū honesti ac candidi intelligentesq; homines, etiam inter aduersarios, proculdubio animaduertunt, istas calumnias & uanissima istorum sophistarum figmenta, nequaquam nostræ Religionis, solido uerbo Dei fundatę, stabilitatem euertere: cuperentq; sibi euidentibus sacrarum literarum testimonijs demonstrari, uel nostræ doctrinæ falsitatem, uel suę ueritatem. Non enim est iudicanda doctrinę certitudo ex aliquibus paucis lapsibus eius sectatorum, aut scandalis (quę etiam inter ipsos Christi Apostolos nõ leuia, & in ipsa domo liberisq; Dauidis terriora acciderunt multò quàm in domo & familia hominis ethnici, Augusti Cæsaris) sed ex Mose, Prophetis, Psalmis, & nouo Testamento: cuius lucernę tam certa ac immota est ueritas, ut cœlum ac terra potius confundentur, quàm uel unicus apex aut iora de lege doctrinąq; Dei irrius concidet.

¶ Hęc nunc sufficiant ad refutandas impias calumnias nostrorum aduersariorum, quibus nos nostrasq; Ecclesias, & præsertim ipsam ueram IESU CHRISTI doctrinam ac religionem, quam profitemur, sceleratè deformant, tanquam nihil certi habeat, sed sit discerpta ac dilacerata in uarias & contrarias opiniones, sectas & contradictiones. Demõstrari enim abundè, esse partim tenues lapsus, partim subitaneos paroxisimos: idq; singulorum aliquorū, aut perpaucorum homuncionum, & præterea in paucis sententijs, quę opiniones à uero declinantes subinde refutatę euanescūt, & à nostris Ecclesijs Dei beneficio profus explodūtur. Quales imbecillitatis humanę fragilitates ac lapsus, etiam in ipsismet Apostolis & alijs sanctis. uiris olim in summo flore Ecclesię ac religionis acciderunt frequenter.

Ostendi quoq; nobis ac Ecclesijs nostris iniustissimè obijci errores uel fanaticorum, uel etiam eorum qui cum Babylonica Thaide colluserunt, quos nostrę Ecclesię oppugnauerunt ac reiecerunt: ut apparet ex refutationibus Anabaptitarum, Stenkfeldistarum, Ohandri, & similibus. Sic etiam exploserunt ac expurgarunt nostrę Ecclesię uaria interim & conciliationes cum Antichristo, ipsis per summam uiolentiam ab istis ipsis aduersarijs, per fraudem

dem falsorum fratrum obtrufas.

Deniq; indicaui innumeras feftas falsò ab aduerfarijs excogitari, ac in scandalum puillorum Euangelio Ecclesiæq; Christi obijci, & passim iactari, exaggerari ac exagitari. Quid enim ego tandè (ut de alijs nunc taceam) noui docui, ut istos calumniatores nouam aut propriam Flacianorum sectam excogitare, & de ea declamitare æquum sit? O' diabolicam impudentiam, & extremum calumniandi studium.

Contrà uerò etiam liquidò mōstrauimus innumeras sœdissimasq; contradictiones, dissensiones, opinionum portenta, sectas, & omnino diuersas religiones ac hæreses in ista Babylonica aduerfariorum confusione, ac plusquam Ægyptijs tenebris propalam cōspici, ac uel manibus palpari posse.

**V**T autem tandè hoc scriptum concludam, breuissimè ac ueluti singulis punctis notabo, tum nostram unitatem in summis Articulis, tum & aduerfariorum diuersissimas & contrariissimas opiniones ac dissensiones: quò sub oculis ipsam simplicem ac nudam ueritatem Lector habeat, & tãto rectius de hac quoq; parte nostrorum cum Papiſtis certaminum iudicare possit.

Aduersarij enim cum uideant sacram Scripturam ad eò ex diametro ipsis repugnare, ut porrò suam abominationem desolationis, eius præsidio defendere uerissimiliter nequeant: duo sibi (ut & suprà dictum est) ultima refugia, ac ceu rerum desperatarum propugnacula struere cœperunt: unum, quòd sacras literas horribiliter ac multipliciter calumniantur, omnesq; dehortantur ne multũ illas curèt, sed potius deuitèt, atq; etiam odio habeant, fugiantq;, ut librum unde omnes errores orientur, ac defendatur, & alio qui multipliciter incommodum: sicut ex proprijs ipsorum sententijs in edita à nobis Norma concilij liquidò cerni potest.

Alterum istorum profugium est, quòd cum proprijs religionis uiribus, quibus sese contra nos tueantur, careant, iam ad nos transfiliunt, nosq; obseruant, quærentes, captantes & scrutantes nodũ in scirpo, si fortè quid reprehensibile, aut quod saltem uerissimiliter exagitari queat, in nobis offendant, quo sic tantum nos & cœlestem ueritatem calumbientur, & hominibus inuisam reddat: prorsus imitantes in hoc infames mulierculas, quæ cum in iurgando sua flagitia insaniamq; amplius tegere excusareq; nequeunt, confi-

etis similibus, aut etiam tetrioribus criminibus, impuro ore uociferantes, honestas matronas infamare conantur.

Multum igitur isti de dissensionibus & contradictionibus nostris fingentes, pro libitu clamitant: cum tamen nostra Religio pulchrè sibi ac sacris literis concordet, constetq; & ipsimet infinita confusione dissidiorum, manifestorum schismatum, tetrarumq; hæresium & impiorum somniorum obruti distrahantur, ut ex sequentibus patebit.

¶ PRIMO: Nos Christiani credimus & adoramus, unanimiter unum tantum Deum, creatorem cœli & terræ, quem solum sentimus esse omnipotentem, scrutantem corda, cunctorumq; hominum uota ac gemitus in amplo hoc mundo cernentem.

Papistæ uerò non solum multos homines defunctos (quos Santos uocant) adorant, & honorant: uerùm etiam ipsorum uestes, ossa & idola, imaginesq;, præsertim si quæ dolis fallacijsq; sacrificorum sit, miraculorum nomine celebris. Nec semel considerant, se adorare truncum, picturam, aut quid simile: sicut Dauid & Isaias de suis idololâtris loquuntur, Isai. 41. & 42, Psal. 115. Quomodo igitur in tali pecuina ruditate & incogitantia consensus & unitas fidei esse potest?

SECUNDO: Nos Christiani uno ore docemus, quòd iuxta dictum Christi Iohan. 3. ubiq; ac semper perinde bonum sit, adorare patrem in spiritu & ueritate.

Sed Papistarum aliqui melius esse Romæ, aut Hierosolymæ, aliqui Loretæ, aliqui apud Iacobum Compostellanum, quidam Treueris, alij Coloniae, &c. asseuerant, & quidam melius esse tempore Iubilæi & indulgentiarum alicui loco concessarum, quam aliàs: In quo errore illi tam uarij ac inconstantes sunt, ut etiam singuli se cum dissideant, nunc Romam, nunc Hierosolymam, nunc ad D. Iacobum adorandi causa uisitâtes. Vide Colloquia Erasmi, si hæc ignoras, aut mihi non credis: uel etiam interroga seniores, quibus ista omnia fuerunt peruulgatissima.

TERTIO: Nos Christi auditores unam tantum de uera oratione doctrinam unanimiter retinemus, quòd per ac propter solum Christum patrem accedere & orare debeamus.

Papistæ autem, sicut Christus de Iudæis & Ethnicis dicit, sine fide, sine ratione & mentis intellectu orant, ac bonitatem precationis in solo multiloquio seu battologia, inaniq; laborum strepitu collocant.

collocant. Quomodo ergo in hac summa re consensus fidei inter eos esse potest?

QUARTO: Christiani unanimiter cum Domino totaq; Scriptura dicunt, esse unicam tantum ueram iusticiam, qua corâ Deo iustificentur & saluentur: uidelicet transitum Christi ad patrē, uel eius passionem aut sanguinem.

At Papistarum alij pro iusticia sua Missas habent, alij literas indulgentiarum: alij gressum, passionem seu merita martyrum: alij opera supererogationis monachorum & monacharum: alij spiritualium, præsertim monacharum, uirginitatem: alij precum batologias: alij ieiunia, alij peregrinationes, & deniq; alij alia huiusmodi nugamenta, quorum non est numerus: inter quæ est præcipua expeditissimaq; iusticia, si quis moriēs uestem monasticâ induat.

QUINTO: Christi membra credunt & inuocant unum solum Deum & adiutorē, in omnibus suis aduersitatibus & necessitatibus.

Sed Papistæ non solum quatuordecim Diuos tutelares, quos uulgo *Notthelfer* nominant, sed infinitos planè habent: omnes uidelicet, quos Sanctos appellant. De quibus tamen est ipsorū proprium, uetus ac celebre dictum: Multi inuocantur in cælo, quorū animæ ardent in inferno. Sic igitur isti inuocant etiam ipsa æterna mancipia satanæ. Quin etiam statuas & spectra cacodæmonum implorant & adorant, si modò ea dicunt se hunc aut illum sanctū esse, sicut olim Sauli cacodæmon sub nomine ac specie Samuelis apparuit. Rectè igitur dicit Christus: Vos adoratis quod nescitis. Hæc est nostra harmonia & concordia.

SEXTO: Fideles soli Deo omnipotenti totam mundi gubernationem & prouidentiam adscribunt: Quod ipse solus sit omnia in omnibus.

Papistæ & gubernationem seu prouidentiam istam inter innumeros diuos distribuunt: ita tamen, ut præcipuum laborem honoremq; ac officium Regina cæli, Stella maris, & Domina mundi (ut eam illi uocant) obrineat. Hinc sanctus Antonius suus pascit. S. Martinus & Georgius belligerantur. S. Apollonia medetur dentium doloribus. S. Nicolaus in periculis maris opitulatur. Regina cæli inter Iudæos quoq; regnauit, ut ex Hieremia uidere licet. Apud hæreticos quoq; iam olim D. Maria in reginam cæli euectafuit, quod Epiphanius grauissimè reprehendit ac refutat.

Mirari autem quispiam posset, ac suspicari, olim ante istam fun-

tionum distributionem malè fuisse ordinatum ac rectum cœlum. Verùm scire debes, hanc curam officiorum olim sustinuisse ethnicos diuos, quibus ob malam administrationem depositis, Papistarum diui nunc successerunt. En habes solutionem dubij.

SEPTIMO: Nos Christi discipuli unicum tantum habemus mediatorem, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, cuius intercessione & meritis nos saluari unanimiter confidimus ac docemus.

Contrà Papistæ infinitis utuntur mediatoribus, omnibus scilicet Sanctis. Quin & quotidie adhuc illis noui oriuntur, crescūt & maturescunt, quorum precibus & meritis petunt se saluari & exaudiri, sicut in delubris suis perpetuò cantare & orare consueuerunt.

OCTAVO: Simul omnes Euangelici unanimiter profitentur, hominem sola fide coram Deo iustificari: ideoq; unica uia salutis nituntur, fide nempe in CHRISTVM IESVM.

At Papistæ infinitas obseruant uias, hic propria opera, iste aliena, empta tamen: alius peregrinationes, alius extructiones templorum, alius deniq; bullas indulgentiarum, & huiusmodi errores uiarum multiplices, diuerticulaq; innumera, sicut uniuscuiusq; cerebrum comminiscitur, somniatq;.

NONO: Euangelio credentes unicum tantum habent regem, sacerdotem & caput, cuius membra se esse confitentur.

E diuersò Papistæ infinitos habent sacerdotes, reges, & capita: præcipuè autem sanctiss. patrem Papam, eiusq; cardinales, episcopos, & prælatos.

DECIMO: Euangelici aut fideles credunt & amplectuntur unicum propitiatorium sacrificium, nempe solam Christi passionem qua Deus plenissimè reconciliatus, placatusq; sit, & peccatum aboluitum, ac omnes homines iusti saluiq; reddantur.

Sed Papistæ innumera habent sacrificia expiatoria, eaq; adhuc quotidie sine fine & modo accumulunt, aded ut si in omnibus cœplis mille Missas sacrificatorias musitare possent, tunc probè rem se curasse putarent.

VNDECIMO: Oues Christi unum tantum pastorem iuxta Christi mandatum habent, eum uidelicet, de quo pater à summo cœlo clamauit, ac seriò toti mortalium generi mandauit: Hic est filius meus dilectus, Hunc audite.

Papistæ

Papistæ contrà infinitos habent præceptores, atque inter alios sanctissimos etiam Pontifices, episcopos, & ipsorum concilia: uarios patres ac scriptores, Thomam, Scotum, Bonauenturam, &c. qui errare non possint, regulas monasticas, uisiones, aut potius somnia monachorum. Atq; aded etiam spectra cacodæmonum, si modò dicant se esse uel animam alicuius, uel sanctum, uel angelum, &c. Vnde suum purgatorium, Missas pro mortuis, & similia didicerunt.

**DVODECIMO:** Euangelicæ fidei homines tantum unum habent baptismum, hominibus ad salutem.

Papistæ uerò quamplurima habent baptismata, ut est etiam aqua benedicta, de qua ipsimet eorum sacrifici aspergentes homines solent dicere: Aqua benedicta deleat tua delicta, sit tibi salus & uita. Campanas quoq; altaria & lapides baptizant: imò cucullâ saltem induentes, tam efficacem sibi esse foreq; credunt, quantum sit baptismus: sicut olim scriptores ipsorum asseruerunt.

**DECIMOTERTIO:** Papistæ docent multis modis expiari peccata. Iesuitæ in suo Catechismo, anno 1554 Viennæ cum gratia & priuilegio Monarcharum edito, enumerant sex modos aut media, & multo esse plura affirmant. Locum suprâ citauimus. At nostræ Ecclesiæ ex sacris literis didicerunt, & unanimitè docet, unicum esse agnum Dei, qui tollat peccata mûdi, folius illius uulnere nos sanatos, & ipsius solius sanguine mundatos esse ab omnibus peccatis. Vtra pars hic unanimitè unicum seruatorè colat, aut dissentiendo & sibimet contradicendo innumeros, tu candide Lector statue.

**DECIMOQVARTO:** Euangelicæ doctrinæ auditores unam tantum habent Cœnam uel communionem Dominicam à Christo institutam.

Verùm Papistæ mille fermè species seu res diuersas ex ea fabricarunt: ceu sunt missarum formæ diuersissimæ, pro his aut illis necessitatibus, ad alios atq; alios sanctos: uariæ item circumgestationes, inclusiones ac adorationes. prorsus innumeros abusus, & mera idola inde fabricarunt.

**DECIMOQVINTO:** Euangelij Christi confessores unicum tantum librum oraculorum Dei habent, Scripturam uidelicet sacram, quem iuxta mandata & exempla Christi ac Apostolorû scrutantur, student, ex illo conferunt, & ueritatem hauriunt, quam & sequuntur.



sequuntur, tanquam solam diuinam lucernam tenebrarum mundi huius. 2. Petri 2. Quæ una nos sufficientissimè in omni necessitate, dubio & quæstione, ad salutem potest erudire. 2. Timoth 3.

Sed Papistæ infinita habent decreta, patres, concilia, consuetudines, traditiones, bullas, &c. quæ plurimum inter sese uariant ac dissidēt. Manca enim illis est sacra Scriptura, dubia & obscura, litera mortua, elementum, &c. sicut ipsi eam impuro ore blasphemant: de qua re, ac impietate istorum detestanda, in Norma Synodi satis diximus. Qua igitur ratione inter illos concordia fidei & doctrinæ esse & consistere potest?

DECIMO SEXTO: Euangelium sequentes, quod ad religionem attinet, unus & idem sunt populus, aut cœtus in uitæ ratione & modo.

Sed Papistarum infinita sunt genera, sectæ & ordines uariorum sacerdotum, monachorum, monacharum, confraternitatum, ac eiuscæmodi diabolici seminis, ut numerari uix possint. Nec enim tot diuersæ uolucrum species sub cœlo uarijs coloribus ornatae uolitant, quàm uariæ sacrarum uestium formæ, regulæ, & uitæ genera, in prælatis, sacerdotibus, monachis & monialibus, & cæteris spiritualibus reperiuntur. Inter laicos quoq; innumeræ sunt fraternitates aut confraternitates, Beginæ & Begardi.

DECIMO SEPTIMO: Euangelici dogmatis confessores perpetuò unoq; tenore communionem sub utraq; specie, secundum Christi uerbum ac institutum defendunt & retinent. Coniugium quoq; sacerdotum, libertatem ciborum, & cæteras religionis partes eadem forma ac ratione obseruant.

Cæterum Papistæ communionis nunc utramq; paulo pòst unã tantum, mox rursus utramq; speciem præcipiunt. Sic etiam de cõiugio sacerdotum, & libertate ciborum fastidant: iam prohibent usum butyri, casei, ouorum, lactis: mox bullas de iisdem uendunt, omnia precio pecuniaq; dispensantes, leges figentes ac refigentes. Olim sub altera tantum specie communionem grande sacrilegiũ appellarunt, & anathematizarunt: postea publico decreto Concilij, ut planè catholicam defenderunt, & communicantes sub utraque, tanquam perniciosissimos hæreticos excommunicarunt, exusseruntq;. Iam iterum utramq; speciẽ piã ac cõcedendam iudicat Cõciliabulum: non aliter in religione, quàm puellæ cum suis puppis, ludentes. Sic scriptum Staphyli in cõuentu Ingolstadij, su-

periori

periori anno excusum asserit, ista omnia esse adiaphora: propter quæ tamen hastenus Papistæ innumeros Christianos crudelissimè exusserunt, aut alioqui interfecerunt.

**DECIMOCTAVO:** Evangelicæ professionis homines dicunt, prius cælum & terram transitura, quàm unicum dictum, uel etiam apicem aut literã sacræ Scripturæ, donec omnia fiant. Ipsum etiam filium Dei **IESVM CHRISTVM** se Sacræ scripturæ subiecisse: propterea omnia perpessum esse, fecisse, ac tolerasse, ut illa modò adimpleretur, sicut ipsemet Dominus sæpius inculcat.

Papistæ uerò contendunt sibi licere, unicum dictum aut mandatum Dei iam sic, mox aliter interpretari, applicare, & in actu exhibere: sicut in impressa Norma Synodi ex proprijs ipsorum dictis uideri licet. Hinc profectò mille formas religionis emergere necessum erit, quodq; heri ratum fuit, hodie irritum esse, & mox rursus contrarium.

**DECIMONONO:** Evangelici simplicissimè & unanimiter de pœnitentia docent: quòd sit primùm agnitio iræ Dei, & dolor peccati commissi: secundò, agnitio & fides agni unius Dei, qui solus pro peccatis mundi persoluit & satisfecit.

Contrà Papistæ multiplices constituunt pœnitentias. Habent quoq; infinitas quæstiones, rixas & rixas de partibus ipsorù pœnitentiæ, de sufficiente contritione, perfecta confessione, & plena satisfactione. Sic & de suis canonibus pœnitentialibus. Quare tanta spinosarum opinionum uarietate & irreconciliabili diuersitate nihil aliud efficiunt, quàm quòd simplicium hominum conscientias illaqueant, & in desperationem pertrahunt.

**VIGESIMO:** Christiani Evangelici unanimiter totam doctrinam Christianam in duas tantum partes diuidendam esse credunt: in legem uidelicet, & (ut Paulus & Baptista distinguunt) Euangelium: ac omnes homines ab initio mundi usq; ad finem, per legem quidem sua peccata ac damnationem seu morbum agnoscere, per solum autem Euangelium saluari.

Econtrà docuere Papistæ, homines primùm per legem naturæ, deinde per legem Moyse seruatos, nunc uerò demùm per legem Christi saluari. Atq; sic uaria illi habent dogmata, doctrinasq; per quas saluentur.

**VIGESIMOPRIMO:** Evangelici Christiani docent, omnes homines esse mēdaces, & errare posse: nec ulterius eis credendum

K esse,

esse, quàm quoad sententias & doctrinas suas uerbo Dei clarè probant.

Papistæ cōtrà cōtendunt, suos Pontifices, Cōcilia, Patres, Scholas, & alios Rabinos nequaquam posse errare: ideoq; audiendos esse, & faciendum quicquid illi etiam sine Scriptura mādauerint. Interea etiam cōtrà nemo non scelera illorum Pontificum nouit: & eorum proprii historici narrant, quomodo sacri Papæ sese inuicem suaq; decreta damnauerint, & anathematizauerint.

VIGESIMO SECVNDO: In summa, nos uia Dei discimus & docemus unanimiter, secundum Christi mandatū, quemadmodū à Spiritu sancto in sacra Scriptura, præscripta commonstrataq; est: ac grande nefas esse credimus, uel minimum inde ad dextram aut sinistram declinare, aut facere quod cuiquam suo arbitrio bonum uideatur.

At Papistici seductores cōtrà clamant: Age facito, quodcumq; modò tibi bonum uiderur. Quicquid enim bona intentione facis, placet Deo. Qui igitur fieri potest, quando apud illos mille genera aut formæ religionis sint, cum unicuiq; hominum suum uideatur esse pulchrum: & quot capita, tot sensus? Hoc est quòd prophetæ dicūt, Unusquisq; abiit uiam suam. Et, Dispersus est grex meus super omnes montes & ualles.

Maxima cura & labore constat, ut homines in una ueritatis uia retineantur, licet ipsis dies noctesq; seuerissimè (adiunctis insuper multis promissionibus & interminationibus) ex uerbo Dei illa monstratur, inculceturq;: sicut ex prophetis, Moysè, totoq; ueteri Testamento uidere est. Quomodo igitur isti in concordia ac unitate fidei persistēt, si eis à suis pastoribus perpetuò clametur: Qui libet quod sibi modò bonum uiderur faciat, & quo quemq; sua agitat trahit uē deuotio, currat?

Ex hisce omnibus liquidò cernere ac indicare potest candidus & intelligens Lector, utra pars, nostra ne, an Papistica, unam certā & sibi met constantem doctrinam sequatur, credat ac doceat: & cōtrà etiam, utra pars sit innumeris sectis & contradictorijs sententijs ac opinionibus distraeta, discerpta ac confusa.

Demonstrauimus enim euidentissimè, idq; ex plurimis maximæq; autoritatis Papistarum scriptis, & prolixissimis dictis, ad uerbum citatis, tum doctores ipsorum innumeras contentiones  
inter

inter se habere, & iam longo tempore habuisse: tum uulgi eorū in infinitas, diuersas ac planè cōtrarias opiniones, idq; in summis Religionis capitibus discerptos distractosq; fuisse & esse: tum deniq; & ipsam istorum Religionem merum chaos confusionemq; esse, ac in plerisq; etiam grauisimis articulis secum ipsam pugnare, & sibi met contradicere, seq; inuoluere, confutare & euertere.

Ostendi etiam, nostram Ecclesiam ac Religionem in omnibus capitibus aut articulis, primarijsq; sententijs Christianæ fidei, pulchrè uerbo Dei, primitiue Ecclesię, & sibi inuicem consentire: nec esse inter nos ulla schismata aut contradictiones, pugnantēs uē sententię, etiam si interdum ( ut inter homines multipliciter à satana tentatos, & à uarijs aduersarijs oppugnatos) aliqui subiti paroxysmi, aut aliquorum singulorum paucorumq; doctorum lapsus, aut quasi quædam deuiationes ab aliquibus ueris sententijs accidant: quales calamitates etiam inter ipsos Domini discipulos, tum eo uiuo, tum & post eius ascensionē, & deniq; in tota primitiua Ecclesia sæpissimè acciderunt.

Reliquum ergo est, ut unusquisq; tempus uisitacionis Domini agnoscat: uerbo Dei Antichristum hisce postremis temporibus patefacientis, & Euangelium suum potenter gloriosèq; instaurantis, non repugnet: & deniq; sese ad ipsius seuerū aduentum, iudiciūq; maturè comparet.

Tam longo tempore, nempe iam inde à primo aduentu, uel etiam à prophetia Danielis, multum dictum & disputatum est de uenturi Antichristi reuelacione. Nunc cum ille uenit, reuelatusq; est luculentissimè, nolunt eum Papistę agnoscere, sed alium expectant. Qui sanè in hoc prorsus Iudæis sunt similes, qui reiecto uero Christo alium sibi in diebus illis uenturū somniant. Venient ergo Iudæorum Christus, & Papistarum Antichristus, una die aut tempore, id est nunquam. Sed cœlestis ille seuerissimusq; Iudex breuiter cum uerum Christum, tum & uerum Antichristum coram digito, maximo eorum malo, monstrabit.

Væ autem multo magis illis, qui cum agnouerint Romanum Antichristum, & innumeras abominationes esse in eius Religione confiteantur, nihilominus uel metu aliquorum damnorum ac crucis, uel spe commodorum, quòd eis Antichristus diuidet terras & thesauros (ut Daniel iam olim prædixit) id est, episcopatus,

aliasq; varias praelaturas, eum colere & adorare pergunt, recusantes exire ex ista impurissima & Deo inimica Babylone. Dominus IESVS regat nos, omnesq; suos, sancto Spiritu: & doceat nos, ducatq; in omnem ueritatem: nosq; ita potenter animet & confirmet, ut magis eius coelestem patrem timeamus, qui potest perdere non tantum corpus, sed & animam aeterno exitio: quam istos miseros ac mortales homunciones, & planè bullas, qui solum terrena damna minari, non autem inferre, nisi cum & quatenus ille noster benignissimus pater permittit, & nobis in bonum cedere debent, possunt: ut ipsum perpetuò glorificemus, & cum ipso aeterna foelicitate perfruemur, Amen.

F I N I S.

## TESTIMONIA RECENTIS

SIMORVM SCHOLASTICORVM, SOPHISTA-

rum & Monachorum, contra Manichæam Papistarum communionem sub una specie, aut sacrosancti Testamenti Christi violationem: ad hoc tantum congesta, ut liquido cernantur eorum sædissima contradictiones: & non tantum in ueteri Ecclesia, sed etiam in istorum synagoga integram institutionem in usu fuisse: & contra, Papistarum sacrilegium prorsus recens esse.



VONIAM Pontificij falsò iactant uetustatem cum aliorum suorum errorum, tum etiam suæ Manichææ communionis sub una tantum specie, iamq; dudum ab Ecclesia comprobata, uolentes miseræ plebeculæ persuadere longam cōsuetudinem man-

dato ac ordinationi uiuentis Dei præiudicare aut derogare posse: cum teste D. Cypriano, consuetudo sine ueritate non ius ac pietas, sed tantum uetustas erroris sit: & nec in politicis quidem aut carnalibus rebus concedatur ulla præscriptio in ijs, quæ initio mala fide iniusteq; suscepta aut possessa sunt. Nec tamen nego eam satis uecistam singularibus quibusdam hominibus & hæreticis, præsertim Manichæis, fuisse: sed tamen à communi Christianorum Ecclesia semper usq; ad pauca abhinc secula improbata est, ultimis aut demum hisce temporibus circiter intra 150 annos prorsus recepta fuit. Quod uerò istud grande sacrilegium, sicut id ipsorum proprii Canones uocât, sit Manichæum inuentum, aut portentû, testantur hæc Leonis magni, istorum Papæ, uerba.

Abdicant enim se, inquit, Manichæi sacramento salutis humanæ, & Christû Dominû nostrû, sicut in ueritate carnis nostræ degant natum, ita mortuû uerè, & resurrexisse, nō credunt: & ob hoc diem salutis & læticiæ nostræ sui ieiunij, mœrore condemnant. Cumq; ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysterijs, ita in sacramentorum communiōe se temperant, ut interdum tutius lateant. Ore indigno Christi corpus accipiunt,

SANGVINEM autem redemptionis nostræ HAVRIRE omnino DECLINANT. Quod ideo uestrâ uolumus scire sanctitatem, ut uobis huiuscemodi homines, & his manifestantium indicijs, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & pro diti, à sanctorum societate sacerdotali autoritate pellantur. De talibus enim beatus Paulus apostolus Ecclesiâ Dei prouidè monet, dicēs: Rogamus autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam uos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.

Quare ut contra istâ uetustatis iactationem, appareat non tantum impietas Antichristianæ prohibitionis, communionis sub utraq; specie, sed etiam extrema nouitas: testimonia ex recentissimis Papistarum scriptoribus, pro cõmunionem utriusq; speciei depromam. Simul autem hinc agnoscat Lector, subinde plures ac foediores errores ac abominaciones in Papatu accreuisse, quos isti nunc pusillis IESV CHRISTI, pro Apostolica traditione, aut etiam Christi ordinatione impudenter uenditant & obrudunt. Veterum testimonia adscribere nihil opus est: quia etiam aduersarij iam uolentes nolentes concedere coguntur, diu post Apostolos integram cõmunionem in usu fuisse. Tamen illud nequaquã inficias iuerim, communionem sub una specie Manichæis perusitatam, ac à Leone papa seuerissimè damnatâ fuisse: sicut paulo post & à Iulio ac Gelasio pontificibus factum audiemus.

Primum uerò illud diligenter obseruetur, quòd ipsorum proprij scriptores cõfitentur, nullum decretum reperiri de prohibitionem integræ communionis, ante Constantiensem synodum, quæ celebrata est ante annos 140: sed tantum consuetudine quadã ad eum usum communicandi sub una specie obtinuisse. Verba unius aut alterius adscribam.

#### EX PROLIIXO VOLVMINE

*Iohannis Viguerij.*

**E**T quamuis in primitiua Ecclesia, cum ille sanguis Christi ferueret in cordibus fidelium, & corda credètiùm inflammaret, laici sub utraq; specie communicarent cum summa deuotione, reuerentia, diligentia & cautela, quem morem adhuc seruant Græci: successu tamen temporis deserbuit deuotio fidelium ita, ut qui olim quotidie communicabant, uix persuaderi possent ut uel  
solum

Solum semel in anno hoc sacramentū reciperēt. Quod pleriq; ualde leuiter, & cum minori deuotione, reuerentia & cautela faciunt. Eam ob rem non ex ordinatione Ecclesiæ, quæ NULLIBI REPERITVR, sed ex interno consensu Christi & Orthodoxorum presulum inoleuit usus, ut sub altera tantum specie laicis ministratur: imò & sacerdotibus communicare uolentibus, nisi ipsi perficiant ministerium, ut cum infirmi, uel in die cœnæ Domini aut alijs diebus, cum nulla necessitas uel incōmodum (ut dictum est) eis imminet.

*Et paulo post:*

Ideo in concilio Basiliensi sessione 30. & Constantiensi sess. 13. corroboratur ritus & consuetudo sumendi Eucharistiam à laicis, sub specie panis duntaxat: ubi iam recepta erat. & cōdemnari fuerunt uelut hæretici, qui huiusmodi ritum & consuetudinem impugnare pergerent, & tanquam illicitum reproarent.

EX INSTITVTIONE PETRI DE SO-

*to, Diligēte prælecta & excusa.*

**E**X his duobus iam tertium, quod sufficere debeat, sequitur: quodd uidelicet, etsi uerum sit, utriusq; speciei perceptionem longo tempore fuisse in usu Ecclesiæ, maximè cum peractis mysterijs populus accederet ad communicandum: non tamen hoc quasi necessarium fuisse seruatum, cum tunc etiam nonnulli sub una specie sumerent, & ita FORTE infirmis omnibus traderetur. Quare non est CONSULTVM conari, ut probemus uel in primitiua illa Apostolorum Ecclesia, uel in antiquioribus alijs tantum fuisse unius speciei usum, quod QUIDAM uolunt OSTENDERE ex illo uerbo Act Apostolorum: Erant perseverantes in communicatione fractionis panis. Nam ID HOC non PROBAT. Et Paulus ad Corinthios de cibo & potu mentionem facit. Donemus igitur illis, fuisse usum utriusq; speciei, quod testimoniū illud Gelasij papæ confirmat, & aliud Leonis, in sermone quarto Quadragesimæ, de quo superius diximus: ubi Manichæos dicit specie uini non sumere, ostendens apertè, id CONTRARIVM fuisse consuetudini catholicorum. Demus igitur hoc hæreticis. Concedant tamen illi nobis, hoc non fuisse creditum necessarium, & factum quandoq; fuisse oppositum, absq; timore aliquo transgressionis Diuini præcepti. Sit itaq; liberū utrumq; Ecclesiæ, necnes  
eam





biliter uiuens, iterum in hoc mysterio moritur, eius quoq; ubique corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur: eius sanguis non iam in manus infidelium, sed fidelium ora profunditur.

*Ibidem Can. Cum omne crimen.*

Alios quoq; intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere.

*Ibidem:*

Illud uerò, quòd pro complemento communionis intincta tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendauit, & sanguinem. Seorsum enim panis & seorsim calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Christum præbuisse, non legimus: excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella magistri proditorem ostenderat: non quòd sacramenti huius institutionem signaret.

*Ibidem Can. Comperimus.*

Comperimus autem, quòd quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacraati cruoris abstineant: qui proculdubio (quoniam nescio qua superstitione docentur altringi) aut integra Sacramenta percipiāt, aut ab integris arceātur: quia diuisio unius eiusdèq; mysterij, sine grādi sacrilegio nō potest prouenire.

¶ Obserua, quòd Satan iam olim per sua organa conatus sit, sacrosanctum Christi testamentum integræ communionis peruertere: sed seniores Pontifices illis grauitè & fortiter restitisse, donec tandem & ipsi facti sunt Antichristi.

*Ibidem Glossa, quæ circiter ante 300 annos conscripta est.*

Nec superfluit hæc uel alia sumptio, sicut si comedam in uno prandio, & ante potum & post potum, non tamen dicor bis comedere. Nec superflue sumitur sub utraq; specie, nam species panis ad carnem, & species uini ad animam refertur: cum uinum sit Sacramentum sanguinis, in quo est sedes animæ. Ideoq; sumitur sub utraq; specie, ut significetur quòd utrumq; Christus assumpsit, & carnem, & etiam animam: & quòd tam animæ quàm corporis participatio ualeat. Vnde si sub una tantum specie sumeretur, ad tuitionem alterius tantum ualere significaretur. Hæc tamen propositio non est cōcedenda, Vinum trās substantialiatur in corpus Christi: nec ipse panis trās substantialiatur in sanguinem: sed potius panis tantum trās substantialiatur in carnem, &c.

EX LOMBARDO, QUI TOTIVS ISTIVS SOPHISTICÆ ADVERSARIORUM DOCTRINÆ PATER ET AUTOR EST, ET VIXIT PAULO ANTE 400 ANNOS: LIB. 4. DIST. II.

**S**ED quare sub duplici specie sumitur, cum sub alterutro totus sit Christus? Ut ostenderetur totam naturam humanam assumpsisse, ut totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut animæ & carnis susceptio in Christo, & utriusque liberatio in nobis significetur. Valet enim, ut Ambrosius ait, ad tuitionem corporis & animæ, quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis uero pro anima nostra, sicut præfiguravit Moyses: Caro, inquit, pro corpore nostro offertur, sanguis pro anima. Sed tamen sub utraque specie sumitur totus, quod ad utrumque ualet, quia sub utraque sumitur Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est animæ uel corporis, non utriusque pariter tuitionem ualere significaretur.

EX ANSHELMO SUPER

1. Cor. cap. 11.

**A**CCEPIT calicem, & dixit: Hic calix, id est, hic potus est Nouum Testamentum: id est, noua promissio cœlestis hereditatis, in sanguine meo, quo plenius est idem calix. Hoc est, potus huius calicis est sanguis meus, qui non uetera, sed noua: id est, non terrena, sed cœlestia bona promittit. Nam calix Moyse uetus Testamentum fuit, quia terrenam hereditatem promissit in sanguine hircorum & uitulorum, de quo idem Moyses ait: Hic sanguis Testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Per testamentum enim datur hereditas, & in sanguine Christi accepimus nouum Testamentum, id est nouam legem, quæ obedientibus sibi dat hereditatem regni cœlorum. Testamentum nouum in Christi sanguine consecutum sumus, per quod ad nouam hereditatem perueniamus, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde & ad tuitionem corporis & animæ nostræ sacramenta eius percipimus: quia caro eius pro salute corporis nostri est oblata. Sanguis uero pro anima nostra effusus est, ut utraque nostri substantia hereditatem uitæ perennis accipere posset. Nec mirum, quod de pane & uino carnem & sanguinem suum fecit. Nam & in quolibet homine carnem & sanguinem

nem de pane & uino facit: quia panis comestus mutatur in carnē,  
& uinum potatum uertitur in sanguinē, per creatoris operationē.

Calix Christi, quem in mysterio bibimus, propterea etiam dicitur Testamentum in sanguine eius, quem semel in cruce fudit pro nobis, quia munit & defendit nos aduersus calumnias hostis anti qui, ne cœlestem possit nobis hæreditatem auferre: sicut literæ illæ quæ uocantur Testamentum, hæredem muniunt aduersus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem. Hoc, inquit, facite: id est, calicem hunc bibite, in meam commemorationem, quotiescunq; biberitis illum: ut scilicet nunquam sine memoria passionis meæ bibatis eum: sed in mente habeatis, quia ego mortem pertuli pro uobis.

Quandoquidem autoritate Domini IESV probauimus, panē illum esse corpus eius, & uinum sanguinem eius, atq; celebrandū uel accipiendum esse mysterium illud in cōmemorationem mortis ipsius. Itaq; quicumq; homo, siue diues, siue mediocris, siue pauper, siue clericus, siue laicus, manducauerit panem Domini hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Indignè manducat & bibit, qui hoc mysterium aliter celebrat uel accipit, quàm à Christo traditum est. Ideo fit reus corporis & sanguinis Domini.

Guilhelmus de mōte Landino, in Sacramèrali suo dicit: Quòd recipiendo corpus totam ueritatem accipit, licet non totum sacramentum. Ideo in multis locis communicatur cum pane & uino, id est, cum toto sacramento.

## EX SERMONE BERNHARDI,

*De cœna Domini.*

**B**ENIGNISSIME IESV, nobilissimę spōsę tuæ dotalitiū indulsisti, ut uel sic teneret colūba tua dulcissimū memoriale dī lecti sui. Christus enim, pridie quàm pateretur, discipulis suis huius sacramenti formam præscripsit, efficaciam exhibuit, id est fieri præcepit. Formæ præscriptio in pane & uino. Notate ordinem. Cū adhuc cœnaretur, à cœna surrexit, discipulorum pedes Dominus uniuersorum lauit, dehinc ad mensam regressus, ordinat sacrificiū corporis & sanguinis sui, seorsum panem, seorsum tradens & uinum. De pane ita dicēs: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. De uino etiā sic: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus, qui pro

multis effunderetur in remissionem peccatorum. Effunderetur, dictū est: quia passim & uisibiliter, quem utiq; puncturæ uepriū, folsio manuum & pedum cum clauis, lateris apertio cū lancea militari, fortius exprimentes, ad modum torrentis fuderunt extrinsecus. Eratq; ille sanguis preciosior, chariorq; balsamo, per quem sordidū nostrarum facta est mundatio. Nota. Christus in cœna illa munerans & munus, cibans & cibus, conuiuia & conuiuium, offerens & oblatio. Audistis formam sacramenti, audite efficaciam & communionem corporis & sanguinis Domini. Et nos IESV CHRISTO, & IESVS CHRISTVS in nobis, in unitate fœderatur inenarrabili. Sicut ipse dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De bonis & dignè summentibus hoc sentiendum est, non de flagitiosis & pessimis. Sanè in mensa una, in cœna Domini, de uno pane consecrato Petrus & Iudas accepit: bonus in uitam, pessimus in pœnam.

Etenim ne humana infirmitas esum carnis & potum sanguinis in sumptione horreret, Christus uelari & palliari illa duo uoluit, speciebus panis & uini, quæ inter humani generis uisualia quodammodo tenent principatū. Nam ad litera quidē præ cibus omnibus cor hominis cōfirmat panis, & lætificat uinū: sic itaq; corpus & sanguinè suū sumendo, proposuit, ut sensus in uno foueretur, in altero fides ædificaretur. Fouetur enim sensus in uno, dum solida tantum & consueta prospicit: ædificatur fides in altero, dum oculo carnis uidente aliud exterius, oculus cordis aliud sentit & reueretur interius. Aliud enim latet, aliud patet. Posuit enim tenebras latibulum suum. Quemadmodum enim species illis uidetur, quorum res uel substantiæ ibi esse non creduntur: sic res ueraciter & substantialiter creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & uini, & substantia panis & uini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi, & tamen species non cernitur. Proponitur igitur species panis & uini, ut doceatur plena & perfecta esse resectio in sumptione corporis & sanguinis Christi. Plena resectio cibi & potus: cibi autem &

potus substantiæ principales sunt  
panis & uinum.

EX RATIONALI DIVINORVM DV-  
RAN-  
di, quem *Iurista Speculatorem* uocant.

**V**T in sumptione corporis & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio, quia sicut præ cæteris cibis & potibus corporalibus panis cor hominis confirmat, & uinum cor hominis lætificat: ita & corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis ac potibus spiritualibus, interiorem hominem reficiunt, & satiant. Vnde: Potulum tuum inebrians quàm præclarum est. In his enim duobus plena cõsistit & perfecta refectio. sicut ipse testatur: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. De hoc etiam dicitur in septima particula, super uerbo, Hic est calix.

Moses quoq; testatur, quoddammodo caro pro corpore, sanguis autem offertur pro anima: quod circa panis & uinum in sacrificio offeruntur, quod ualet ad tuitionem corporis & animæ: ne si sub specie panis, sanguis sumatur cum corpore, & sic sub altera tantum specie sumatur, ad alterius tantum putetur peruenire salutè. Et quamuis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore, & sub specie uini sumatur corpus cum sanguine, secundum Innoc. III. nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie uini bibitur aut comeditur: quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur, ita neutrum sub specie panis bibitur, aut sub specie uini comeditur. Et si concessibile uideatur, quoddammodo corpus bibendo, & sanguis comedendo sumatur. Est ergo secundum eum modum sumendi corpus & sanguinem, quo neutrum manducatur aut bibitur. Et ideo rectè statuitur in canone de consecrat. dist. II. Comperimus, quoddammodo corpus Christi sacerdos sine eius sanguine non sumat. Vnde in quibusdam locis post sumptionem corporis & sanguinis Christi, aliquid de ipso sanguine reseruat in calice, & superfunditur uinum purum, ut ipsi cõmunicantes inde sumant. non enim esset decens tantum sanguinè conficere, nec calix capax inueniretur. Vtrum autem per contactum sanguinis uinum appositum efficiatur sacramentum, dicitur super uerbo, Hic est calix.

Sed cum in canone dicatur: Similiq; modo, postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem, &c. uidetur ex hoc, quod sacerdos statim hostia consecrata, illam debet sumere, priusquam ad calicis consecrationem procedat. Quia omnis Christi actio, nostra debet esse institutio. XII. q. I. Exemplum: Sed ad hoc dicendum est, quod Ecclesia instituit illam post utramq; consecrationem su-

mi, ad ostendendum, quòd solum hostia recipiens non plenum sacramentaliter recipit sacramentum. Etsi enim in hostia consecrata Christi sanguis sit, non tamen est ibi sacramentaliter, eo quòd panis corpus, non sanguinem, & uinum sanguinem significat, & non corpus. Quia ergo sub altera tantum specie non est completum sacramentum, quoad sacramentum uel signum, debet hoc sacramentum compleri.

Antiphona, quæ Postcommunio à pluribus nuncupatur, ideo sic appellata est, quoniam post communicationem, siue in signum quòd communicatio expleta est, concinitur. In primitiua namq; Ecclesia, omnes fideles qualibet die corpore & sanguine Christi communicabant, prout dictum est sub titulo De communicatione sacerdotis: & statim post communionem cantus iste fiebat, ut populus ostenderetur gratias & laudes agere de Christi corpore & sanguine susceptis. Verum propter circumstans nos peccatum, sequenti tempore statutum est, ut ter in anno communionem, & sacerdos quotidie pro omnibus sacramentaliter sumat, prout sub titulo De pacis osculo dictum est.

AD IDEM INNOCENTIUS PAPA IN SUA  
*summa de hoc Sacramento loquens, Cap. 9. ita dicit.*

**Q**UIA Eucharistia augmentum dat gratiæ, ideo dixerunt quidam, quòd paruulis danda esset Eucharistia in forma liquida sanguinis Domini, uel in forma panis comminuta & contrita in aqua. Quia si aliquid eis subtraheretur, de gratia aliquid diminuireretur: & ita minus haberent in cælo præmium. Vnde peccare dicunt, qui eis Eucharistiam subtrahent. Alij dixerunt, quòd nõ esset danda Eucharistia paruulis, propter periculum eiectionis: & quia nihil eis ualeret, nisi deglutirent. Sed ad hoc dixerunt quidam magni uiri, quòd nõ exigitur in Eucharistiæ sumptione, nisi quòd gustus inuitetur, & sapor sentiatur: sicut fit, cum dicitur baptizando, Accipe salem sapientiæ. Constat enim quòd non digluciat sal. Et tamen ex solo gustu salis habet effectum exorcismus in paruulo. Vnde pium esset dare Eucharistiam omni paruulo, cum tali cautela, quòd si post gustum paruulus eijceret, colligeretur illa eiectio, & igna comberentur, sicut dicitur in Exodo: Si quid residuum fuerit, igne comburetur.

ITEM

ITEM ALBERTVS MAGNVS IN TRACTATV  
*de officio Missæ. postquam tractat specialiter de corpore Christi,*  
*quatenus tractans de sanguine Christi sub specie*  
*uini, inter cætera sic ait:*

**Q**VALITER autem sit in genere & specie, sic determinamus. Sicut enim confici non potest nisi de pane & frumento corpus Domini, eo quòd se Christus grano comparauit famenti, & quia panis frumenticius solus est cibus conueniens hominibus inter panes qui sunt de grano: ita dicimus quòd sanguis Domini non potest consecrari nisi de uino, quia scilicet Christus uino cõparari fecit. Et uiti seipsum comparauit, & quia uinum solum naturalis & conueniens potus est hominibus. Quod enim se uino cõparari fecit in prophetis, patet Oseæ ultimo, ubi dicitur: Memoria le eius sicut uinum libaui. Cum autem istud conuiuium sit, quod Christus toti Ecclesiæ reliquit pro suo memoriali, patet: quia in hoc cibo non debet nisi uinum propinari. Hoc etiam uino nõ præfertur Sacramento Nouo uetus Sacramentum, quia agnus typicus cum uino sumebatur. Et ut respondeat ueritas figuræ, oportet quòd & cœna agni immaculati Christi cum uino sumatur. Matth. 26. Non bibam amoddè de genimine uitis, usq; dum bibam illud nouum in regno meo. Nouum in Sacramento nouæ gratiæ bibitur, & uetus abijcitur in usu. Quare scriptura eius seruetur in testimonium. Hoc est quod dicit Cant. 7. Guttur eius uinum optimũ, dignum dilecto meo ad potandum labijs, quod & dentibus illius ad ruminandum: quia diu per cordis & mentis iterationem dicitur ruminari Sacramentum, sæpe ad mentem reuocando, & considerando & degustando infinitas dulcedines & bonitates ipsius. Vnde Leuit. 11. dicitur: Quòd animal, quod non ruminat, immunandum erit. Hinc est, quòd de duobus quæ sunt in hoc sacramento, materia cibi & potus, dicitur Ol. 7. Super triticum & uinum ruminabunt. Hæc enim duo ab omnium fidelium ore ruminanda, frequentata memoria in sacramento, quia hoc est Christi fidelium bonum, sunt in mysterio posita, iuxta illud Zach. 9. Quàm enim bonum eius est, & quàm pulchrum eius, nisi frumentum electorũ & uinum germinans uirgines? hoc est, uirgineas mentes.

Sic ergo patet, quòd ex comparatione nectareę dulcedinis Christi sanguinis, ad uinum, non debet in sacramentali cibo esse nisi uinum.

Hinc



Hinc & infra post longum passum dicit: Sed ex præmissis auctoritatibus patet, quòd pro certo peccant, qui magnum ad corporis sui, & paruum uel nullum ad Dominici sanguinis poculum adhibent studium. Hoc etiam patet ex hoc, quòd sicut in antehabitis diximus, quia Christi sanguis incorporat nos sibi, & ideo electio quæ fit in cibo & potu corporalibus, quando incorporamur corpori, debet fieri in nobis in comparatione ad corpus & sanguinè Christi, quibus nos incorporamur. Omnis autem homo potest aduertere, quàm purus, quàm saporosus, quàm electus esset debeat, qui sanguine Christi, qui per omnia eius membra fluere debet, est incorporandus. Et ideo dicitur in Psalmo: Tunc acceptabis sacrificium iusticiæ. hoc est, acceptum tibi erit sacrificium quod ad rectitudinem iusticiæ est oblatum.

Et infra scribitur cap. v. Sequitur hic ultimò dicendum, de huius potus proprii effectus operatione, de quo quidam faciunt questionem: quia cui totus Christus cum sanguine & anima & spiritu & diuinitate habetur sub specie istius cibi qui est panis, uideri potest alicui, quòd nihil operationis in sacramento habet potus sub specie uini. Si enim dicitur de natura, quòd non abundat superfluis, neq; deficit in necessarijs, cum omnino maior sit gratia quàm natura: uidetur, quòd in gratia nihil debet esse superfluum. Cum igitur totus Christus cum sanguine habeatur sacramentaliter sub specie panis, uidetur quòd totum superfluit illud quod adhibetur sub specie uini. Sed ad hæc dicimus, quòd Christus postquam exhibuit corpus suum sub specie panis, tunc & postea exhibuit sanguinem suum sub specie uini, & utrumq; sacramentaliter celebrando præcipit in Ecclesia per statuta Apostolica. Et ideo Ecclesia inscribitur adione Christi, utrumq; celebrans diuissim, & conficiendo corpus sub specie panis, & diuissim conficiendo sanguinem sub specie uini. Quod autem sic diuissim hæc duo exhibuerit & celebranda instituerit Christus, patet Matth. 26. ubi primò de pane dicitur sic: Cœnatis autem illis, accepit IESVS panem, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et post illud diuissim ab ipso dicit de calice: Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis noui Testamenti, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Similiter Mar. 14. diuissim unum eorum post aliud dicitur, de communione corporis pri-

ris primò: & de sumptione sanguinis secundò. De corpore enim dicit sic: Et manducantibus illis, accepit panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Quo ià perfecto, sequitur de calice sic: Et accepto calice, gratias agēs, dedit eis, & biberūt ex illo omnes, & ait eis: Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effunderetur. Hoc autem expressius habetur Luc. 22. ubi de fractione corporis ex pane dicitur sic: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. hoc autem toto perfecto, iterum dixit de calice sic: Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix noui Testamenti, in meo sanguine, qui pro uobis fundetur.

Ex omnibus istis accipitur, quòd Christus sub una specie panis corpus suum tradidit, & sub altera specie uini tradidit sanguinem, & sic seruādum instituit. Et cum Christi actio nostra sit instructio, pro certo hæc duo seruāda nobis esse præcipit: & ideo sub una specie corpus, & sub altera tradimus sanguinem. Huius autem Christi & Ecclesiæ hæc est causa: quia quamuis effectus & operationes accidentales multæ ualde sunt in sacramentis, tamen uerus effectus est substantialis in omnibus sacramentis, per quem sacramenta ab inuicem distinguuntur. In sacramento ergo cibi spiritualis, debet attendi aliqua operatio substantialis, per quam ab alijs diuiditur sacramentis. Et cum in baptismo debet esse substantiale spirituale per generationem spiritualem, ut dicit Dionysius: & in sacramento confirmationis detur in usum per confirmationē & confortationem uirtutis: ita \* ad idem conseruandum & restaurandum & augendum, datur in Eucharistia edulium spirituale, quod non \* nisi sub elemento fidei uisibilis, sicut & cætera sacramenta: quia sacramentum Ecclesiæ nihil in gratia causat, quod ex similitudine nihil significat. Significare autem non habet nisi ex elemento uisibili & corporali. Cum ergo alimentum ad naturæ perfectionem non possit perfecte significari, nisi in edulio cibi & potus, oportet quòd elementum cibi & potus sit in sacramento. Nutrimentum enim spirituale non perficitur sine potus significatione, sicut & nutrimentum corporale non perficitur sine potu. & sicut post nutrimentum corporale sumitur potus ad perfectionem nutrimenti: ita in nutrimento spirituali datus est potus spiritualis, ad perfectionem nutrimenti spiritualis, qui à nutrimento ha-

bet diuersam operationem in satisfactione sitis & latione nutrimentum, & huiusmodi alij, qualia diximus in antè habitis. Adhuc autè diuersam operationè habet sanguis à corpore. Corpus enim Christus dedit in communionè sui & membrorum: sanguinem autem dedit in redemptionem, sicut patet in dictis iam autoritatibus. Istæ autem sunt diuersæ operationes. Vllam enim \* redemptionem factam, uel faciendam adhuc, utile esse posset communio. Itè posito, quòd sit communio capitis & membrorum, non oporteret quòd hoc \* sed \* esse redemptio: disertè ergo essentialiter ab inuicem sunt gratia communionis & redemptionis. Cum ergo Deus sic ordinauerit sacramenta, quòd omnes gratias sacramentales habeamus in sacramētis: & alia gratia sit redemptionis per sanguinem, quàm communionis per corporis sumptionem, non sufficit sacramento habere elementum significans communionè, nisi etiam haberetur elementum significans redemptionè. Quia Christus & hac ratione instituit utrumq; Quomodo ergo dicit, quòd alterum uidetur esse superfluum, cum sanguis habeatur in corpore, sed non ex uirtute sacramentali: sed potius sanguis habetur in corpore ex unione naturali, qua humores uniuntur cū corpore, cuius sunt humores: anima autem habetur per unionem potentia ad actum, Deitas autem habetur cum istis per unionem gratia, tamè nihil horum nisi corpus habetur ex uirtute sacramenti. oportet autem propter effectum sacramentalem, ut sanguis ibi habeatur ex uirtute sacramenti, ad \* eundè pertinènte: & ideo oportuit, ut esset ibi confectio ex elemento potus, sicut fuit ibi confectio ex elemento cibi, quia aliter sacramentum ex uirtute & ratione sacramentali esset imperfectum: quia non significaret perfectū alimentum, quia nullum alimentum hominis perficitur sine potu, sicut satis patet per ea quæ in antehabitis satis bene dicta sunt. Hactenus Alb. M. pro com. sub utraq; specie.

EX THOMA AQUINATE SUPER PRIMUM  
*rem ad Corinthios, qui intra 300 annos floruit.*

SECUNDO' subdit unitatis rationem, ibi: Omnes qui de uno, &c. In primo tangit duplicem unitatem, primam in corpore rationem, qua in Christu transformamur, cum dicit: Vnus panis, &c. Aliam uitæ & sensus, quam à Christo capite accipimus, cū ad  
 dit:

dit: Et unum corpus, &c. Dicit ergo: Quoniam unus, &c. quasi diceret: Per hoc patet, quod unum sumus cum Christo, quoniam unus panis, unione fidei, spei & charitatis: & unum corpus multi sumus, per subministrationem operum charitatis: corpus scilicet illius capituli qui est Christus. Multi dico, scilicet omnes qui de uno pane, id est corpore Christi: & uno calice, id est sanguine Christi participamus, digna participatione. Deinde cum dicit, Non potestis calicem, &c. ecce secunda ratio, quare abstinendum est ab idolothytis, quæ est talis.

Omne quod excludit à cõmunionem corporis & sanguinis Christi, vitandum est.

Comestio idolothytorũ est huiusmodi. Ergo vitanda est, &c.

Primò ergo ostendit, quod huiusmodi comestio excludit à cõmunionem sanguinis Christi. Secundò, quod & à cõmunionem corporis Christi, ibi: Non potestis mensæ Domini participes esse, &c. Dicit ergo: Non potestis, &c. Quasi dicat: Nolo uos fieri socios dæmoniorum. Hoc autem ideo dico, quia non potestis calicem Domini bibere potu spirituali, non sacramentali tantum. Psal. Calicem salutaris accipiam, &c.

Traditur autem hoc sacramentũ sub duplici specie, propter tria. Primò quidem, propter eius perfectionem: quia cum sit spiritualis refectio, debet habere spiritualem cibum, & spiritualem potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo. Vnde & supra dictum est, quod omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu.

Secundò propter eius significationem. Est enim memoriale Dominicæ passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus à corpore. Postquam Apostolus posuit institutionem huius sacramenti, quantum ad consecrationem corporis, sic ponit institutionem eius quantum ad sanguinis consecrationem. Et primò ponit ordinem huius institutionis, secundò uerba, cum dicit, Hic calix, &c. Ordo autem attenditur quantum ad duo. primò, ad concomitantiam utriusq; speciei, cum dicit: Similiter & calicem. Vtrumq; enim est de perfectione huius sacramenti, tum propter perfectionem refectiois, tum propter representationem passionis, tum propter efficientiam salutis animæ & corporis, ut supra dictum est. Sed si prius consecratur in hoc sacramento corpus Christi, & postea san-

guis, uidetur sequi, quòd ante consecrationem sanguinis corpus Christi sit exanguè.

*Et paulo pòst:*

Secundò attenditur ordo, per comparationem ad cibos materiales, quoniam præcesserât, ubi subdit, Postquam cœnauit: quòd uidetur signanter addidisse. Nam Christus corpus suum tradidit inter cœnam. Vnde Matth. 26. dicitur, quòd cœnantibus illis accepit IESVS panem, &c. Sed sanguinem dedit expressè post cœnâ. Vnde & Luc. 22. dicitur: Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, &c. Cuius ratio est, quia corpus Christi repræsentat mysterium incarnationis, quæ facta est adhuc legalibus obseruantijs statû habentibus, inter quas præcipua erat cœna agni paschalis. Sed sanguis Christi in sacramento directè repræsentat passionem, per quâ est effusus, per quam sunt terminata omnia legalia. Vnde Hebr. 9. dicitur, quòd per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

Postquam Apostolus ostendit dignitatem huius sacramenti, hic excitat fideles ad sumendum illud reuerenter. & Primò ponit periculum, quòd imminet indignè sumentibus. Secundò adhibet salutare remedium, ibi: Probet autem, &c. Dicit ergo primò: Itaque ex quo hoc quòd sacramentaliter manducatur, est corpus Christi: & quòd bibitur, est sanguis Christi: Quicumque manducauerit hunc panem, uel biberit calicem Domini, indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. In quibus uerbis primò considerandum est, qualiter aliquis indignè manducat & bibit. quòd quidè secundum Glossam contingit dupliciter.

Secundò considerandum est, quomodo ille qui indignè sumit hoc sacramentum, sit reus corporis & sanguinis Domini: quòd quidem in gloss. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter: incurrit enim reatum ex peccato commisso, circa corpus & sanguinem Domini, prout in hoc sacramento cõtinetur, quòd indignè sumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur.

Tertiò, rationem manifestat per signum, ibi, Ideo inter uos, &c. Dicit ergo primò: Quia tantum reatum incurrit, qui indignè sumit hoc sacramentum: ideo necesse est, ut primò homo seipsum probet, id est, diligenter examinet suam conscientiam, ne sit in eo uoluntas peccandi mortaliter, uel aliquod peccatum præteritum, de quo non sufficienter pœnituerit. Et sic post diligentem examinationem

tionem de pane illo edat, & de calice bibat. Quia dignè sumētibus non est uenenum, sed medicina: Gal. ultimo. Opus autem suum probet unusquisq; . 2. Cor. 13. Si estis in fide Christi, nos probate. Deinde cum dicit: Quicumq; enim manducauerit, & c. assignat rationem prædicti remedij, dicens: Ideo probatio præexigitur. Qui enim indignè manducat & bibit, iudicium, id est condemnationem sibi manducat & bibit, sicut dicitur.

## EX CATHENA AVREA THOMAE

*super Mattheum.*

**S**EQVITVR: Et dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Ne autem hoc audientes turbarētur, primū ipse sanguinem suum bibit, inducens eos sine turbatione in communionem mysteriorum. Hieron. contra Heluidium: Sic igitur Dominus IESVS fuit conuiuū, ipse comedens, & quod comedit. Sequitur: Hic est sanguis meus noui Testamēti. Chrysoſtomus in Homel. Hoc est annunciationis legis nouæ: hoc enim permittebat uetus Testamentum, quod continet nouum. Sicut enim uetus Testamētum habuit sanguinem uitulorū & ouium, ita nouum habet sanguinem Dominicū. Remi. Sicut enim legitur: Quia accepit Moyses sanguinem agni, & misit in crateram, & intincto fasciculo hyssopi asperſit populū, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus, & c. Et sicut Moyses ait, Hoc erit uobis memoriale sempiternum: ita & ipse dixit, ut Lucas refert, Hoc facite in meam commemorationem. Remi. Non solum autē panem, sed & uinum afferendum docuit, ut esurientes & sitientes iusticiam, his mysterijs doceret esse recreandos. Gloſ. Sicut enim corporalis refectio fit per cibum & potum, ita sub specie cibi & potus spirituales refectioem Dominus præparauit. Cōueniens etiam fuit ad signandum Dominicam passionem, ut sub duplici specie hoc sacramentum institueretur. In passione enim sanguinem suum effudit, & sic sanguis eius fuit à corpore separatus. Oportuit ergo ad Dominicam passionem representandam seorsum proponi panem & uinum, quæ sunt corporis & sanguinis sacramenta.

## EX CATHENA AVREA THOMAE

*super Lucam.*

**Q**UIA uerò panis confirmat, uinum uerò sanguinem operatur in carne: hoc ad corpus Christi, illud refertur ad sanguinem.

nem. Verùm quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, uinum Dominici calicis aqua miscetur. Teste enim Iohanne: Aquæ multæ, populi multi. Theo. Primò autem datur panis, secundariò calix. Prior enim est in spiritualibus laboriosus actus, ueluti panis, non solùm quia in uultus sudore laboratur: sed etiam quia dum comeditur, non est facilis ad glutendum. Deinde post labores sequitur exultatio Diuinæ gratiæ, quæ est calix.

## EX CATHENA AVREA THOMAE

*super Iohannem.*

**D**ICIT ergo eis IESVS: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. August. Quasi dicat: Quomodo quidem detur, & quis nam sit modus manducandi istum panem, ignoratis: ueruntamen nisi māducaueritis, &c. Beda: Et ne crederetur illis solis hoc dixisse, mox generalẽ sententiam intulit, dicens: Qui manducauerit carnem meã, & biberit sanguinẽ meum. August. Et ne istã uicã intelligentes, de hac re litigarẽt, secutus adiunxit: Habet uitã æternã. Hãc ergo nõ habet, qui istum carnẽ nõ māducat, nec istũ sanguinẽ bibit. \* enim in eius est corporis unitate, id est in Christianorũ cõpage membrorũ, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt. Ipse uerò dicendus est manducare corpus, & bibere sanguinem Christi: ac per hoc hæretici ac schismatici ab unitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile: imò uerè etiam noxium, quo iudicentur grauius, quàm uel tardius liberentur. Nec illi etiam in perditis ac damnabilibus moribus debent esse securi, qui per uitæ iniquitatẽ ipsam uitæ iusticiam, quæ est Christus, deserunt, siue fornicando, siue aliquid \* faciendo. Beda. Dixerat superius: Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinem, habet uitam æternam. Et ut ostenderet, quanta distantia sit inter corporalem cibum & potum, & spirituale mysterium corporis & sanguinis sui, adiecit: Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Chrysostomus: Hoc autem dicit, ut credant his quæ dicta sunt, ut non æstiment ænigma & parabola esse: sed sciant, quoniam omnino oportet manducare corpus Christi. Aut uult dicere, quòd uerus cibus est hic qui animam saluat. Augustinus: Vel aliter, cum cibo ac potu id appetant homines, ut

nes, ut non esuriant, neq; sitiant, hoc ueraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit: id est, societas ipsa sanctorum, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propterea Dominus noster corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquod redigantur ex multis. namq; aliud, scilicet panis, ex multis granis in unum constat: aliud, scilicet uinum, ex multis acinis constituit.

Deinde iam exponit, quid sit manducare corpus eius, & sanguinẽ eius bibere, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. hoc est ergo manducare illum escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & Christum in se habere. At per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, sed magis tantę rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.

EX NICOLAO DE LYRA, SVPER PRIO-  
rem ad Corinthios, qui paulò ante 200 annos uixit.

**N**ON NE communicatio sanguinis Christi est? Circa quod sciendum est, quod Eucharistiæ sacramentum est quoddam spirituale nutrimentum: & ideo fit sub duplici specie, scilicet potus & cibi, quia utrumq; requiritur ad rationem nutrimenti perfecti: tamen istud nutrimentum spirituale contrario modo se habet ad nutrimentum corporale, quantum ad hoc quod corporale nutrimentum conuertitur in nutritum. Sed hoc nutrimentum spirituale conuertit in se nutritum. Vnde dicit Augustinus in persona huius sacramenti: Cibus sum grandium: non me mutabis in te, sed tu mutaberis in me: quia huius sacramenti perceptio, percipientẽ incorporat ipsi Christo: & ideo perceptio huius calicis est cõmunicatio sanguinis Christi.

Circa quod sciendum, quod sicut in uita corporali præest generatio: secundò, geniti nutritio: sic in uita spirituali præcedit Baptismus, qui est spiritualis generatio. Et sequitur Eucharistia, quæ est spiritualis nutritio. In generatione uerò naturali generans non cõiungitur genito secundum substantiam, sed secundum uirtutem: in nutritione uerò cibus coniungitur nutrito secundum substantiam. & similiter in uita spirituali Christus in sacramento baptismi solum est secundum uirtutem: sed in sacramento eucharistiæ, quod



quod est alimentum spirituale, est secundum substantiam, continetur autem ibi Christus sub specie panis & vini. Fidelibus esset horribile, si carnem humanam & sanguinem sumerent in propria specie: & ne infidelibus esset derisibile, & ut meritum augmentetur hominum credentium, quod sub speciebus panis & vini corpus & sanguis Christi contineatur, datur etiam hoc sacramentum sub duplici specie, scilicet panis & vini, ut per hoc perfecte spiritualis refectio designetur: & quia est memoriale passionis Christi, in qua sanguis fuit separatus à corpore, propter quod primò tangitur institutio huius sacramenti, quantum ad corpus siue carnem: secundò, quantum ad sanguinem, ibi, similiter & calicem, &c.

Itaq; quicumq; manducauerit panem hunc, id est, hoc sacramentum, in quo sub specie panis continetur uerum corpus Christi, & sub specie uini uerus sanguis eius.

#### BONAVENTURA IN TRACTATV

*de preparatione ad Missam.*

**Q**UARE Christus tantum continetur sub istis duabus speciebus?

Sed uide, quàm pulchrè Christus sub his tantum duabus speciebus continetur. Primùm, quia panis & uinum optimum sunt nutrimentum totius hominis. Nam panis nutrit carnem, & uinum transit in sanguinem, qui est sedes animæ. Secundò, quia eorum usus est homini principalior & communior, & mundior & minus fastidiosus habetur. Ideo puritas spiritualis refectiois opportunè per ista significatur. Tertium, quia optimè figurant passionè Christi, quæ quotidie per hoc sacramentum memoratur. Nam panis significat corpus illud trituratū, molitum, pistum, in passione decoctum, & assum igne diuini amoris in camino, id est ara crucis. Vinum uerò significat sanguinem, qui de uua, scilicet Christi corpore, in torculari crucis, à calcantibus Iudæis expressus est. Quartò pulchrè significat corpus Christi mysticum, scilicet Ecclesiam, collectam ex multis fidelibus, prædestinatis ad uiram, tanquam panis & uinum ex multis granis & racemis. Cum ergo accedis, caue ne dubitando uacilles, & tanquam cæcus manu tentas innitatis baculo arundino, scilicet argumentis naturalibus, rationibus humanis quærendo, quomodo ista fieri possunt? sicut quondam Iudæi litigabant, & quidam discipuli scandalizati abierunt retrorsum.

erorsum. Sed subijce te ipsum, & captiua mentem tuam sub iugo fidei, quam tantis testibus roboratam uides. Quid enim dubitationis de hoc sacramento remanet, quod à Christo tam expressè traditum, ab Apostolis prædicatum, à sanctis patribus Orthodoxis tot centenarijs annorum præfiguratum, tantisq; ceremonijs ac prodigijs & obseruantijs quasi testimonijs uides confirmatum? Tolle hoc sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo nisi error & infidelitas, & populus Christianorum quasi grex porcorum dispersus, & idololatriæ deditus, sicut expressè patet in cæteris infidelibus: sed per hoc stat Ecclesia, roboratur fides, uiret & uiget Christiana religio, & diuinus cultus. Vnde inquit Christus: Ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Matthæi ultimo.

*Quare Christus corpus suum dare uoluit uelatum.*

Pòst etiam notare debes, quòd sic decuit Christum, corpus suū uelatum nobis dare. Quid enim fides tua ualeret, si Christus in propria forma uisibilis cibi appareret? Certè & coactè eum adorares. Aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent? Quis uerò nisi inspiens dicat, ut carnem crudam & hominis cruorem in propria forma sua comedere & bibere debeas? Recedat ergo omnis dubitatio. Quia sicut olim diuinitas in utero uirginali latuit, & filius Dei sub humanæ carnis uelamine uisibilis mundo apparuit: sic & glorificata humanitas Diuinitati coniuncta, sub forma panis & uini latet, ut nobis mortalibus competere posset. Hastenus Bonauentura.

EX PANTHEOLOGIA RAYNERII, QUAE  
*circiter ante 200 annos collecta est.*

**Q**UOD sacramentum corporis & sanguinis Domini debet assumi per modum manducationis & potionis. Quintò, principaliter circa sacramentum Eucharistiæ cõsideranda est proprietas assumptionis. Debet enim sumi hoc sacramentum per modum manducationis & potationis. Hoc autem quatuor rationibus probò: scilicet ratione assimilationis, coniunctionis, representationis, & operationis.

Primò ratione assimilationis sic. Illud sacramentum assimilatur cibo & potui. Ita dicitur Ioh. 6. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Sed usus cibi & potus nõ est ut nideatur & tãgatur, sed ut manducetur & bibatur: ergo corpus Christi & san-

N  
guis

quis non debet tantum uideri uel tangi, sed manducari & bibi. Secundò hoc idem probo ratione coniunctionis, sic: Christus intimius nostris cordibus debet uniri, quàm aliquid aliud: Sed in rebus sensibilib. cibus & potus nobis intimius uniuntur: Ergo, &c.

Quòd autem cibus & potus nobis intimius uniuntur, sic probo. Inter sensibiles qualitates est doctrina triplex. Quædam enim neq; coniunguntur, neq; uniuntur nobis, sicut illæ qualitates quæ per medium extrinsecum sentiuntur: ut in uisu præcipuè, auditu & olfactu patet. Quædam uerò coniunguntur, non tamen uniuntur nobis: sicut in tactu patet. non tangibilem qualitatis immutant tactum, nec tamen ex tangente & tacto fit unum, nisi secundū quid. Quædam autem nobis non solum spiritualiter uel intentionaliter & sensibiliter coniunguntur, ut patet in supradictis: sed etiam realiter uniuntur, sicut in cibus & potibus patet. Nam ex cibo & comedente fit unum simpliciter: & ideo sumptio huius sacramenti congruè fit per modum manducationis & potationis, ad ostendendum quòd in hoc sacramento Christus nobis coniungitur uel unitur, & nos Christo. Tertiò, probo hoc idem ratione repræsentationis. Nam manducatio corporis Christi repræsentat passionem Christi, per quam corpus Christi attritum & uulneratum fuit. Quartò, hoc idè probo ratione operationis. sicut enim manducatio corporalis ordinatur ad robur corporis, ita manducatio sacramentalis & spiritualis ad robur mētis. Hęc beatus Thom. 4. scripto Sen. dist. 1 X. artic. 1. Cor. q. p. Totum, & in duobus argumentis contra.

Secundò hoc idem probo ratione mandati, sic. Quicquid Deus mandat, implere oportet: require infrà præceptum. Sed Christus mandauit uel præcepit in sacramento carnem suam edere, & sanguinem suum bibere, dicens Ioh. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: ergo, &c.

Tertiò probo hoc idem ratione modi, quo traditur. Nam hoc sacramentum à Christo traditur, à nobis sumitur per modum cibi & potus. Ita quòd sicut cibus corporalis uitam corporalem sustētat, augmentat, roborat uel restaurat & delectat: ita cibus spiritualis, scilicet hoc sacramentum, uitæ spirituali omnia ista facit gratiam conferendo. Nam uirtute gratiæ, quam cōfert hoc sacramentum, anima spiritualiter reficitur, uel recreatur, delectatur quodammo-  
do, & in-

Ho, & inebriatur, augmentatur, & uita spiritualis perficitur, per cōiunctionem mentis ad Deum.

Quartò probo hoc idem ratione eius, cui mens coniungitur. Nā hoc sacramentum traditur sub specie panis & uini, quæ duo ad ali quid unum rediguntur, quod patet: quia ex multis granis panis conficitur, & ex multis racemis uinum confluit: sic ex multis personis fit unus populus Christianus, & hoc uirtute gratiæ unientis in fide & charitate.

Secundum est, quòd causa quare diuisim sanguis à corpore consecretur, cum numero nō sit diuisus, duplex est. Prima est, propter modum assumendi: sumitur enim per modum comestionis & potationis panis & uini, quæ duo diuisim sumuntur. Secunda est propter actum repræsentationis. Nam hoc sacramentum repræsentat passionem Christi, ut patet suprā. In passione autem Christi sanguis à corpore diuisus fuit, ubi suprā 4. Sen. immediatè articul. 4. q. 1. in solut. 1. argumenti, in fine. Ibidem articul. 4. q. 2. in Cor. 9. 3.

Tertius ordo est communicationis, ubi dico duo: scilicet quòd Christus corpus & sanguinem suum in sacramento post cœnam assumpsit, postea alijs dedit. Primò dico, quòd postquam Christus cum discipulis cœnauit, corpus & sanguinem suum in sacramento post cœnam assumpsit. Hoc autem tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, similitudine. Primò auctoritate, &c. Secundò dico, quòd Christus primò corpus & sanguinem suum in sacramento assumpsit, & postea sumendum discipulis dedit. Hoc autem dupliciter probo, auctoritate & ratione. Primò auctoritate. Nam super illud Leuit. 8. Cūq; de sanguine arietis immolati, &c. Glos. Ilicij sic dicit: Primò sacerdos & postea filij eius sanguine ungebantur: ut Christus in cœna prius corpus & sanguinem suum accepit, deinde discipulis dedit. Secundò hoc idem probo ratione. Nam Christus primò corpus & sanguinem suum assumpsit in sacramento, non ut ipse effectum aliquem consequeretur, cum non indigeret: sicut circumcisionem & baptismum Christus suscepit, non ratione suæ necessitatis, sed ratione nostræ informationis. Vnde quia Christus incœpit facere, & postea docere, ut dicitur Act. 1. ideo prius corpus & sanguinem assumpsit, ut nobis assumendi exemplū daret. Et ideo si Christus assumpsit, qui nō indiguit: multo magis nos, qui indigemus, debemus assumere.

Secundò, Christus primò corpus & sanguinem suum in cœna sub sacramento assumpsit, ratione conferendæ affecurationis uel consolationis. Si enim Dominus securius sumit cibum, de quo seruus prius gustauit: multo magis securius & auidius, seruus sumit cibum, de quo eius Dominus prius gustauit, & san. fecit. Vt ergo nullus turbaretur, ac diceret, Quid carnè manducabo, & quid sanguinem bibam: sicut quidam turbati sunt audito hoc uerbo, quando abierunt retro, ut dicitur Ioh. 6. & sicut Iudæi litigabant ad inuicem dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? quibus respondit, Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. & ideo nisi manducaueritis, &c. Ioh. 6. Vnde ut quilibet sine turbatione & dubitatione securius & auidius & delectabilius sumeret, ideo ipse prius assumpsit. Secundò ratione negligentiae, cum enim quis conscientiam peccati non habet, eo quòd in examinatione sui ipsius est negligens & remissus, talis peccat. Vnde contrarium docet Apostolus 1. Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hæc beatus Thom. 3. par. sum. q. 80. artic. 4 in solut. 5. arg. per totum. In qua quidem autoritate, scilicet, Probet autem seipsum homo, &c.

Apostolus tangit duo. Primò diligentem præparationem, ad quam exigitur stricta examinatio, ibi: Probet autem, &c. Ratio huius est. Quia si ad medicinam corporalem utiliter recipiendam exigitur præparatio: quanto magis ad spirituales, scilicet ad Eucharistiam utiliter recipiendam? Vnde Apostolus Gal. 6. Probet autem unusquisq; opus suum, &c. Secundò tangit reuerentem sumptionem, ad quam exigitur intima deuotio, cum subdit: Et sic de pane illo edat, & de calice bibat, &c. Vnde Luc. 22. Edatis & bibatis super mensam meam.

Primò tangit diligentem præparationem, ad quam exigitur sollicita examinatio sui ipsius, ibi, Probet autem seipsum homo, &c. Secundò, in autoritate Apostoli præmissa, Apostolus tangit huius sacramenti reuerentem susceptionem, ad quam exigitur intima & inflammata deuotio, ibi, Et sic de pane illo edat, & de calice bibat. In quo uerbo considerare possumus quatuor. Primò, necessitatem præcepti, an sit necesse assumere corpus Christi. Secundò, qualitatem modi: quia manducando & bibendo assumimus. Tertiò, proprietatem cibi: quia sub specie panis & uini. & quare. Quar-

Quartò, utilitatem commodi, scilicet quòd bona assumptione huius sacramenti consequimur.

EX IOHANNE THAVLERO, QVI

*paulo plus quàm ante 200 annos uixit.*

**QVI** enim uerè pauperes & humiles spiritu sunt, illi semper humilia & exigua sapiunt, de quibus Dominus loquens ait: *Contereor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: id est, humilibus.* Itaq; præcellentissimum hoc Dei opus, hancq; ineffabilem eiusdem & profundissimam humilitatem, quòd tam sponte tamq; hilariter sub humili & crassa specie panis & uini seipsum nobis in star cibi corporalis per os sumendum tribuit, oculis interioribus, rationali aspectu, & magna cum dilectione & laude intueri debemus. Quare enim tali modo se nobis sumendum præbuerit, ea potissimum ratio est, ut sese nobis tam intimè cum omni bonitate sua imprimere, atq; effundere in nos, simulq; nobis unire desideret, ultra quàm sensibus capi possit. Poterat ille quidem, si uoluisset, sublimiori ac subtiliori modo se nobis relinquere, cum ingenti uidelicet splendore & claritate. quam ob causam sancta Ecclesia hanc diem instituit, in qua illius celebrior memoria habeatur: simulq; fideles omnes tota uirtute cunctisq; sensibus suis stupendum hoc & admirabile diuinæ largitatis opus, ingenti cum gratitudine, laude & amore, etiam supràm quàm humana sinat infirmitas, attendant, animoq; reuoluant. Itaq; & nos uideamus, quid de hoc tanto sacramento ipse Dominus dicat: *Caro mea, inquit, uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. sanè quicumq; hoc sacramentum extrinsecus tantum ut panem aspiciat, & uinum, haudquaquam sciunt, neq; gustu interno percipiunt fructus præclarissimos, & ineffabilem dulcedinem in hoc eodem sacramento latentia.* Enim uerò cibus quicumq; corporeus, quo pro naturæ sustentatione homines utuntur, uilis est in seipso, & (ut ita dicam) mortuus: in hominis autem muratus substantiam, uitam percipit, simulq; nobilitatur in ipso. Hic uerò cibus non modò uiuit, sed est ipsa uitæ essentia. Et quicumq; ipsum dignè percipiunt, perenniter uiuunt, sicut ipse Dominus apertè testatur dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam.* Quod tamen cum dixisset multi ex discipulis eius audientes dixe-

runt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? sic retrò abierunt, & non iam cū illo ambulabant. Tertium est, quodd ego me illi, & ille se mihi uniuic. Planè charissimi, quando fidelis anima sacratissimum corpus Christi percepit, & sanguinè, eademq; in sui cordis altari cœlesti patri obtulit, & conscientia & anima illius à peccatorum maculis abluitur & emundatur. Sicut in Apocalypsi sua Iohannes ait: Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni uitalis IESV CHRISTI, cunctis utiq; diebus uitæ suæ. Ipse namq; amabile pignus est, per quod anima ab uniuersis debitorum suorum uinculis redimitur, & ignis consumens per præsentiam suam omnes animæ maculas.

EX CONCIONE ECCARDI, CVM

*Thaulero impressa.*

**Q**UARTO demum trahit animã Deus excellentissimo precioso corporis sui dono, in quo nimirum & carnem illius in cibum, & sacratissimum sanguinem in potum accipimus. Ad cuius perceptionem ipse nos hortatur, dicens: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi, quo uidelicet omnis molestiæ obliuiscamini. Tertius Eucharistiæ fructus est, animæ supra omnia quæ Deus non est eleuatio. Ipse namq; Deus animã supra omnem omnino tam corporalem quàm spirituales delectatione sustollit, atq; in diuinitatis suæ dulcedinem, quæ omnè in ipsa creaturarum delectationem extinguit.

EX GVILHELMO OCCAM, IN

*tractatu de Sacramento Altaris.*

**S**TVPENDA supernæ munera largitatis, ad reparationem generis humani eidem impensa, ipsum suo redemptori magnifico obligant in immensum. unigenitus siquidem Dei filius, substantia nostræ mortalitatis assumpta, ut nos à diabolica seruitute redimeret, & pristina restitueret libertati, ac tandem ad cœlestem perduceret hæreditatem, semetipsum in ara crucis, in redemptionis humanæ precium immolauit. Vt autem tanti muneris in nobis iugis maneret memoria, ac pro nobis, qui quotidie labimur, Christus quotidie mysticè immolaretur, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum, in Eucharistiæ sacramento fidelibus dereliquit. Cuius ineffabilis altitudo humanæ indagini subijci non dedigna-

dedignatur. propter quod de illo summo & excellentissimo sacramento cum omni timore & modestia est loquendū: quia circa nulum sacramentū est error periculosior, nec inquisitio laboriosior, nec inuentio fructuosior.

LAVRENTII IVSTINIANI PATRIARCHÆ

*Veneti, ex libro de agone Christi, cap. 4. uixit hic ante 150 annos.*

*Venetijs pro sancto habetur & colitur.*

**E**XPERGISCERE nunc anima mea, expergiscimini & uos amatores ueri & inconculsi boni, atq; tota cordis intentione considerate, quàm dulciter, quàm humiliter, quantoq; dilectionis affectu Dominus IESVS adhuc passibilis, impassibiliter seipsum tribuit in sacramentum, & efficitur cibus hominum Dominus ac conditor angelorum. Completur planè nunc, quod ore prophético fuerat denunciatum: Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Singuli discumbentium eundem accipiunt corporis cibum, idemq; sanguinis poculum, & (quod mirabile est) suo non se denegat proditori, quem sciebat iam aduersus se leuasse calcaneum, suiq; Domini perditionem quærere. Vno Petrus & Iudas cœlesti pascuntur alimento: aliter tamen. nam ad meritum & perfectum Petrus, proditor uerò manducat ad ruinã atq; interitum. Pro sumentium dispositione cibus hic dispares etiam operatur effectus. Quem enim reperit mundum & iustū, amplius mundat atq; sanctificat: quem autem sordescentem inuenit, & immundum, deteriore facit, quoniam sancta & immaculata iniquitatibus pollutus præsumpsit sumere sacramenta. Suis namq; de meritis, non Dei uoluntate, malus malè sumens, efficitur peior. in remedium quippe humanæ infirmitatis, fidei meritum, solatium amantium, & charitatis augmentum, hoc suum uerbi clementia instituit sacramentum. Noli tu ergo Iudam imitari, noli Dominum tuum atq; teipsum uenundare in peccatum: noli ita de Dei bonitate præsumere, ut de te præsumedo cadas atq; intereas. Quod ordinatum est sanctè, sanctificatus accipe, ut sanctificeris adhuc. Nunquam qualis sis obliuiscaris, ne tuæ infirmitatis elata cordis ceruice diuina suscipias. Optimum etenim susceptionis remediū mentis humilitatem fore, non dubites.

*Eiusdem, ex sermone de Eucharistia.*

Illud quippe corpus quod recubuit in præsepio, Mariæ requieuit in



uit in gremio, uerissimè in hoc sacramento percipimus: in propria quidem natura, sed sub alia specie, non autem absq; maximo sapientiae tuae mysterio. Quis hominum non expauesceret, humanam carnem, eiusq; cruorem manducare & bibere, & potissimum Dei & Domini sui, innocentis & sancti? Huiusmodi escam mortaliu perhorrescit natura. Dedit igitur ipse Dominus carnem suam & sanguinem sub eisdem speciebus, quas humanus appetit gustus. Atq; cõficiuntur ex multis, quatenus non solum sacramentum, sed & res sacramenti ibidem figurata noscatur, quæ est corpus Christi mysticum, ex fidelium numerositate compactu. Ibi namq; est sacramentum tantum, species uidelicet uisibiles atq; palpabiles. Est & res tantum, corpus scilicet mysticum, quod est prædestinatorum Ecclesia, quæ ad corpus Christi pertinet. Verum sacramentum & rem sacramenti dixerim esse uerum corpus Christi, natum ex uirgine, quod sumimus ad salutem: si tamen pertinemus ad illud, sumusq; membra ipsius, sensificata & uegetata à spiritu eius. Opportunè igitur satis sub panis & uini specie accipimus sacramentum hoc, & rem ipsam, id est corpus Christi, ut merita aggregentur fidei, quæ argumentum est non apparentium. Vider qui sumit aliquid, & alius credit, quo nil excellentius, nihil esse potest maius. Intuetur inquam uisibiles species panis & uini, & sub ipsis inuisibilem credit Deum, quod corpus suum nedum in solatium & præsidium peregrinationis nostræ exhibuit, uerum etiam in cibum, preciu, præmiumq;. Cibum utiq; in sacramento: precium, in cruce: & in cælo, præmium. O ineffabilis dignatio conditoris, ô stupor indicibilis charitatis. Quis non contremiscat, quis non cum exultatione miretur, sub accidentibus modici panis & uini fideles Deum & hominem manducare & sumere?

EX STEPHANO BRVLIFERO, LECTORE

*Parisiensi, super Sententias.*

**O**CTAVO<sup>1</sup> quæritur, utrum utraq; harum specierum sit de integritate sacramenti? Resp. In hoc sacramento sunt duo, scilicet efficacia & signantia. Prima propositio: In qualibet harum specierum per se, etiam remota alia, est totum sacramentum, quantum ad efficaciam: quia sub specie panis continetur sanguis cum corpore, & sub specie uini continetur corpus cum sanguine. Secunda propositio: Vtraq; harum specierum coniunctim requiritur ad in-

ad integritatem istius sacramenti, quantum ad significantia: quia in istis speciebus signatur ibi Christus, ut est reficiens fideles suos sacramentaliter: sed perfecta refectio non potest esse in solo potu, nec in solo cibo, sed requiritur uterq; ideo quantum ad significantiam, requiritur utraq; istarū specierum. Notandum, quod māducare istud sacramentum, spiritualiter est recognoscere & affici circa eius passionem, quæ fuit in multiplici afflictione corporis, & effusione sanguinis, in quo manifestatur immēsa Dei charitas, & in hac anima perfectè reficitur & delectatur.

Nonò quæritur, utrum aqua sit de integritate sacramēti Eucharistiæ. Notandum, quod quatuor sunt de integritate huius sacramenti: scilicet materia. & est duplex: quædam est materia ex qua consecratur corpus Christi, & est panis triticeus: alia est materia, ex qua conficitur & consecratur sanguis Christi, & est uinum de uite. Hactenus ille.

¶ Memorabile quoq; est dictum recentissimi scriptoris Gabrielis Biel, qui dicit: liberum fuisse disputare de communione sub utraq; specie, in utramq; partem, usq; ad Constantiense concilium. Verum postea non item.

Nec solum scriptores Papistarum recentissimi probant ac tuentur communionem sub utraq; specie: sed etiam ipsorum proprii Missales libri, quibus usq; in hodiernam diem utuntur, habent in canone precationem, facientem mentionem laicorum communionis sub utraq; specie, cuius hæc sunt uerba: Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij corpus & sanguinem sumperimus, omni benedictioni cœlesti & gratia repleamur. Vbi clarè indicat sacrificus, non tantum se sacrificantem, sed & alios secum etiam sanguinem sumpturos.

In ueteribus porrò Missalibus multo plura talia dicta in canone reperiuntur: quorum ego plura uidi, & non pauca ex illis dictis in quadam Epistola de canone edidi.

Husius in quodam tractatulo de communione sub utraq; specie, hæc uerba ex ueteri Missarum canone citat. Communicans alios dicat: Perceptio corporis Domini nostri IESV CHRISTI pro fit animæ & corpori tuo in uitam æternam: Sanguis Domini nostri IESV CHRISTI proficiat tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum ad uitam æternam.

Reperiuntur & innumeræ ueteres Agendæ, in quibus præcipitur, ut

tur, ut ægrotantibus non tantum de corpore, sed & de calice Domini detur. Quorum aliqua, si opus esset, exhiberi possent. Extat etiam cantio non ita uetus, quod ex stylo apparet, sed tamen recepta in Ecclesia, quæ integram communionem probat. Hæc enim eius uerba sunt: Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & tribus sanguinis poculum, dicēs: Accipite quod trado uasculum, Omnes ex eo bibite. Sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi uoluit, solis presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant, & dent cæteris.

Deniq; reperiuntur & calices plurimi, tū alibi passim per Germaniam, tum etiam Ratisbonæ, cum fistulis, quibus non ita dudū ad distributionem sanguinis Domini usi sunt. Quare ex innumeris indicijs ac testimonijs probari potest, communionem sub utraq; specie proximis temporibus adhuc in usu fuisse. Sed de hac re audiamus unam historiam uel maximè scitu dignā, quam Sleidanus libro nono recenset.

#### EX NONO LIBRO SLEIDANI RELATIO

*Belagij cardinalis, de regis Galliarum sententia ac sermone in articulo communionis sub utraq; specie.*

**D**E cœna Domini integra percipienda, uel (quod aiunt) sub utraq; specie, sermonem fuisse Regi cum Clemète VII. Sperare etiam ab hoc impetrari posse pontifice, ut facto decreto liberū permittat usum eius rei pro cuiusq; cōscientia. Regē hoc præterea dicere, patrū memoria distributū fuisse per Galliā quibuslibet integrā cœnā: non quidē in medio templo, sed in sacellis, hoc illum à nonnullis accepisse grandi ætate, qui ritū istum in Gallijs fuisse cōfirmant ante centū & uiginti annos. Deinde Galliæ regibus administrari totam, & cum inter disputandū Theologis hoc ipsum Rex obiecit, illos respondere, unctos esse reges æquē ac sacerdotes: & Scripturā loqui de sacerdotio Regali, quod aut Regibus liceat, nō itē esse permittendū alijs. In precationibus etiā illis quotidianis, & familiarib. ordinē sacerdotū, agnoscere Regē, multa posse refecari, quædā etiā esse prorsus tollēda. Clemète quoq; VII eius rei curā demādasse cardinali Cruceio Hispano, cui nūc extat liber, quē Theologi Parisienses ut hereticū dānarint: nā esse genus hominū, q. nō modò Germanos ut impios, & malefentiētes de Religiōe cōdemnent, sed ipsos quoq; cardinales atq; Pontificē, si res ita ferat.

F I N I S.

TABVLA CENTVM GRAVAMINVM  
GERMANICAE NATIONIS.

- P** R I M V M uersatur circa constitutiones humanas: quæ dum dispensationibus pecuniarijs Romæ redimuntur, omnè iniquitatem procreant, & nos ære nostro priuant.
- 2 De nuptijs pro pecunia celebrandis tempore interdicto.
  - 3 De nundinationibus, quæ perperam exercentur in indulgentijs, &c.
  - 4 Quàm turpiter pecuniæ indulgentiarū in luxū expendantur.
  - 5 De casibus utcunq; referuatis, quorum sine pecunia nulla haberi poterit absolutio.
  - 6 Quomodo pecunijs detur licentia impunè peccandi.
  - 7 Quomodo simplices, nimis miserè à Stationarijs & Quæstuarijs decipiantur.
  - 8 Explicat immoderatum Terminariorum quæstum.
  - 9 Quàm iniquè causæ prophanæ ad Romanū tribunal trahuntur.
  - 10 Qua fraude, quouè dolo, præacta agitur uersutia.
  - 11 De abusibus & excommunicationibus iniquis.
  - 12 De Papalibus Commissarijs, Germaniam aggrauantibus.
  - 13 Quàm iniquè Monasteria quædam ab Episcoporum iurisdictione eximantur.
  - 14 De temeraria uiolatione iuris patronatus.
  - 15 Beneficia multorum, uel Romæ, uel in itinere morientium, nõ satis ritè Curtisanis conferri.
  - 16 Qua impostura beneficiati Romæ à Curialibus inquietentur.
  - 17 Quomodo prætextu familiaritatis Papalis, multorum beneficiorum impugnetur collatio.
  - 18 Quibus instructi dolis Curtisani, beneficiatos in propria persona ad urbem uocent.
  - 19 Quomodo prouisiones ecclesiasticarum dignitatum Romam pertrahantur.
  - 20 De regulis Cancellariæ Papalis, & uarijs illarum technis, in finitissq; laqueis.
  - 21 De ecclesiasticis beneficijs curatis & non curatis in genere, quàm indignis conferantur Romæ.
  - 22 Quibus nexibus Archiepiscopi ac Episcopi, à suis Capitulis in conferendis beneficijs astringantur.
  - 23 Quàm amplissimas pensationes, beneficiorum locatores, à

- suis conductoribus recipiant, exigantq̄;
- 24 De prælaturarum cōmendis, & incorporationibus Romanis.
- 25 Collegiatis ecclesiis, nobilibus solum fundatas, ob pecuniam infimis hominibus conferri.
- 26 De nouis fraudibus Rom. sedis, quibus multifariam ueris derogatur priuilegijs.
- 27 De inordinata & nimis diuturna abusione Annatarum.
- 28 Quomodo contributio ecclesiasticorum contra Turcas etiam uerti debet in tranquillum nostræ reipub. statum.
- 29 Quomodo ecclesiastici, unà cū laicis, paria onera ferre debeāt.
- 30 Nihil ecclesiasticis rebus parcendum esse, modò Turcis resisti possit.
- 31 Vt personæ ecclesiasticæ, commertam nullam luant pœnam.
- 32 Si ecclesiastici non puniantur æquè ut laici, multa ex hoc mala certò prouenire.
- 33 Statuendum ergo esse, ut ecclesiastici, æqua cum laicis patiantur supplicia.
- 34 De diuerso, prophano, ac intolerabili onere excōmunicatiōis.
- 35 Quo pacto cohabitatores oppidorum ac uicini, citra omnem æquitatem, aliorum causa excommunicentur per tractatū ampliationum.
- 36 De illicitis interdictis, in causis minimi faciendis.
- 37 Vt festi multi dies abolendi sint.
- 38 Quomodo per Pontifices Rom. ordini militarium, contra omnem æquitatem, bona erepta sint.
- 39 De multis oneribus, quibus ecclesiæ proceres statum opprimunt secularem.
- 40 Quibus modis laicorum bona ad ecclesiasticos perueniāt, sed non contrà.
- 41 Quomodo Episcopi hæreditaria ecclesiasticorum bona ad se trahere conentur.
- 42 Quomodo laica quædam bona Episcopi cum suis, ditioni ecclesiasticæ subdi uelint.
- 43 Quomodo Episcopi malè sibi usurpant, primam recentium beneficiorum collationem.
- 44 De confirmationibus beneficiorum non necessarijs.
- 45 Quæ onera patiantur hi, qui laicos habent collatores.
- 46 Vt Episcopi, nulla urgente causa, beneficiatos illicitis urgent

geant exactionibus.

- 47 Quomodo indocti iuxta atq; inidonei ordinentur sacerdotes.
- 48 De impensis immodicis, quæ in ecclesiarum cōsecratione profunduntur.
- 49 De iniquis adinventionibus Suffraganeorum.
- 50 Quomodo cœmeteria nonnunquam ob quæstum superflue consecrentur.
- 51 De superstitione inani, in baptizandis campanis, ne scilicet animæ perdantur earum.
- 52 Quomodo sibi Episcopi & prælati quasdam oblationes iniuste uendicent, licet non sine fruge.
- 53 Ut à quibusdam præpositis monasteriorum, Episcopi iniuste pecunias sumant.
- 54 De abusibus qui contingunt in Abbatum, Abbatissarumq; electione. Item de execrabilibus curiæ Romanæ officijs.
- 55 De quibusdã ineptissimis Archipresbyterorum Officialibus.
- 56 Quam inique laici ad uetitum ecclesiasticorum trahuntur tribunal.
- 57 Laicos, ob debitam pecuniam ad ecclesiasticos iudices non esse trahendos.
- 58 Ut laici grauibus onerantur damnis in petendis missionum literis, id est Lofs bryeff.
- 59 Quomodo laicas quasdam causas iudices ecclesiastici remittere nolunt.
- 60 De uarijs, illicitis, & inutilibus prophanarum causarum expensis.
- 61 Quomodo nouæ per uiolentiam instituantur decimarum præstationes.
- 62 Alius modus non ferendus, quo multi iniuste ad ecclesiasticum tribunal trahuntur.
- 63 De causis iniuriarum, quæ coram iudicibus ecclesiasticis uentilantur.
- 64 De præsumptione Officialium in causis prophanis ob interposita iuramenta.
- 65 Quomodo ecclesiastici suas iudiciorum reformationes non obseruent.
- 66 Ut nonnullæ ecclesiasticorum iudiciorum reformationes prætentæ, ciuili magistratui perniciem adferant.
- 67 Quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ peccatoribus imponatur.

- 68 Quibus technis honesti uiri & mulieres aggrauantur.
- 69 De illicito interesse, quod iudices ecclesiastici ex iactatis matrimoniorum causis petunt.
- 70 Quibus artibus ecclesiastici iudices causas promiscuas ad se trahunt.
- 71 Quæ mala cōtingant, falso prætextu denegatæ exequutionis.
- 72 Quomodo ecclesiastici iudices ferre respuunt, quod seculares perpeti coguntur.
- 73 Vt quodā præscriptionis uelamine, honor Imperij minuatur.
- 74 Quàm iniquè, peccatores duplici pœna ab ecclesiasticis puniuntur.
- 75 Quomodo auari Officiales, illicitum fœnus tutentur.
- 76 Quid Officiales agant cum mulieribus, quarum uiri sunt absentes.
- 77 De illicitis censibus, quæ è domibus exiguntur.
- 78 Quo pacto prædicti, hebdomadariam à mœchanicis pecuniam exigant.
- 79 De iniquis ecclesiasticorum arrestis & inhibitionibus.
- 80 Vt pleriq; ad iniquas transactiones compellantur.
- 81 Quomodo externi causarum procuratores, coram ecclesiasticis consistorijs non admittantur.
- 82 Quàm iniquè pauperibus sacramenta denegentur.
- 83 Quàm iniquè spirituales pro sua libidine uindemiationem suspendant.
- 84 Vt ecclesiastici, synodis, contra constitutionem abutantur.
- 85 Vt iniquis nexibus Episcopi à suis astringantur Capitulis: & Cæsares Romæ coronandi, à Pont. Romanis.
- 86 Quomodo plebs pro sacramentorū administratione grauetur.
- 87 Vt ob Missas cantandas pecuniam exigant, scilicet myßlanck, myßgelt.
- 88 Quo pacto parrochi à suis pecunias emulgeant parochianis.
- 89 Vt miserè defuncti, sine pecunia sepeliri non possunt, & de sepulchrorum mercatu.
- 90 Vt pleriq; ecclesiastici, etiam Monachi, parum aut nihil differant à scurris.
- 91 Quomodo Episcopi sibi pecunias uenentur ex sacerdotum cōcubinato & officiatione.
- 92 Vt ecclesiastici quædam publicas exercent tabernas & tabernarias.

- 93 Quomodo infirmis persuadetur, ut suos defraudent hæredes,  
per Euangelium: Munus quodcunq; ex me, tibi proderit,  
&c. Matth. 15.
- 94 Quibus medijs ordines Mendicantium ingentem pecuniam  
ad urbem transferunt Romam.
- 95 De malitia Romanorum Legatorum.
- 96 Quomodo Vicecomites inepti, ineptissimos creent Notarios.
- 97 Quanta iniuria sit in iure patronatus.
- 98 Vt omnes Monachi, Beguttæ, & Begardi, secularibus in bonis  
succedant, sed non contrà.
- 99 Quomodo Papa, Archiepiscopi, Episcopi, ac reliqui prælati, ex  
istorum gravaminum publicatione in nullo se emendarūt.
- 100 Multa alia superesse fatetur.

FINIS TABVLÆ GRAVAMINVM: ATQVE  
utinam non essent per uniuersum in centuplo plura, quàm hic  
per sacri Rom. Imperij principes seculares  
enumerantur.



SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPVM AC PROCERVM GRAVA-

*mina Centum, quæ aduersus sedem Romanam ac totum Ecclesiasticum ordinem, Oratori Pontificiæ sanctitatis, in Comitibus Germanorum Principum Norimbergæ, Anno, &c.*

*XXII. inchoatis, finitis uerò XXIII.*

*proposuerunt.*



OSTQVAM relatio per Oratorē sanctitatis Pontificiæ, Comitibus prædictis coram maiestatis Cæsareæ locum tenente, Electoribus, cæterisque Principibus, ac Imperij Statibus, ibidem congregatis, habita, ac Breue (quod uocant) apostolicum eiusdem Romani Pont. in consultationem forent deducta, desuperque responsio consulta & conclusa, ac eidem Oratori & Legato Pontificio, in scriptis, nomine totius Romani Imperij tradita, factaque esset: fortè inter alia mentio non infrequens, grauaminum atque onerum Romani Imperij Procerum, quibus iniquius quàm par sit, ab Rom. ecclesiæ clero premerentur: placuit Principibus ac cæteris Imperij ordinibus, hæc ipsa quæ contra ecclesiæ Romanæ Primores, se in medium adducturos polliciti erant grauamina paulo altius à Principibus, sigillatim per classes, & quàm potuit maximè per ordinem digesta, repetere, recensereque: ac ita descripta fusius Legato Romano, ferenda secum trans Alpes, dare: rogareque hunc, ut apud sedem Apostolicam curare uelit, quatenus onera hæc, non ferenda Germanis, è medio tollere, emendareque: sanctitas sua non dedignetur. Quemadmodum prædicta hæc in responsione supra memorata, omnia latius continentur. Itaque per compendium, ut sequitur, Germanicæ nationis onera hæc iusto grauiora, digesta, ac Oratori Pontificio, qui se nomine sanctissimi Rom. præsulis, ita sincerè ac Christianè obtulerat, tradita sunt, quo sæpe dictus Orator ac Legatus Pontificius, hæc inde sanctitati legatis referre, ac apud eundem pro Germanis principibus & proceribus, totius Imperij Romani ordinibus, interpellare possit.

*Sunt autem Grauamina supra memorata, quæ per capita nunc sequuntur.*

GRAVA-

## GRAVAMINA SEDIS APOSTOLICAE, NON

*ferenda Germanis: ac primum de Dispensationibus  
ere redemptis. 1.*

**I**NTER reliqua onera, uel illud minimè postremo loco est collocandum, quòd constitutionibus humanis multa prohibètur, imperantur item multa, quæ nullo diuino præcepto uel interdicta sunt, uel imperata. Quòd genus sunt, matrimoniorum tam innumera excogitata obstacula, ex affinitatis, publicæ honestatis cognatione, spirituali, legaliq; & consanguinitatis, tam multis gradibus originem trahentia. Ciborũ item usus interdictus, quos Deus tamen ad hominis necessitatem creauit, ac cum gratiarum actione promittuè iuendos Apostolus docuit. Hæc nimirum, atque his similes complures humanæ constitutiones, eò usq; ligant homines, donec pecunia sibi harum legum gratiam à statuèntibus impetrent, ut ita pecunia faciat diuitibus licitum, quòd tenuibus gratis sit prohibitum. Illicitisq; his legum ac constitutionum humanarum reticulis, non modò magna nummorum copia à Germania expiscata, è Germania & trans Alpes lata: sed & maxima inter æquè Christianos orta iniquitas, plura offendicula, simultates, dũ tenues hisce saqueis uident se illaqueari, non ob aliud, nisi quòd spinas Euangelicas (ta enim. Christus diuitias nõ semel appellat) non possideant.

*De tempore interdictio. 2.*

Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum solennibus, à dominica Septuagesima, qua cõtatur in ecclesia, Circũdede runt me, &c. sub quadragessimæ usq; initium, quo tempore ab ecclesiæ Romanæ primoribus undiq; nuptias celebrari interdictum est: quum tamè interim & ab ecclesiasticis & à secularibus passim sine discrimine publicè, genèraliter uisuat. Sed ita demum interdictum illud procedit, si gratis hoc facere quis intendant. Quòd si nummi spes refulserit, iam quòd primum erat prohibitum, impunè ac liberè facere licet. Est enim & hoc graue Germanorum crummenis reticulum, quo extrahuntur nummi: Nec minus interim gratiamè, quòd pauperis diuitisq; longè diuersa in relaxandis his constitutionibus sit conditio.

*De oneribus Paparum indulgentiarum. 3.*

Illud importabile iam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando sub perloña pietatis, quum aut basilica Ro-

P manas

manas cōstruere, aut profectiōem in Turcas parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem à simplicibus, nimiumq; credulis Germanis exuxerunt pecuniarum medullam. Et quod longè maioris est faciendum, per has imposturas, ac earum conducticios præcones & prædicatores, profligata est Germana Christianorū pietas, dum qui extrudere uolebant uenales suas bullas, laudes suis mercibus occinebant miras & inauditas, condonari per emptitias has condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras uiuentium, sed & defunctorum uita, existentium in purgatorio (quod uocant cantores illi indulgentiarum) ignis, modò numeraretur aliquid, modò tinniat dextera. Atq; his mercium nundinationibus, simul & spoliata est ære Germania, & Christi pietas extincta, quando quilibet pro precij quod in has merces expenderat, modo, peccandi impunitatem sibi pollicebatur. Hinc stupra, incestus, adulteria, periuria, homicidia, furta, rapinæ, scœnora, ac tota malorum lerna semel originem sibi traxerūt. Quod enim malorum amplius iam horrebunt mortales, quando sibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in uita, sed & post obitum, ære, licet immodico, comparari posse à nundinationibus illis indulgentiarijs, semel persuasum habent? maximè Germani, quibus per hos ueræ pietatis fucos, sub religionis persona nihil non persuaderi difficile est? ut ingenio planè ad pietatem credulo est Germania.

4.

Et licet indulgentiæ hæ non semel in hoc ad Germanos missæ sint, quasi ex corrasa earum uenditione pecunia, fideles cōtra Barbaros essent tutandi ac defendendi: euentu tamen compertū habent Germani, pecuniam hanc non in rem fidei, aut alioqui Reipubl. Christianæ necessariam, sed in propinquorū luxum ac subleuandam familiam ipsorū esse uersam, quo uno bina hæc nata sunt perquàm maxima incōmoda, quòd & offendicula orta sunt simplicibus: & quòd nunc Germani toties sentientes lusam fidem, quum uerè iam res postulat, ut contra Turcas instituat expeditio bellica, nullis rationibus persuaderi se patiuntur, ut credant: quod res ipsa ferè notorium facit, ita scilicet instare ceruicibus nostris crudeles Turcas: suspicantes semper, prioribus simile quippiam agi. Quæ una ratio est, ut tam ægrè manus cōtra Turcas iungant. Quorum ergo malorum & in rebus tēporalibus ac Christi fidelium conscientijs, causæ fuerint Romanæ indulgentiæ, sanctitas

Sanctitas Apostolica pro sublimitate captus sui, exigua opera uel inde, si non ex re ulla alia, coniectura consequi poterit.

5.

Præterea Papalis sanctitas, cæteriq; Episcopi, ac ecclesiæ Romæ columnæ, casus aliquot suæ tantum absolutioni reliquos fecerunt: quorum si unum aut alterum commiseris, iam aut numerandum, aut absolutione tibi carendum est: nempe quòd in hoc reseruari sint, ut uel inde nummorum aliquid eis accrescat. Quod ex eo conijcere licet, quòd in casibus etiam quantum uis pro tempore honestis aut necessarijs, nõquam tamé, nisi numeretur aliquid, dispensant. At si nihil attuleris, numeraueris ué, indispensatus perpetuò maneat oportet.

6.

Verùm, si quis unde numeret habeat, iam nedum præsentibus indulgentur harum constitutionum transgressiones: sed & in futurum impunè, ut eas ipsas transgredi liceat, indulgo permittitur. Quo fit, ut anam inde accipiant ij cum quibus ita dispensatũ est, peierandi, homicidia, adulteria, & similia flagitia perpetrãdi, quando quilibet ex sacerdotum uulgo, absolutionem empticiam uirtute indulti his impertiri potest. Quæ malorum seges tota ex habendi libidine, auiq; sacra fame, qua nunc Ecclesiasticorum nonnulli miserè excruciantur, originem ducit.

*De prædicatoribus indulgentiarum Stationarijs.* 7.

Est & aliud indulgentijs uendendis additũ hominum genus, quos Stationarios uulgo uocant. hi rusticorum plerunq; abutuntur simplicitate, dum omnes uicos, uillas, pagos, angiportus, omniaq; peragrant castella & oppidula: prædicantes sancti cuiuspiã, Valentini puta, Hupertij, Cornelij, Anastasij ué sanctimoniam: ac quantum ad rem familiarem addat, si quotannis hunc uel illum munusculo aliquo, quod eis Stationarijs scilicet in commodum cedat, demulceas. Inscriptentesq; dehinc simplices, sub sancti alicuius numen ac tutelam, promittentesq; ut hoc aut altero morborum genere uacaturus sit, qui eis annum censum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata sunt, ut simplices illi ad uiuum usq; exurgantur. Nam primũ hoc negocium à sancto Antonio cœptum, in innumerata morborum genera dehinc sueuit diduci, ita ut uix supersit morbus nunc aliquis, cui Stationarij non & peculiarè sanctorum, tanquã tabernæ uel negotiationi præposuerint. Processitq;

ed usq; eius mali serpigo, ut pauperum ac simplicium illorū, Quę  
 ftuarij ac Stationarij prædicatores, sanguinem uorent & medullā:  
 dumq; illi unā cum liberis suis necessarijs spoliantur, in delicijs &  
 luxu plus quā Sybaritico degunt Stationarij. Quę res & in pri-  
 mis præsentem sibi sanctitatis Apostolicę medicinam postulare  
 uidetur, quo interdiceretur episcopis, cæterisq; ecclesię primati-  
 bus, ac eorum uicarijs, ne pro legationis seu functionis huius ad-  
 missione quidpiam posthac acciperent precij, neue eas omnino  
 tolerarent amplius, aut quantum per eos staret paterentur.

## 8.

Nec minus & in hoc à Religiosis grauantur prophani, maximè  
 pauperes, quibus res est angusta domi. Nempe quodd mendicitas  
 ordinum Mendicantium, nihil in rure, neq; in urbe finit non pera-  
 gratum, dum à terminis, quos peruagantur, Terminarij dicuntur.  
 Quas quidem peruagationes contra ordinis eorum statuta, neq;  
 etiam ad necessitatem, per auariciam insatiabilem adinuenerunt.  
 Ita enim fit, ut cum in oppidulo, aliquando non admodum cele-  
 bri, sed perexiguo, duo, tria, aut eo amplius illorum sint conuenti-  
 cula, in quę, omne quicquid eleemosynę undique disquiri po-  
 test, confertur, dum tamen interim morbo aut senio confecti ci-  
 ues uel incolę, qui per gratiam ex laboribus & sudoribus suis, u-  
 nā cum uxoribus & liberis honestè uixerant, egeant, fame & ine-  
 dia pereundum necesse habeant.

Itaq; rogant sanctitatem Apostolicam, Imperij Principes, cete-  
 riq; status, quatenus sanctitas sua, paterno animi affectu, offendi-  
 cula & grauamina hæc Indulgentiarum, dispensationum, Statio-  
 nariorum, Terminariorumq; è medio tollere: atq; ita negociū tem-  
 perare uelit, ne libertas Christiana, seruitute humanarum consti-  
 tutionum penitus extinguatur, illaqueenturq; conscientię Chri-  
 stifidelium, mandatis hominum, quibus nullum est peccatum ma-  
 ius quā nummis carere. Non ultrā enim quicquam prohibent,  
 quā si gratis contrauenire quis uelit: & dispensant illico quod  
 prohibuerant, numerata scilicet pecunia ampliore. Verū, quodd  
 sincerius cum fidelibus Christi, tanquam cum suis ouibus agatur:  
 instruanturq; potius ad pietatem & charitatem mutuā, ex iussio-  
 ne Christi, quā ad obseruationem cuiusuis traditionis humanę,  
 formidine pœnæ. Ac si errare eas aliquando labiq; contigerit, mo-  
 neantur, & subleuentur potius fraternè, quā ita seruiliter ac du-  
 rè tra-

rè tractentur. Quo omnibus paulo notius fiat, pastorem cupere potius, & quærere salutem ouium, quàm priuata compendia, ac earum lanam.

*Quàm iniquè causæ prophanæ in prima instantia ad Romanum tribunal iudicarium trahantur. 9.*

Quum nedum iuris ratio, sed & rei ipsa series postulet, ut distinetæ sint iurisdictionum limites, & ut quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumq; in exercenda iurisdictione non disturbet: minimè tamen Pontifices Romani pro tempore existentes, æquitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta hac, ad perionem personarum ecclesiasticarum, laicos non rarò in causis etiam prophanis, puta hæreditatum, aut pignorum, & in prima quidem instantia, coram se Romam citari, ac in ius uocati fecerunt. Quæ res nedum ita (ut prædictum est) in ius uocatis, sed & totius Romani Imperij ordinibus cedit in iacturam, perniciem, contemptum, ac iurisdictionis dehonestationem, diminutionemq;.

10.

Item, cum Romæ quispiam etiam laicus, interposito iuramento asserit, se non sperare iusticiam apud iudicem competentè in Germania assequi posse, protinus ad tale iuramentum admittitur, ac citatio ei contra partem aduersam decernitur. Sicq; processus à iudice ordinario ex Germania Romam, nec iudice interpellato, nec parte aduersa monita, protrahitur: inde iuramenti prætextu, nec fori declinatio, nec ulla admittitur probatio, etiam si planè doceri posset authorem illum peierasse. Quæ res si altius radices ageret, nec principijs resisteretur, omnes tandem causæ ad Romanæ Curie tribunal deuoluerentur, ordinarij q; uniuersi sua priuarentur iurisdictione. Quod nõ solum contra omnem iusticiam, sed etiam intolerabile foret.

Eapropter sacri Romani Imperij status sanctitatem Apostolicã rogitant, ut prædictum onus in Romana Curia posthac non tolerare uelit: sed curare, ut dehinc nemo uel ecclesiasticus, uel secularis, ob causam prophanam, in prima instantia, Romam in ius uocetur: sed personæ & causæ hæc ordinario iudici, cui immediatè subiacent, relinquatur: ultraq; hoc, amplius contra æquitatem non grauentur.

*De conseruatoribus, ac cæteris Papalibus iudiciis. 11.*

Item est & aliud iudicium Papalium, per quos æquè ordinaria

attenuatur iurisdictio, genus, quos Conseruatores uulgò uocant: eos episcopi, cæteriç; ecclesiæ principes, ex primatibus, uel Abbatibus suæ diocesis, à sede Apostolica in hoc impetrare solêt, ut coram his omnes illorum causæ & lites quas iam instituere cogitâr, dirimantur, euocenturç; per hos in ius personæ seculares, nobiles & plebeij, in causis omnino prophanis, licet actoribus iusticia per ordinarium tribunal nunquam fuerit denegata. Quodd si uocati in ius ire recusauerint, ij contra ius ac phas excõmunicatione, licet nulla, feriuntur: cuius rei innumera adduci possint exempla. Ac si ut cœpit negociũ procederet, breui eò rerũ ueniremus, ut omnes causæ prophanæ, ad conseruatores hos, cæterosç; iudices ecclesiasticos, laicis nedum suspectos, sed & alioqui incommodos, pertraheretur. Quod ut est intolerabile Germanis Principibus, ita & aperta fronte, cum Sacri Romani Imperij pugnat cõstitutionibus ordinatis, quæ clarè & expressim uolunt ac exprimunt, quodd nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in ius pertrahere debeat. Quapropter Imperij Principes, Proceres, ac Status sedi Apostolicæ supplicât, ut grauamina atq; onera hæc radicitus funditusç; tollantur & abrogentur.

*De Papalibus delegatis ac commissarijs. 12.*

Item san. Pontificia ad ecclesiasticarum personarũ petitionem, iudices delegatos, & cõmissarios, tanquam ecclesiasticos iudices per Germaniam concedere solet, ut impetrantes dehinc laicos, cuiuscunq; etiam dignitatis uel præeminentia, coram ita delegatis in causis prophanis, iudicio conuenire possint. Quod ut de facto sæpenumerò præsumunt, ita excommunicationis pœna mandatã sibi inter partes iurisditionem defendere conantur. Quæ omnia & in perniciem personarum secularium, & in iurisditionis Germanicæ ac ordinariæ iacturam uergunt, & attenuationem.

*Quo pacto ecclesiæ Prælati per sedem Apostolicam, ex Episcoporum ordinaria iurisditione, ac cæterorum suorum defensorum tutela eximantur. 13.*

Insuper & hoc moliuntur Summi Pontifices, monasteria aliquot eximendo, ut ab episcoporum, eorũ scilicet ordinarijs, ac defensorum, protectorumç; aliorũ, iurisditione ita exempti, reddantur immunes, immediateç; subiaceant sedi Apostolicæ: quæ res non tantum prædictis ipsorũ ordinarijs ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in iacturã, tum quando collatio pecuniaria pro

Imperij

Imperij necessitate, uirum Imperij statibus indicitur. Ita enim fit, ut ipsi per se ab oneribus publicis exēpti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus episcopis ac defensoribus suis, quod antehac facere necessum habebant, non porrigant: per quam technam Romani Imperij attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto uires. Quapropter & hic Imperij proceres ac status rogant præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaq; ac monasteria hæc episcoporum & defensorum ordinarię iurisdictioni relinquenda, ut uel inde Imperium Romanorum per sedem Apostolicam eneruatū, uires pristinas eo celerius recuperare queat.

*De attenuatione iuris quod uocant Patronatus. 14.*

Item, quum per mortes possessorum pro tempore beneficia uacare incipiunt, quorum ius patronatus ad laicos spectat, seu ecclesiasticos: tum conantur & Papalis sanctitas, & eius oratores uel legati iuri huic derogare, hoc modo, ut conferant beneficia ita uacantia Curtisanis, aut alijs quibuscunq; libuerit, ita ut patronis ipsius ius suū presentandi per hoc adimatur, auferaturq; ac interim hoc pretextitur à sede Apostolica, quasi præuentioni hac in re sit locus: ut qui prior beneficium illud contulerit, quod hæc teneat collatio: licet patroni tempus quoddam habeant, intra cuius metas: beneficia sua liberè, & à nemine præuentioni, conferre possint. Eam ob rem patronis laicis & ecclesiasticis ex fiducia hac præuentione multa oriuntur iactura. Quapropter Sacri Romani Imperij Status sanctitatem Apostolicam rogant, ut talia grauamina atq; onera aboleantur: & posthac beneficia uacatura, suo quæq; patrono relinquuntur. nec permittendum Curtisanis, ut dehinc uel per iudiciorum ordinem, uel suo opte ingenio ad talia beneficia se ingerant, sed statuto irreuocabili sancendum, si quid à quoquam contra patronos beneficiorum ordinarios, prætextu imaginarij istius iuris, præuentionis, ut præmittitur, fuerit attentatum, quod omne id nullius sit momenti, uiribus careat, sitq; ipso iure nullum, cassum & inualidum.

*De ecclesiasticis, qui Romæ, uel inter eundem Romam mortem oppetunt. 15.*

Item & tum Curtisanis, cæterisq; (ut prædictum est) inhabilibus personis, per sedem Apostolicam uacantia collata sunt officia & beneficia: cum familiares sanctitatis suæ, aut qui Curie seruirent, uel in anno (quod uocant) Iubilæo, inter eundem Romam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetissent, tanquam si beneficia hæc sedi

Aposto



Apostolicæ essent cõmissa, rectè atq; feudorũ collatio cõmittitur. Nec consideratur à Pontificia sanctitate, talia beneficia uel officia de iure patronatus sint, nec ne, per quod ecclesiastici & laici patroni feudatarij denuò etiam iure suo patronatus ordinario priuati sunt, & spoliati.

## 16.

Quinetiam aliquando, quum ij, qui bonis, aut multis prædici sunt beneficijs, Romam ueniunt, à Curialibus Cardinalium tanquam officij gratia ad mensam inuitantur dominorum suorũ: inde clam adhibentur testes & notarius, quorũ interuentu conficiuntur instrumenta, quibus cum suo tempore probari possit, tales fuisse Curiales Cardinalium, ac ideo beneficia eorũ esse in perpetuum affecta. quàm doli ac fraudis res hæc sit plena, unusquisque bonus facile perpendere potest.

*Quo pacto sub prætextu familiaritatis Papalis Curie, multorum beneficiorum per Curtisanos impugnetur collatio, etiam si possessoribus illorum longè antehac talibus fuerint beneficijs inuestiti.* 17.

Nec minus & illud cõsuetũ hucusq; fuit, ut ultra prædicta omnia quorundam magni pensũ beneficiorum, sub nomine Officialium uel familiarium Papæ & Curie Papalis, per idiotas & alioquin inhabiles personas sit impugnata collatio: ac per illos conatũ, tentatumq; si quo modo fieri posset, ut beneficia hæc in commendas seu prouisiones (ita enim ipsi uocant) uertere, ac censibus annuis obnoxia reddere queant. Hinc prætendentes regressus, reseruationes, pensiones, & plura alia incompatibilia, sibi in his competere. Quibus technis ac dolis malis, beneficia illa penitus exiguntur, eneruantur, attenuanturq; cum perpetuò Romanæ Curie pensionibus annuis seruiunt: sitq; ut Germanorum, utcunq; habilium, nemo unquam ad hæc aspirare possit.

## 18.

Item obuiam ueniunt & tum Germanis non ferenda à Curtisanis onera. Ita enim per Germaniam subtili ingenio beneficia uentantur, ut contentur uiris presbyteris ætate & integritate uite spectabilibus, qui beneficia sua absq; omni controuerha, iusto titulo, & bona fide, multos iam annos quietè possederant, in longèua possessione negocium facere, possessionè interturbare: ad Romanam Curiam, personaliter ut compareant, in ius uocare, ac mille alijs

lijs artibus ita eos adigere, ut transactiones quantumuis iniquas inire necessum habeant, modò supremos hos annos quietè agere uelint. Coguntur enim hoc quo dictum est modo à Curtisanis ad pensiones annuas, referuata, & id genus alias præstationes. Atque hoc agunt Curtisani nebulones, non propria (ut ferunt) authoritate, sed Romanorum suorum statutorum, ac regularum quas uocât Cancellarię. Quæ cõstitutiones omnes quotidie pro libidine Curtisanorum figuntur ac refiguntur, cum derogatur prioribus non admodum, ut uidebatur, æquis, & ferunt iniquiores. Quare nedú senio confectis beneficiorum possessoribus harum decipularum atq; fraudum rudibus, sed & beneficiorum collatoribus imponūt mille instructi dolis Curtisani. Nam & si possidens beneficiũ presbyter, cum Curtisano litigatore ficticio non transigat: tamen ira sibi litem facit præstigiator ille Curtisanus, ut si pendente effecta hac controuersia moriatur, beneficij (ut prædictum est) litigiosi possessor, quod dehinc continuò litem faciens, neglecto collatoris ordinario iure, in possessionem eius beneficij mittatur. Eapropter denud atq; iterum Sa. Ro. Imperij status iustas sanctitati Apostolicę fundunt preces, uelit enumerata omnia Curtisanorum importabilia onera emendare, ac penitùs abrogare: ne uic illis posthac promittere, ut beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas, oppugnare impunè audeant.

*Quomodo prouisiones ecclesiasticarum dignitatum Romanam pertrahantur. 19.*

Item, quęcunq; dignitates, seu beneficia pinguia, utputa Prępositurę, Decanatus, Cantoratus, ac cętera officia, Canonicatus ecclesię curatę & beneficia simplicia, quę sub mense ordinario, extra Romanam mœnia uacare incipiunt, quorum antehac ad ius ordinarium, patronatus ecclesiasticorum & laicorum spectabat collatio & electio, tum excogitatur à Romana sede, iuris patronatus ab ordinarijs collatoribus abalienatio, maximè si possessores pristini beneficiorum aut officiorum dignitatum uel talium, familiares uel officiales Papę aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Rom. Imp. status, prædictum etiam onus è medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præsentationem, & nominationem talium dignitatum ac beneficiorum, iura scilicet ordinaria, defendendos ac defensos manu tenendos. Nec curandum, utrum familiares, uel officiales Romanę Curię fuerint,

Q qui

qui beneficia hæc possederint, regressum, accessumque, aut aliud quoddam ius imaginarium ad ea habuerint, ita quòd tale ius prætentum ordinario patrono, ac collatori, nunc & posthac nullum faciat præiudicium, nullamque generet iacturam, sed per omnia iura ordinaria sinantur illæsa.

*De regulis Cancellariæ Papalis, nouis technis & reseruatis  
super casibus futuris. 20.*

Ad hæc Cancellariæ Romanæ regulæ, quas ad sua compendia subinde excogitare solêt Curtisani, ac toties ferre ac reuocare, nec non & aliæ subinde nouæ artes excogitari cœperunt, quibus beneficia ecclesiastica ex Germania Romæ eo facilius pertrahantur, aggrauenturque; ita ut si Germanorum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non aliunde quàm ex Curtisanorum manu magna numerata pecunia, aut pensione annua reseruata assequi possit. Neque in hoc Curtisanorum inexplebilis auri sitis contenta quiescit, quin nouas quotidie artes excogitet: qualis est & illa, cum super beneficio aliquo uacaturo, duo aut tria millia aureorû ad futuros casus reseruantur collatoribus ordinarijs, tam ecclesiasticis quàm secularibus, eorumque iuri ordinario, ac ipsis denique ecclesiasticis beneficijs in prægrande exitium, perniciem, attenuationem, & detrimentum. Nam cum casus aliquis futurarum reseruationum existit, adsequiturque is beneficium, cui prius tot reseruata erant super hoc millia: tum ad supremam opem, technas profectò inauditas cõsingunt, permutationum scilicet reseruationem, surrogationem, reseruantes sibi ingressum, accessum, atque alias id genus decipulas, quibus ius ordinarium collatorum ita exhauritur & attenuatur, ut aut nunquam, aut uix rãdem post multorum annorum curricula patroni ac collatores ordinarij ad ius suum patronatus peruenire possint.

*De ecclesiasticis beneficijs, curatis & non curatis,  
in genere. 21.*

Nec minus & illud in Romana Curia hucusque obseruatum est, ut gratiæ & reseruationes pectorales, mentales, generales & speciales regressus, accessus, incorporaciones, uniones, & concordantia, quod suis uocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & priuati lucri amorem super beneficijs ac prælaturis, præsertim per Germaniam, Curtisanis à sede Romana concederentur. Neque hoc contentus fuit habendi sceleratus amor, quin & ea ipsa beneficia ac prælatu-

prælatuꝛe prædicte, societatibus mercatorum potentum ære, cum onere census mediocris, sed ita ut dehinc latius uenderentur, conceduntur. Qua subtili practica atq; techna factum est, quod plurima, aut certè pinguium beneficiorum magna, si non maxima, portio ex Germanorum manu Romam est tralata, quæ beneficia hinc idiotis inidoneis, ac inhonestis etiam personis, non rarè sunt collata: & quidè nec Germanis, sed Barbaris, qui Germanam linguâ neq; loquantur, nec intelligant: ut inauditum dictu hoc inde sit sequutum, quod ouibus Christi præfeti sunt pastores, quorum etsi oues uocem forè audierint, nō intelligant. Verùm grauius etiam inde oritur Germanis onus, quod quum beneficia hæc & parochiales ecclesię ipsi propria persona neq; possidere, neq; gubernare possunt (quod tamen pastoris officium in primis sibi postulabant) nimirum ut subditis parochialibus, & integritate ac innocentia morum, egregium de se præberent exemplum, ut oues suas tanquam oues Christi, doctrina solida, sincera, ac ex puris Euangelij fontibus hausta, quantum ad salutem animarum, ouium pertineret, ipsi pastores met pascerent. Eorum uerò neutrum per pastores illos subditicios curatur. Primùm enim ipsi qui beneficia hæc ecclesiastica à mercatoribus, quo prædictum est assequuntur modo, quia propria persona ad possidendum ea sunt minus idonei. ideo hæc eadem alijs equè, aut longè etiam quàm sint, ad onus hoc inhabilioribus, pro annuo censu locant, non secus atq; census ac redditus annui ex agris locantur & emuntur, ut is demum habeatur emptor idoneus, qui plaris mercem licitauerit. Ita planè pro precij quantitate elocantur nunc per Curtisanos ecclesiastica beneficia. Dehinc quū ferè fiat, ut maius præcium annum offerat, qui ad Ecclesię munus quàm minimum sit idoneus, euenit, ut cōducticij illi pastores (an prædones rectius quis eos dixerit, dubiū est) simplici Christi plebeculę pro Euangelij limpidissimo fonte, turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas propinēt lacunas, dum legendas, quas uocāt, sanctorum, nec ab ecclesia receptas, & Gentilibus fabulis quàm Christianę & Euangelicę doctrinę similioribus, ad populum Christi publicè in concione docent. Quid enim aliud docerent indoctè docti, ac idiotę illi, qui lanam magis quàm salutem ouium, ut curarent, munus hoc ecclesiasticum pecunia etiam non modica conduxerunt? ac mercenarij sunt, nō (quod Euangelium abominatur) pastores. Ita enim fit, ut Christi simplex

plebecula, per suppositicios hos pastores, à germana Christi fide, ac in Deum fiducia, in quibus sola requiescit animę salus ad hominum superstitiosa semina ac commeta, per quæ res familiaris mercenariorum conducticiorũ, quàm Christi gloria augeatur potius, ducatur trahaturq; , ac multiplicibus etiam exactiõibus interim grauetur plebs Christi: quando hoc solum curant conductores, ut ultra pensionem locatori pendendam, res ipsa eorum quoq; reddatur laetior, expilaturq; interea suis nummis ab exteris nationibus: unde nulla nec mutua beneuolentia, aut gratiarum actio speranda ei est: Germania quanquam beneficia hæc non ad externos, sed suos, hoc est Germanos ut pertinerent, primũ fundauerit. Quapropter sacri Romani Imperij Status, obnixè quoq; rogant, ut præfata onera ac grauamina, per quæ tam immenso pecuniarũ cumulo spoliatur Germania, quæ hinc per Curtisanos malè prodigitur, radicitus ac penitus tollantur & auferantur: ita ut beneficia per Germaniam nemini, quàm natis Germanis, qui personaliter ea possideant, id quod & æquitas & honestas ipsa sibi postulant, posthac conferantur ac concedantur.

*Quibus nexibus Archiepiscopi ac Episcopi à suis Capitulis ob collocationem beneficiorum sint adstricti. 22.*

Nec tantum beneficia ac parrochiales ecclesiæ Romæ ob pecuniæ fauoris aut familiaris consuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculis plenis conferuntur personis: sed & simile quiddam ab Archiepiscopis & Episcopis cõmittitur, qui per eorum capitulares congregationes ita obligantur, ut omnia præpinguia beneficia, curata ac nõ curata (quæ proculdubio à fundatoribus primũ, ut ad doctos ac integros pertineret uiros, sunt fundata) Capitularibus Canonicis, utcunq; ad hoc in idoneis, conferre necessum habeant, qui dehinc talia beneficia simplicia ac curata indoctis ac ludicris personis, modò quàm maximũ pendeant censum annuum, elocant, æquè atq; supra de mercatorum societate dictum est: ita quod possessores illi conducticij, maiore partem ex illicitis exactiõibus, uiuere, atq; ob id subditos eo amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris Cathedralibus coilegiatisq; ecclesijs, ac earũ capitulis agitur. Item & per præpositos, reliquosq; in dignitate constitutos agitur idem, interim dum sua conferunt beneficia ecclesiastica.

Præterea

23.

Præterea qui pinguiora, ita (ut prædictum est) habet beneficia, ac ecclesias parochiales, utcumq; annuas pensiones amplissimas ex locationis titulo à conductoribus percipiant, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter sunt dotata: tamen committunt locatores, ut domus beneficiaræ, præ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud curat beneficiorum personati isti possessores, aut locatores, quàm ut pecuniæ æquo maiorum summam quotannis à conductoribus recipiant: ac eandem hinc in uarios, sed in inhonestos, illicitos, ac offendiculorum peccatorumq; plenos usus conuertant: de salute & cura animarum, uel subditorum, uel etiam eorum, quorum ex marsupio uiuunt, hoc est, fundatorum, prorsus apud hos nulla mētio, respectus (uelut Megarensium olim) planè nullus. Eapropter S. Ro. Imp. status, ac Principes, & Proceres laici, hic quoq; supplicat, Sanctitas Pontificia uelit eam offendiculorum sylum, turbatum rerum ordinem, ac onera hæc iusto grauiora, tollere, emendareq;: ac Archiepiscopos, Episcoposq; ab obligatione, qua ex promissionis prædictæ nexu tenentur, liberare, solutosq; reddere ac edicto cauere, ne posthac Archiepiscopi & Episcopi, talibus astringantur uinculis: sed ut dehinc nulli beneficium ecclesiasticum, curam habens animarum, conferatur, qui non sit doctrina, ætateq; & moribus ad hoc idoneus, qui & honestam, ac presbytero dignam uiuat uitam: & qui ipse propria illud possideat persona. nec plura quidem, sed unum tantum beneficium curatum, seu parochialem ecclesiã, Christianè, hoc est, sine offendiculis ullis, sed multo cum doctrinæ tum uitæ integritatis fructu administret.

*De Prælaturarum commendis, ut uocant, & incorporationibus. 24.*

Item & illud hucusq; notoriè obseruatum fuit, ut Abbatiaë multæ, cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus seu ecclesiasticarum personarum congregationes, fundationes scilicet Imperatoriarum ac Principales, Cardinalibus, Episcopis, ac cæteris Prælatibus, in tutelam commendentur, incorporenturq;. Quare factum est, ut per Cardinales, Episcopos ac Prælatos illos, quibus ita (ut dictum est) commendatæ erant Abbatiaë ac Monasteria, ita sunt attenuata, exhaustaq;, quòd cum antehac in uno illorum monasteriorum quadraginta, quinquaginta, aut ultra hoc etiam personæ

Q 3 satis

fatis commodè potuerunt foueri, ut nunc ægrè quinq; sex, aut decem necessarijs prouideri possit alimentis. Quæ res omnis in priuata compèdia aut commoda Cardinalium est excogitata. Vnde dum plura oriuntur offendicula, sed & grauamina oneraq; ardua, ac non ferenda Germanis. Ideoq; & hic supplicatur, Abbatis prædictas, Monasteria, ac religiosas cæteras domus, denud in integrum ius eorum, pristinumq; rerum statum restituendas: cauendumq; posthac, ne cuiquam tales Commendæ, ut uocant, seu incorporationes concedantur.

*De Collegiatis ecclesijs, quæ super nobilibus tantum fundatæ sunt. 25.*

Insuper licet quædam sint collegiatæ ecclesiæ per Germaniam, quæ à nobilibus, & in hoc ut nobiles tantum summæ atq; mediæ fortis ad eas reciperètur, primùm sunt fundatæ, in quibus per diutina obseruatæ ac præscriptæ consuetudinis priuilegium est, ut tantum Principes, Comites, Barones, aut alioqui Nobiles acceptari possunt & debent. Attamen laudabiles hæc consuetudines, iura non scripta, priuilegia Papalia, nequaquam curantur, manutentur: sed eregionè agitur per Curtisanos, ad liberæ electionis Episcoporum, Præpositorum, ac Decanorum & Canonicorum præpeditioem, ut coadiutores alioqui contra Capitularium uoluntatem ac cõsensum efficiantur. Nec rarè Curtisanis, licet indoctis & ignobilibus, parantur ad Canonicatus huiuscemodi accessus, non obstantibus statutis & consuetudinibus, & priuilegijs præscriptis, ita quod nobilibus Germanis beneficia subtrahantur, & hæc eadè ignobilibus uel ob pecuniam, uel familiarem cõsuetudinem hoc pacto conferantur, ut licet impetrantes ignobiles ad ea nõ admittantur, obstante sibi consuetudine, tamen si quis Principum, Comitum, Baronum, Nobilium uic hæc eadem à Curtisanis impetrare uelit, cum colore quodam excogitati oneris ab eisdem uelle mere, uel annuo cõsu redimere cogitur: quanquam subinde alia huic negotio prætexantur uocabula, quæ res ipsa quoq; nobilibus Germaniæ supremæ atq; mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac grauaminum cumulum.

*Inueterata priuilegia manutentenda. 26.*

Ad hæc quamuis omnia ecclesiasticis ac laicis statibus priuilegia ac immunitates sint concessæ, Præposituras, aliaq; beneficia & officia per se conferendi atq; eligendi, attamen per sedem Romanam

nam nouæ subinde excogitatæ sunt technæ ac practicæ, per quas priuilegijs prædictis derogatur multifariâ, imò ea penitus tolluntur ac turbantur. Eapropter rogant Sacri Ro. Imperij status, hoc emendandum, & in posterum cauendum, ac unumquemq; cum suis iuribus & priuilegijs defendendum, manutenendumq;. Id quod rei æquitas ipsa per se sibi postulat.

*De Annatis. 27.*

Quantum ad Annatas (ut uocant) attinet, quas ecclesiastici prælati, Romano pontifici quotannis pendunt, quasq; ante aliquot annos Germani principes sedi Rom. sub certis usq; annorum metis, eo tamen modo persoluerentur, consenserunt, quo pecunia hæc ad nihil aliud quàm contra Turcas parandum, defensione Romæ tanquam deposita, fideliter adseruaretur. Verùm quum anni, in quos præfato modo consensum erat per Germanos, iam olim effluerint, ac Annatas depensas, non contra Turcas, sed aliò experientia Germani principes didicerint, uersas: eapropter per omnes Imperij ordines illud ipsum pro onere non mediocri huc allegatur, supplicaturq;, id quod in responsione generali Oratori pontificiam eam ob rem scriptis, liquiddò magis reperitur, quàm ob causam laici status Rom. Imp. uela complicanda censuerunt.

*De contributione ecclesiasticorum, ac religiosarum domuum, contra Turcas, ac pro defensione iuris & tranquillitatis publicæ. 28.*

Item postquam laicorum Imperij statuù maiores ecclesias, monasteria, cæterasq; religiosas domos, per Germaniam, ad laudem omnipotentis, ita ampliter atq; hoc pacto dotarunt, diuitijsq; auxerunt, quòd iam laici ipsi, uix tertiam aut quartam partes in bonis temporalibus possident, atq; ob eam causam necessitati, tam ecclesiasticorum quàm laicorum subleuandæ, propugnandæq;, ac manu defendendæ paci ac iuri publicis, nec non & in Turcas, cæterosq; ecclesiæ catholicæ, ac sacri Rom. Imp. hostes parandæ expeditioni, præ rerum inopia uires minus suppetunt. Ideo negocij ipsius exigit necessitas, æquitasq;, quòd sanctitas pontificia ita æquè ac paternè rem temperet, ut ecclesiastici etiam tanquam qui ampliores possident diuitias, nedum contra Turcas ad ferendum opem teneantur auxiliares porrigere manus, sed ad tuendum ius publicum, ac tranquillum reipub. Christianæ statum, quotannis pecuniæ quippiam contribuendum, ita quòd Archiepiscopi & Episcopi



piscopi ecclesiasticis prelatis ac personis suęditioni subiectis, ipsi soli ad ferendum hanc opem, contributionem predictam indicare, ius ac potestatem habeant.

29.

Atq; illud eo moderamine agatur, ut Electores, ceteriq; Principes & magistratus laici ab ecclesiasticis proceribus, in eorū principatibus, comitatibus, oppidis ac territorijs, in exercenda iurisdictione non perturbentur, aut prepediantur. Nepe hac re fiet, quod laici inter ecclesiasticos ius ac tranquillitatem publicam tueri, & ecclesiastici sub laicis degentes, eo facilius ac commodius etiam ius quemq; suum defendere, ac manu tenere poterunt, cum ecclesiastici paria onera unā cum laicis magistratibus ac gubernatoribus prouinciarum ferre & contribuere iubeantur: quemadmodum ad id ipsum ex Christiana & germana charitate, ac ob equitatem, paritatemq; seruandam alioqui tenentur, obligatiq; sunt.

30.

Et quandoquidem omnes ecclesiastici, in primis ac precipue, merito pro uiribus contra Turcas, tanquam hostes Christianę fidei, ad ferendam opem, parandam defensionem, recuperandumq; manu, quas olim credulis ille ferro subiugarat Christianorum prouincias, teneatur: eam ob rem pro licito, bono, ac pariter Christianę reipub. utili & necessario uisum placitumq; est, ut si quando exigere id necessitas uidebitur, quod mundus & preciosior supellex ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, ceterarumq; ecclesiarum ac religiosarum domorum, auri, argenti, unionum, aliorumq; preciosorum, lapillorum deniq; & campanarum pars non necessaria, pro communi Christianę reipub. utilitate in medium conferratur, ne thesaurus ille ecclesię Turcis potius quā nobis custodiatur, adseruetur: id quod & per Græcię regnum iam olim usu uenisse, experientia ipsa docuit. Quę res Turcis magno cesarit lucro, præsidioq;: quando reperto hoc ecclesię mundo, seu thesauro, militibus suis comparare potuerunt uberiorem comæatum, ut eo instructiores hinc ceteras Christianorum urbes oppugnant, ac prouincias.

*Vt personę ecclesiasticę ob perpetrata maleficia commertam nullam luant pœnam.* 31.

Item quicumq; ecclesiasticos recipit ordines, maiores seu minores, per hoc omnium pœnarum magistratuū secularium, utcunq; magna

magna perpetret maleficia, immunis esse contendit. Neq; hoc ita ordinati temerè præsumunt, quòd ab ecclesiasticis summæ conditionis statibus in peccandi hac licentia manuteneantur. Sæpenu-  
merò enim compertum est, ut quum ita consecratis, præsertim sacerdotibus, per iura canonica legitime uxores sint interdixæ, quòd dehinc pudicitiam matronarum, uirginum, laicorum scilicet uxorum, filiarum, sororumq; attentant, ac noctu interdiumq; solitant. Efficiunt quoq; per assiduum ac indefessum laborem, partim muneribus, donis ac blâditijs, ut cõplures honestæ alioquin uirgines & matronæ, partim etiam in secretis (quas uocant) Confessionibus, id quod euentu ipso compertum est, diuturna opera labefactentur, ad peccata offendiculaq; commoueantur. Nec rarò etiam euenit, ut hi uxores ac filias, maritis patribusq; detineant & remorentur minantes interim gladio, aqua, igniue ulturos repetitas uxores, atq; tantorum malorum segetem ex libidine infana contrahunt: mirum quid latrocinijs, homicidijs, innocentũ delatione, igni, rapina, furto, falsa cudendo numismata, ac mille scelerum formis, interim contra diuina humanaq; iura omnia non sine magno etiam aliorum offendiculo, liberrimè ac impunè quoti die cõmittant. Nempe immunitate ac peccadi sua licentia, quam ex priuilegijs canonum sibi usurparunt, in hoc freti. Cum enim & semel compertum habent, licere eis impunè quicquid libuerit, tum nedum magistratibus ciuilibus, sed & suis episcopis ac superioribus medium ostèdunt unguem, quòdcunq; illi uel iubeant, uel uerent. Et tandem ut in peccatis maleficijsq; perpetrandis magis adhuc foueantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdixtum est Archiepiscopis & Episcopis, ne malefactores hos publicè criminali iudicio reos agere possint, nisi prius degradatos: id quod tantis sumptibus, tâtaq; pompa celebrari oportet, ut propterea perquàm rarissimum uncti illi malefactores merita plectantur pœna. Ad hæc astringuntur, obliganturq; Episcopi per sua capitula, ut personas in sacris ordinibus, quod dicitur, constitutas, secundum Canonica etiam iura, pœnis utcunq; leuibus punire, affligereq; non audeant. Quæ res tota eò spectat, ut ex disparitate hac, inter laicos ac ecclesiasticos simultates, dissidia atque odia plus quàm Vatiniana oriantur.

32.

Illud quoq; non mediocriter timendum est, ut si personæ eccle-  
R
siasticæ,

siastica, iam dicti oneris, aliorumq; maleficiorum causa, quæ quotidie perpetrare pergunt, nō equa iura, iudices equos paresq; pœnas habeant, quòd eorum uita offendiculosa apud laicorum uulgus tumultū quempiã, seditionemq; pergrandē, nedū cōtra ipsos ecclesiasticos scilicet, sed & contra magistratus, ac superiores oēs, q; impunita sināt maleficia tā notoria, cōmotura, excitaturaq; sint.

33.

Quapropter necessitas, æquitasq; ipsa sibi postulant, ut ecclesiasticarum personarū prædicta præsumpta priuilegia abrogentur, aboleantur, è medio tollanturq;: ac illarū gratia finaliter sanciantur, caueatur ac statuatur, quòd ordinati in maioribus uel minorib. cōstituti, unà cū personis laicis, equa habeant iura, equos iudices, paresq; pœnas: ita quòd ecclesiastici ultra laicos, in paribus delictis, nullā prætereendere possint prærogatiuam immunitatem: sed ut quisq; delinquentiū ecclesiasticorum sub quo deliquit iudice, ob cōmissum suum maleficiū, secundum delicti qualitatem ac mensuram, non secus atq; alij malefactores, pœna à iure cōmuni imperij imposita delicto, cōmensurataq; plecti, puniri, & affici possit atq; debeat. Id quod uerè ecclesiasticis, hoc est probis & eruditis uiris, dubio procul, impendiò magis arridebit: tantum abest, ut per hoc lædi ius eorum putent. Hac re namq; fiet, ut titulo tantum ecclesiastici, alioqui improbi nebulones, ad obedientiam maioribus debitam, ac ad bene honesteq; uiuendum compellantur. Ad hæc seditiones, simultatesq; inter eos atq; laicos præcaueantur, euitenturq;. Deniq; & hoc ipso laici ad obseruandū, colendumq; integræ uitæ ecclesiasticos eo magis inuitabuntur, permouebunturq;.

*De onere Banni, seu excommunicationis.* 34.

Item Romę ceterisq; in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certè eorū ecclesiasticos iudices, multi Christianorū ob causas prophanas, ob pecuniæ deniq; ac turpis quæstus amorē excōmunicantur: multorumq; sed eorum in fide infirmorum conscientia per hoc aggrauantur, & in desperationem pertrahuntur: ac deniq; ob pecuniæ, lucriuē tantulum, aut alioqui res minimi precij, ad interuersionem usq; animæ, corporis, honoris atq; rei familiaris, contra diuinā humanaq; iura perducuntur. Quando nemo, nisi ob cōuictum hereseos crimen, excōmunicationis gladio feriendus, aut pro secluso à Christiana catholicaq; ecclesia, lacris literis testantibus, reputandus est. Eapropter Sa. Rom. Imp. Principes, proceres  
ac status

ac status laici rogant, ut pontificia sanct. tanquã fidus Christianus, ac pius pater, uelit præfatum onus Banni seu excõmunicationis apud sedem Romanã penitus abolere, ac apud cæteros Archiepiscopos, Episcopos, & eorũ iudices ecclesiasticos ablegare, tollere: & deniq; ita sancire, cauereq;, ut nemo ullã ob causam quã manifestũ ac conuictum hæreseos crimen, & quantũ ad sacrosanctam Christi fidẽ attineret, excõmunicationis fulmine feriat, aut pro secluso à Christiana ac catholica ecclesia habeatur. Periniquum siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrũ, aut deniq; ullam aliam humanarum constitutionum transgressio nem, excepta hæresis perfidia, à Deo optimo maximo, suaq; ecclesia catholica excludi, seiungi, separariq;.

*Quo pacto multi cohabitatores oppidorum excommunicati, & ipsi ut-  
cunq; innocentes excommunicantur. 35.*

Item & illud in plerisq; sæpiusculè euenit, quòd uicinorũ excõmunicati decẽ, & eo amplius, quos tamen causa nihil omnino cõtingit, cum ipso principali excõmunicationis pœna aggrauantur: & nõ ob aliud, quã ut officiales, ecclesiastici scilicet iudices, facilius, citiusq; pro libidine sua miserã plebeculã depeculentur, ac pro suo libitu eorum abutantur simplicitate, ipsosq; principales ad quascunq; etiam iniquas acceptandas trásações per hoc cõpellant, adigantq;. Nam etiã si excõmunicatus ipse, unã cũ uxo re liberisq; suis, per intolerabile hoc & iniquissimũ Banni onus, in exilium ire cogatur, quòd hac in re nullus sit officialibus modus, neq; finis, neq; ulla facultatũ ratio: Tamen nullus est hominibus illis respectus, num industria, dataũe ad hoc opera, & per contemptũ, an necessitate ita impellente, uel casu potius, uicini cohabitatores, cum excõmunicato ipso participarint, cõmerciumue habuerint: aut sufficiens ne hæc fuerit conciuibus causa, quare excõmunicatum meritò solum uertere iussisse debuerant, horum pensifaberetur nullum. Sed unũ curatur hoc per officiales, ut quousq; principalis ipse excõmunicatus soluendo non est, conciuēs ac uicini sui, utur culpa uacent, ad solutionẽ tamen quod superest debiti cogantur. Quòd si aliquando officialibus in os obtrudatur, contra domestica, nepe canonica sua eos hoc moliri iura, quæ pecunię causa quempiã excõmunicari, aut interdũ edici uerent: nihilominus tñ id ipsum conatur, caussantes interim, nõ ob pecuniã, sed cõtumaciã, quæ tanto sit maior, quãto unde sibi originẽ ducit,

minorem habeat causam, tales excommunicari, atq; hac decipula auariciam suam officiales nugando contegere nituntur.

*Item & de illicitis interdictis. 36.*

Præterea quum sacerdos, aut alioqui ecclesiastica persona casu occiditur, tum nedum occisor excommunicatur, sed & totū oppidum aut totus pagus iniquissimè interdicitur: quod interdictum eò usq; durat, tamq; diu interrupta pendent publica Christianorū officia, quousq; uel occisor, uel tota incolarum eius loci communitas fecerint homicidij compensationem, homicidiumq; expiarint: non considerato eo, dederit ne occasionem, ut se gesserit, probe uel nequiter uersatus fuerit occisus sacerdos, uel aliàs ecclesiastico ordini ascriptus, licet iura canonica ipsa in quibusdam casibus modum negotio præscribant: prægrauanturq; itaq; ex delicto unius, centum alij nihil tale commeriti, nedum contra cōmunem æquitatem, sed & contra omnia diuina & humana iura.

*De abrogatione feriarum aliquot dierum. 37.*

Insuper & feriarum, festorumq; dierum tanta copia laicorum uulgus non mediocriter urgetur. Nimirum quum tot sint religiosi facti dies, ut uix ægrè tempus agricolis suppetat, quo fructus agri, tot sudoribus è terra pellectos, aliquando aqua, pluuia, immodicoe æstu, non rarè etiam grandine, aliatie tempestate periclitates, in horrea conferant: quos tamen fructus, si non feriarum solennibus præpediti forent, commodè ac citra iacturam ex agro legere, domumq; ferre potuissent. Adde quòd feriatas quoq; diebus, qui dubio procul bono consilio, ac in Dei opt. max. honorè primùm bene sunt feriatas, innumera perpetrantur delicta, peccataq; & scelera potius, quàm his omnipotens colatur, ueneretur. Id quod res ipsa notorium facit, tantū abest ut testibus hoc egeat. Eamq; ob causam S. Rom. Imp. status laici consultius putant, ac reipub. Christianæ conducibilius, si effrenis feriarum (quæ animis quàm extremo cultu Christianis, hoc est his quibus à peccatis semper feriandum est, restius celebrantur) festorumq; dierum numerus paulo coerceatur in arctum, minuaturq;.

*De domibus ordinum militarium, ac Baluuis ( ut uocant ) per Apuliam, Siciliamq; ordini militari Teutonicorum, ui doloq; Germanorum ditioni ereptis. 38.*

Item licet dominis ordinis diuæ Mariæ uirginis ( quos uulgò fratrum Teutonicorum uocant ) ex liberalitate Romanorum Imperatorum

peratorum celeberrimę memorię, item & Principum, Comitum, & Baronum, in eos collata, cæterorumq; nobilium contributa autione, certa bona temporalia, ac redditus & census annui, per Apuliam, Siciliam, reliquamq; Italiam empti sint atq; adaucti: non ob aliud, quàm ut contra hostes Christianę religionis, ad pugną instructiores forent: haberentq; Germani nobiles pariter & fidei catholicę propugnatores, unde commodius & honestius uitam militię semper paratam uiuere possent: ea ex bonorum asse præfeturę eius ordinis aliquot (quas uulgò Baliuias, ac à comeatu ordini parádo Commeaturas uocant) distinctę sunt, & disternatae per classes, quas & quietè sine cuiuspiá turbatione per multa secula possederunt, usurparuntq;: Attramen per præcedentes Romanos Pontifices ordini prædicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopisq; illisq; nec Germanis, nec præfati ordinis militaris existentibus, collata, traditaq; sunt. Quemadmodum & in hũc usq; diem militaris Germanorum ordo his ipsis spoliatus, carere cogitur. Insuper priores Rom. Pontifices domus ordinis supradicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderunt, ac cõcesserunt: eumq; Ordinis sæpe dicti insignibus decorarunt, contra Romanorum licet Pontificum ac Imperatorũ statuta & priuilegia, toties antehac per eorum prædecessores roborata: quibus, ad Germanos tantum ordinis milites ut hæc omnia pertinerent, cautum sancitumq; est.

Deinde & Romanenses Curtisani, ordinis suprà memorati domos per Italiam, Bononię puta, Papalibus bullis ac prouisionibus attentare conati sunt, quo facto ordinem ad litigandum secũ Romę coegerunt. Id quod non ad mediocrẽ perniciem & ipsius ordinis, & totius Germanicę uergit nationis. Demum Germanis Stablore quoq; diui Benedicti monasterium, contra foundationis quoque iura superioribus paucis equidem annis ereptum est, ac in commendam (ut aiunt) Cardinali Columnę collatum: quę omnia in perniciem tendunt, ac irreuerabile Germanicę nationis detrimentum, attentatumq; est, quicquid id est, contra ius & phas, ac æquitatem omnẽ. Eapropter Imperij status hic quoq; rogant, sanctitas Pontificia uelit militari Teutonicorũ ordini, bona erepta, censusq; & redditus ablatos, absq; ulteriore mora cõfestim reddere ac restituere, aut id ipsum ut quanto citius fiat mandare, curare uẽ, quẽadmodũ iuris boniq; & æqui ratio hoc sibi postulat.

*De oneribus sacri Rom. Imp. Statuum laicorum, contra Archiepiscopos, Episcopos, ceterosq; prælatos ecclesiasticos, eorum quoq; Capitula, ac suffectos iudices, quos uocant ecclesiasticos. 39.*

Præteronera supra memorata, Archiepiscoporum, Episcoporum & Prælatorum, quod ij (ut prædictum est) à sede Romana conseruatores delegatos, atq; id genus alios plerosq; ecclesiasticos impetrant iudices, per quos laici non ferendis aggrauantur modis: quod non omnino infrequenter euenit, ut laici in periculum ac perniciem animæ, estimationis, corporis atq; bonorum perducantur: ac quantum per hos stat iudices, pertrahantur etiam. Sed hic nondum finis. Sunt enim complura adhuc alia grauamina, prout sigillatim ea per Capita nunc recensentur.

*Primum, quibus modis laicorum bona immobilia ad ecclesiasticorum manus, & non contra, ab ecclesiasticis ad laicos perueniant. 40.*

Item quum à sede Romana constitutionibus sit cautum ac prouisum, ne bona ecclesiastica, præsertim immobilia, regulariter personis laicis unquam distrahi aut uendi possint: & tamen ecclesiastici, nulla cogente necessitate, sed tantum ut eorum res familiaris reddatur lautior, crescantq; census, nunquam non cessant laicorum prædia emptionibus, innumerisq; alijs modis ad se pellicere, si qua tandem sit possibile uia. Quod ipsum quoq; statibus laicis graue, damnosum ac intolerabile est. Quamobrè Sa. Ro. Imp. Status laici, reipub. Germanorum utile necessariumq; putauerunt, si omnia bona immobilia, soli scilicet que posthac aliquo quocunque tandem titulo à laicis ad ecclesiasticos peruenirent, possent à laicis superioribus, quorum ditioni prædia hæc subiecta forent, tandem ab ecclesiasticis redimi, lui, atq; iusto precio uendicari, nõ considerato quicquid contra hoc priuilegiorum prætenderent ecclesiastici.

*Quomodo Episcopi bona hereditaria ecclesiasticorum ad se trahere conentur. 41.*

Nec rardè & illud factò contigit, quod cum personæ ecclesiasticæ bona hereditario titulo, à maioribus suis, unà cum cæteris coheredibus, iure hereditario sibi fortè usurparent, ac si dehinc intestati decessissent ecclesiastici, tum per Episcoporum nonnullos sibi ipsis bona illa hereditaria laicorum uendicari cœperunt, non in medio.

mediocrem proximorum uenientium ab intestato cognatorū perniciem ac iacturam. Quæ res ipsa quoq; laicis nō ferenda, imò omnimodo onerosa, intolerabilisq; est.

*Quo ingenio, bona quadam laica, quæ ecclesijs, aut alijs religiosis domibus certis portionibus uendita sunt, uel hypothecata, ditioni ecclesiasticæ subuigari conentur. 42.*

Ad hæc, si quando casu ita contingit, quòd bona laica temporali iurisdictioni subiecta, fructibus, redditibus, censibus uè annuis ecclesijs, ac cæteris religiosis domibus legentur, uendantur, hypothecentur, aut quouis alio titulo tradantur, uel à laicis erga ecclesias ac monasteria annuo censu tributaria efficiantur, moliantur ecclesiastici, talia prædia laica ex ciuili potestate ac ditione in ecclesiasticam transferre: atq; huic utcunq; iniquo illicito uè conatu, Episcopi, ecclesiasticiq; patrocinantur prælati, tuenturq; rem longè iniquissimam, tantum abest ut in hoc quenquam reuereantur ecclesiastici.

*De collatione beneficiorum ecclesiasticorum iam primum fundatorum. 43.*

Item quum beneficium aliquod ecclesiasticum à laicis, summæ uel mediæ conditionis primum fundatur, dotaturq; tunc quidam episcoporum primam eius beneficij collationem sibi usurpare nituntur, ac beneficijs ipsius dotationem, fundationem uè prius confirmare recusant, quàm eorum intentioni acquieuerint, quæ beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc est, fundatores atq; patroni secundum iura etiam Canonica collatores ordinarij.

*De confirmationibus beneficiorum ecclesiasticorum non necessarijs, atq; alijs id genus grauaminibus. 44.*

Præterea si quis nouam fundationem beneficij ecclesiastici, fraternitatis uè exigere, atq; eandem confirmandâ petere uelit, quam confirmationis huiusce, de iure ac æquitate minimè indigeat: nihilominus tamen fundatores beneficiorum præter modum, pecuniarum exactionibus, ad uiuum usq; aggrauantur, exungunturq; ac per Romanorū statuta, technas ac subriles practicas eò diriguntur, ut fundationes hæ omnes, quâuis minimi sint precij, necessariò confirmentur. Quod ipsum non mediocre Germanorum laicorum est onus.



*De subsidijs, & alijs oneribus quæ imponuntur ecclesiasticis,  
qui collatores habent laicos. 45.*

Deinceps si quando contingit ecclesiasticam personam à laico beneficio aliquo dotari, & Episcopo pro inuestitura accipièda præsentari: tum episcoporum in spiritualibus (ut uocant) uicarij, pro inuestitura tantum erogât æris, præsentatis illis, quantum collatû beneficium in annuo habet prouentu, nonnunquam etiam quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur episcopo, & reliqua interim archidiacono, aut archipresbytero pro inuestitura, uel possessionis traditione.

46.

Insuper, nimiumq; pro uiribus, illicitis exactionibus grauant episcopi beneficia, subsidijs nimirum, nullæ licet sub sint urgentes, aut illud sibi admodum postulantes causæ: hoc est, quod iura uocant, manifestæ & rationabiles. ultra etiam modum, quem iura cõmunia in casibus euidentibus & necessarijs præscribunt. Illis nempe casibus, quibus solis iura, subsidiû ab ecclesiasticis erogari permittunt: sitq; eius rei immodico usu, ut presbyteris uitæ necessaria uix, aut certè ne illa quidem relinquuntur. Demum & in totius populi caput hoc redundat onus, quando ita premuntur sacerdotes, ut respirare eis non liceat, ni uicissim subditam plebeculam atrodant. Ita ex onere seritur onus, eò usq; ut nullum gratis, nisi numeretur semper aliquid, ministrent sacramentum, ecclesiæq; Christianæ donum: ad quod tamen præcipuum gratis ut facerent, darentq; ea gratis, quæ nullo ære redimi possunt, atq; ipsi gratis accepissent, sacrosancti Euangelij attestantibus literis tenebantur. At illud res ipsa fecit notorium.

*Quo pacto sepius, & quidem plures unà indocti atq; inidonei  
ordinentur sacerdotes. 47.*

Item Archiepiscopi, Episcopi, & eorum suffecti (quos Suffraganeos uocant) sæpenumerò plures indoctos, idiotas, inhabiles, uilesq; ac ludicras personas ad sacerdotij functionem ordinant: qui cum ex ministerio ecclesiæ, ad quod minus sunt idonei, uiuere nõ possint, tamen neq; aliunde, uel ex beneficijs, uel proprijs hæreditarijs bonis, unde uitam presbytero dignam ducere queant, habent, sed tantum imaginarios & ficticios, aliquãdo, neq; illos quidem secum ferunt titulos: sitq; dehinc, aut ex innata malicia, morum leuitate, aut qua premuntur egestate (sicut res est male sua  
da fa-

da fames) ut inhonesta exerceant commercia, ac munia sacerdotibus obeant indigna. Quæ res ansam subinde ministrat, uerè ecclesiasticos ac Christo sacros presbyteros floccipendēdi, nihiliq; faciendi, quòd illorum uita coram uniuerso populo offendiculis sit quàm refertissima. Interim à quibusdam Episcopis, sex corruptis testibus ad hoc adhibitis, dignus ne sit sacerdotij munere, uel minus, ordinādus, fides adhibetur: qui passim quosq; indignissimos simulatis suis uocibus testantur dignos, adq; hoc ministerium aptos ferunt & accomodos, licet non rarò nullus personatorum illorum testium, ordinandum, uel de facie albus an ater sit, nouerit: conanturq; ita Christianis sanctionibus, sub persona, fucò, atq; ficticio tantum prætextu satisfacere.

*De unpensis immodicis, quæ in ecclesiarum consecratione insumuntur. 48.*

Insuper quum ecclesias ac templa prætenuia quidem, Deo dicant, sacrantq; nonnulli Suffraganeorum, subditos utcunq; per se egestate laborantes, superfluis, minimeq; necessarijs sumptibus onerant: neq; hoc contenti, quin munera quoq; & illa quidē immodica, à misera plebecula exigant.

49.

Item quum laici ecclesijs altaris donant ornamenta quædam, necnon casulas, & similia, ac in Dei honorè pecunias suas expendunt: nihilominus tamen Suffraganei exigunt, ut talia, priusquam ad altaris conuertantur usum, consecrentur, pro qua demum consecratione munera ac dona petuntur innumera. Quapropter e quò est, ut tales abusus deleantur. Et si Suffraganei frustra laborare uolint, ut unicuique prælato aut plebano talia faciendi permittat. ut potestas.

*Quemadmodum cœmeteria nonnunquam superflue, ac minime necessario consecrentur. 50.*

Demum si fortè sine armis, pugnis tantum & capillis in cœmeterio, duo plures ite manus conferant, aut rixam habeant, ad sanguinis usq; quantum uis modici, effusionem: tum ad interditorū seueritatem recurrunt ecclesiastici, nec prius publica Christianorum redintegrent officia, quàm ciuium uniuersitas cœmeterium denuò magna pompa, grauibusq; nec profectò minorib. impèsis cōsecrari curauerit, q̄ primū (ut prædictū est) ex prophano redditus sit sepulture is loc⁹ later. Quæ oia in caput tandē redūdāt laicorū.

S Item

Item Suffraganei excogitauerunt, ut solū ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas baptizent. credūt deinde simpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptizatas, dæmones & tempestates pellere. Quapropter innumeri plerunq; adhibētur compadres, præcipuè uerò qui fortuna pollent, exorantur, qui baptizationis tempore funè qua campana religata est, tangūt, ac Suffraganeo præcinente (quemadmodū in paruulorum baptizatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen in gemi nāt, ueste q; noua (quæadmodū & Christianis fieri solet) campana induitur. Inde ad sumptuosa properatur conuiuia, quibus præcipuè compadres, ut eo largius munera offerant, adhibētur, nec non Suffraganei & eorū Capellani cum multis alijs ministris regaliter pascentur. Nec hoc satis est, sed & Suffraganeo mercedem persoluere necesse est, quā illi munusculū uocare solent. inde euenit, ut aliquando etiā in paruis uillis centū floreni in tali absumantur & expendantur baptizatione: quæ res non solū superstitiosa, sed etiā Christianæ religioni cōtraria, ac simpliciorū seductio, & mera est exactio. Verūtamen Episcopi, ut Suffraganeos uel uilissimā obere re possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerāt. Res igitur tā nephāda & illicita meritò aboleri debet. Ceterū si conducere uideretur, ut campanæ cōsecrētur (ita enim Suffraganei baptizationē appellant, quoties à prudentiorib. de hac re interpellatur) conueniens erit, ut talis consecratio per unum quemq; fiat sacerdotum, quemadmodum cum aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet: idq; absq; precio & expēsis laicorum, ne populus simplex ita seducatur, & damno afficiatur, nec non auariciæ detestandæ præsumptio euitetur.

*Quemadmodum de noua sancti cuiusdam celebritate partem petant oblationis. 52.*

Deinceps, si fortè per diocēsim Episcopi alicuius noua essetur sancti celebritas, ad quē passim concursus fit, tum Episcopi aut prælati eo loci, oblationū omnium tertiam, aut certè quartā partem sibi uēdicare præsumūt. Quod tamē domestica eorū, nepe canonica iura, eis nō permittunt, quin oblata illa pecunia potius ac merito, pro totius Christianæ reipub. necessitate, ad contrahendā militū manū, parandumq; expeditioni bellicæ com meatum contra Turcas usurparetur, aut certè in proximi uerteretur necessarios usus.

*Quo pacto illicitam à Præpositis monasteriorum Deo dicatarum  
uirginum petant pecuniam. 53.*

Item quum monasteria aliqua Deo dicatarum uirginū, per præpositos, leu præfectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moueri possunt, neq; enim perpetua est hæc præpositura: at tamen Episcopi, acceptationi aut missioni præpositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quàm à monasteriū Deo deuotarum, simpliciumq; puellarum pecunię aliquid numeratū fuerit.

54.

Item quum Abbas quispiã, aut Abbatisa eligitur, coguntur iterum per Suffraganeos consecrari, licet antea ut monachi & moniales satis superq; sint consecrati: Suffraganeumq; cum suis regiẽ excipere & pascere, ac in super tanquam muneris loco, magnã persoluerent pecuniam. Quæ res non in partium damnum cedit monasteriorum, sed etiam illorum quibus monasteria illa sunt subiecta.

Insuper pōtiffices summi multa & uaria in curia Romana exco-gitarūt officia, quę ipsi immani uendūt precio: quod quidẽ illi persoluerent coguntur, qui (ita iubente Pontifice) opera taliū indigent officialiū, leu scriptorū. Hinc euenit ut natio Germanica, præcipuẽ uerò episcopi, quoties palliū redimunt, aut confirmationẽ à Romano petunt pontifice, ac multi alij oppidò aggrauẽtur, ac longẽ plus quàm elapsis annis pecunias suas dilapidare compellantur. Hinc facile conijcere licet, quot Romę, quãtiq; laquei pro emũgẽdis nummis rẽdãtur. Quapropter talia officia meritò deleri debẽt.

*De Archipresbyterorum Officialibus, & alijs iudicibus  
ecclesiasticis. 55.*

Archipresbyterorū quoq; Officiales, ut plurimū sunt indocti, inhabiles, in super & scurrilibus moribus, nihil pensi habentes, nihil auentes, quàm pecuniam. Et quàm notoriẽ in publicis degant peccatis ac facinorib. quotidiano discitur usu, per quod laici, quos ob admissa debito modo corripere, ac in pietate Christiana eruditiores & meliores reddere debebãt, nedum ad meliorẽ frugẽ non perducuntur, sed offendiculis onerantur potius. Ad hæc per se ues ac uiles has officialium personas, in quorū consciẽtijs, nulla Christianæ pietatis uiget ratio, sed tantū sceleratus habendi amor, laici miserẽ ad uinum usq; in bonis suis spoliantur, ac deprẽdantur. Id quod Archiepiscopi & Episcopi, si quidem reuera quod dicuntur essent, hoc est Christi pastores, dubio procul diuini nō tolerarẽt,

S 2 ouesq;

ouesq; Christi talibus offendiculosis pastoribus curandas, minime commendarent, pascendas uel committerent.

*Quam iniquè laici ad uetutum trahuntur ecclesiasticorum tribunal. 56.*

Ferè & hoc quoq; accidit, ut laici ad ecclesiasticorum, licet per iniquè, trahantur iudicium. Nam etiam si actor sit ecclesiasticus, qui laicum reum iudicio conuenire intendit, attamen nihilo magis ordinariæ iurisdictioni reorum deferunt: quin passim ecclesiastici tales reos, laicos scilicet, quascunq; etiam ob causas, ciuiles ac planè prophanas, ad ecclesiasticum tribunal, refragantibus omnibus etiam iuribus, pertrahere adnituntur, quum tamen maximè conueniat, ac iure non ignoto sit: quàm expressim cautum, actorem rei forum sequi debere.

*Quo pacto magistratum ciuilium subditi, propter debitam pecuniam ad iudicia ecclesiastica pertrahantur. 57.*

Præterea ecclesiastici sæpiusculè laicorù subditos ob debita pecuniaria, coram ecclesiastico iudice in ius uocant, ac præ graui eorum iudiciorum ordine eosdem inibi uexant atq; excutunt: licet à ciuili magistratu, adeoq; iudice reorù ordinaria iusticia, iurisq; debita executio eis nunquã fuerit uel denegata, uel diutius quàm par sit procrastinata: sitq; ita per actorum (ut dictum est) petulantiam, quia conuenti iudicio ecclesiastico laici, uarios ob casus ius suum non ita ex animo uel deducere per imprudenciam, uel nõ probare per simplicitatem nouerunt: neq; edocti sunt, ut in prætentam pronuncientur excommunicatione, ac in irreparabilem reum suarum perducantur detrimentum, perniciem & iacturam.

*Quam iniquè laicis iudicibus præbeatur occasio ab ecclesiasticis, subditorum suorum petendi missionem. 58.*

Insuper & alias ob plures causas illicitas, à iudicibus ecclesiasticis contra personas laicas emittuntur citationes ac monitoria: quàmquam tales iudices, publica etiam testante fama, indubitanter per spectum habeant, uocatos ita in ius ad ditionis suæ terminos minime pertinere, illosq; ad ordinarium ius remittendos fore. Quod ipsum quoq; laicorum subiectis non ferendis modis. graue, onerosumq; est. Nam & si causæ, personæq; tales ad instantiam magistratum ciuilium, ac laicorum superiorum petitionem, tandè ad ius dicentis laici ordinarium remittantur tribunal: nihilominus tamen ita immeritò in ius uocati, grauibus onerantur impendijs, damnis.

damnis & expensis: eo quòd superiores suos laicos, quos non raro ultra centesimum lapidem peregrè abesse cōtingit, primum requirere, dehinc literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas ipsas iudicibus ecclesiasticis mittere cogantur, interim nuncijs ad hoc conductis eroganda est pecunia, cellandum à quotidianis operibus, ferendæ impensæ itinerum atq; aduocatorum. Quòd si fortè superiores suos in ius uocati non continuò implorauerint, missionum literas impetrarint, easq; iudicibus prædictis transmiserint, ac ad monitionem usq; processum: interea si &, etiam ecclesiastici iudices uel requisiti hinc à uocatorum superioribus, quæcunque tandem in ius uocati sic causa, remittere tamen ita uocatos atque admonitos ad ordinarium iudicem laicum, recusant.

*Quòd iudices ecclesiastici causas aliquot speciales, licet laicas, ita sue afferant ditioni, ut omnino eas remittere nolint. 59.*

Quum apud ecclesiasticum iudicem ob decerptum uirginitatis florem, item ob id illegitimè natorum, hoc est, naturalium liberum statum aut seruentium mercedem, uiduarum uel quæcunq; etiam iudicio uentilantur causæ, contra laicos reos, tum uel interpellati à litigantium laicorum superioribus, iudices ecclesiastici: terminum tamè sistendi iure, nec circumducere, aut ad se in ius uocatos, ordinariæ iurisdictioni ut remittat, precibus induci possunt.

*De alijs illicitis & inutilibus expensis causarum prophanarum, quæ ad ecclesiasticos iudices trahuntur, ac denuò remittuntur. 60.*

Ad hæc, quum laicus coram iudice ecclesiastico (ut supra dictū est) inique in ius uocatur, demumq; ad petitionem iudicis ordinarij remittitur, tunc temerè agentis procurator, qui tam malè in ius uocari fecerat laicum reum, mercedem suam, à conuento, qui tamen temerè ad uetitum tractus fuit iudicium, petit: cogiturq; dehinc excommunicationis pœna innocens ille ultra expensas, quas ob malā in ius uocationem in itinera, procuratores, proq; impetrandis & redimendis missionum literis, necessariò expenderit. Adde & neglectorum operum æstimationem, iam tandem nulliter & inique emissos iudiciarios processus persolvere, atq; ære nō immodico coactus licet pensare. Namq; id si fortè recuset, anathematis præstò est gladius: hoc ei minantur iudices ecclesiastici fulmen, ni persolutis uocationum literis, habendi libidinem ipsorū

faciauerint. Ita afflito additur afflitiō. Neq; iuris ratio, quę temere in ius uocato refundendas distat expensas, à iudicibus his curatur quicquam: imò iudiciarius hic eorū ordo, ex diametro, quod aiunt, cum iuris boniq; & æqui ordine pugnat. Eum tamen iudiciorum ordinem, non ob aliud, quantum coniectura assequi licet, hactenus ita religiosè obseruarunt, quàm ut plurima actorum turba per hoc ad eorum alliceretur tribunal. Ita semper iniquum, ex re quę meritiò debebat esse æquissima, student facere lucrum.

*Quo modo nouę per uolentiam instituantur decimarum præstationes. 61.*

Item & si laici per multa annorū curricula de certis eorum prædijs, neq; maiores, neq; exiguas (ut uocant) præstiterint decimas: tamen per ecclesiasticos iudices, apud quos iniquis litigant conditionibus, autoritate iudiciaria, ita eis sit negociū, ut aut petitas iudicio decimas, siue quidpiā aliud est quod ab eis exigitur, præstare, persolueretq; aut excommunicationis pœnam ferre, necessum habeant. Neq; hoc temerè. Nam etiam si à sententia quantum uis iniqua Romam appellauerint, non eos fugit quàm onerosus atq; dispar sit & illic litium euentus.

*Quo pacto ecclesiasticorum officiales ac suffecti, ex ipsi laicos ad ecclesiasticorum tribunal in ius trahere conentur. 62.*

Ad hæc omnia personę ecclesiasticę nedū ipsę per se laicos, quibus dictum est, ac similibus casibus, ad ecclesiasticos trahunt iudices: uerum etiā ecclesiasticorum officiales, suffecti, procuratores, domestici, famuli, famulæq; ac deniq; ipsorum etiam subditi, conantur, adnitunturq; idem iuris quod eorum habent superiores, sibi ipsi quoq; asserere, usurpareq;.

*De causis iniuriarum, quę coram ecclesiastico uentilantur iudicio. 63.*

Tandem, si quando ex facto euenit, ut ecclesiasticus contra laicum iniuriarum agere illatas fortè uerbo iniurias intendat, conatur ecclesiasticus iudex eas ipsas quoq; suę iurisdictioni uendicare causas, quo denud reus iudicio conuentus ordinario iuri, suęq; eripitur atq; eximitur iurisdictioni.

*Quemadmodum causę prophane ob interposita iuramenta, ecclesiastico tribunali asserantur. 64.*

Insuper & id præsumunt officiales, si quando in causis prophanis, ac inter personas ecclesię minimè sacratas, dicatas uis, sed omnino

nino laicas, data fide, seu præstito iuramento, uerbo, uel in scriptis, pacta, obligationes, contractus, uel promissiones factæ sint, uel celebratæ: quòd eâ ob rem, atq; huius prætextus ratione, tales prophane, laicæq; causæ corâ ipsis potius, quàm ordinario iudice agitari debeant: quæ noua ecclesiasticorû techna usu si cresceret, ac diutius toleraretur, iam actum foret de ciuili causarû auditorio, quòd omnes prophane ciuilesq; causæ contractuum atq; transactionum, hac uia necessariò ad ecclesiasticos pertraherentur. Quis enim contractus, quæ transactio, quæ deniq; inter pacifcentes cõuentio est, quæ non sit solenni ita stipulatione aut promissione uallata? Illac nimirum rerum ueniremus, ut in totum ciuilia eluderentur iudicia. Quod nedû contra æquitatẽ ipsam, cõtra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc interim ecclesiasticis iudicib. de periurio cõmissõ notionem ut habeant: nihilo magis per id causæ ipsius principalis, contractus puta, aut transactionis, quam ob rem ille peierauit, iudices competentes erunt, quin periuros illos ob religionis transgressionem manifestariam tantum iudicio conuenire possent, ac Canonicam huic indicere multam, reseruata tamen ciuili magistratui, qui periuros poenali iudicio secundum ciuiles sanctiones plectere ius habent, commissa sibi ob id pœna.

*Quo nam modo reformationes suorum iudiciorum nec obseruent: neq; manu, hoc est, executione debita tueantur. 65.*

Præterea, nedum rationi consona iura cõmunia, sed & ecclesiasticorû aliquot Cathedraliû propriæ reformationes, notoriè, in quàm plurimis casibus negliguntur, irritaq; fiunt, dum contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæc cõtra hos tantû, quorû potestatẽ ipsi non reuerentur. At si res potentiores, aut eos quibus manu pares esse non possumus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quippiam. Nam etsi maximè episcopi locorû ordinarij, aut eorum officarij à uim pãsis, aut his quibus contra ius iniuriæ illatæ sunt, pro debita iusticiæ executione, ac talium grauaminum onerum uè abrogatione interpellentur: sæpenuerò tamen euenit, ut querela hæc uel præpositû contingat, uel decanum, uel certè capitulum, ac ecclesiæ Canonicos capitulares: hoc est, eos, cõtra quos loci huius ordinarius Episcopus utcuq; æquitati fauès, remorante eû hac uia, in electione præstita, ac promissa fide, meritâ trans-



transgressionis emendationem atq; multam præsumere, eisque infligere non audeat.

66.

Ad hæc Episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempore ecclesiasticorum iudiciorum, Synodumq; ad suum libitum speciales quasdam & prætentas ferant reformationes, ordinationes, leges atq; statuta, quæ ipsa multifariam à iure communi dissident, ac seorsum tot civili magistratui & iurisdictioni, eorumq; subditis derogant, atque perniciem adferunt. Neq; ullam præ se ferentia æquitatem, quod ad ecclesiasticorum priuata compendia, inq; laicorum necem sint excogitata, atque efficta. Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his parere minimè tenentur. Nam neque ipsi ecclesiastici domesticas has suas constitutiones secundum rationabilem, sinceriore, ac germanum æquitatis intellectum, obseruant. Etenim tametsi reformationes huiuscemodi, ut plurimùm statuunt coram officialibus, eorumq; ecclesiasticis consistorijs, manifesta ac notoria tantum, minimeq; occulta delicta, debere agitari atque uentilari, considerariq; in primis salus animarum, & honor Iesu Christo debitus, potius quàm pecuniarum lucrum. Attamen eius rei oppositum, atq; ex professò contrarium, negocium ipsum, innumerèq; aliè coniecturè ac circumstantiæ plus liquidò manifestum reddunt: id quod partim ex suprà enumeratis, partim ex recensendis sequentibus articulis, utcunq; succinctis, cuique æstimare facile est.

*Quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ, peccatoribus imponant. 67.*

Patrum canonibus sancitum est, spiritualibus ac manifestis peccatis, spiritualem pœnitentiam seu satisfactionem imponendam esse, ut sic non pecuniæ lucrum, sed potius animarum salus quæri intelligatur. Id quod suprà etiam memoratum est. At ecclesiastici iudices & officiales, perperam animaduertis canonibus, dictã spiritualem pœnitentiam in tantum exasperant, aggrauant & augèt, ut laici, priusquam eam satisfactionem acceptare uelint, pecunia magis sibi ab ipsis immunitatem comparent: qua re laici multum premuntur: ecclesiastici contra, multum ditantur, utputa qui in suum priuatum commodum & partis agunt munus, & iudicis, quod tamen omnibus iuribus dissonum est.

Quem

*Quem in modum honesti uiri & mulieres ex falso rumore  
sepe numero grauentur. 68.*

Accidit etiam nonnunquam, quod uiri & mulieres coram Officiali, seu ecclesiastico tribunali, ut delictorum ac scelerum fontes sinistro rumore deferuntur, ac non potius per sententiam innocentes declarantur, quam ubi se iureiurando purgauerint: qua purgatione facta, in pristinum aestimationis statum restituuntur. Et quãuis tam sinistrè denunciatis incommoda, damna, impensæ eam ob rem perpessæ, meritò refundi deberent, nihilominus tamen innocentes ipsi in diæ restitutionis fidem, Officiali, ecclesiastico uè iudici, duos aureos, cū aurei quarta parte, pro absolutorijs literis, nequaquam necessarijs, numerare coguntur. Et hoc est, cur Officialiales, ecclesiasticiq; iudices, tam iniquas & illicitas rumoris falsi atq; delationis causas, ita adfectentur, ad se euocent, solisq; sibi uendicent. Id tamen ipsum non sine magna, singulari, ac graui iactura mortalium committunt. Nam sæpius euenit, quod altercantēs mulieres, ira, inuidia, seu alio quopiam adfectu commoræ, inuicem se maledictis impetant, conuicij profcindant, in tantumq; demententur, quod altera alteram uel adulterij, uel magicæ artis ream insimulet. Quod ubi coram Officiali deducitur, tum illa quæ per iracundiam alteram probris ac contumelijs adfecerat, iuris iurandi sacramento sese excusare ac purgare cogitur: scilicet quicquid iniuriarum in alteram profuderit, id omne non ex certo animi proposito, sed ira inuidiaq; profectum esse. pariq; modo altera quæ adulterij necromantiæ uè insimulata est, suam innocentiam, quodq; prædictorum nequaquam sibi conscia sit facinorum, iuramento detegere iubetur. Interim uerò quilibet apud se facile conijcere potest, in talibus causis, mulieribus, siue memoratorum scelerum uacua sint, siue ipsdem criminibus obnoxia, iurandum tamen esse, dummodo famam, honorem, ac uitalem spiritum retinere uelint. Qua ex re non solum illicitum pecuniarum lucrū queritur, sed deliberatæ peierationes extorquentur, secularesq; iurisdictiones & iudices in eorum multandi officio impediuntur. Et sic contra rationem, impunita remanere delicta necessarium est.

*Quomodo ecclesiastici iudices illicitum ex iactatis matrimoniorum  
causis petant interesse. 69.*

Deinceps, quum inter uirum atq; foeminam, de pangendis matrimonialibus factis illis fœderibus, negocium quod inter eos for-

T      tē age-

rè agebatur, eò usq; processit, quòd ab alterutra partium matrimo-  
nij contractus, ex pactionibus illis, ratus perfectusq; præterdatur.  
At inficietur altera, datumq; est ab altera alteri personæ uestiù aut  
alioqui mundi muliebris quidpiam, tanquam arrabonis loco ad-  
seruandum ac custodiendum. Accidatq; deinde, ut asserti contra-  
ctus matrimonij scilicet contemplatione contrahentes, ad eccle-  
siasticum perueniant tribunal, ac ibidem per sententiam in diuer-  
sum ire iubeantur, separenturq;. Tum iudex ille ecclesiasticus ini-  
què hoc sibi in hac causa præterdit interesse. Nimirum, ut omne  
quicquid hinc inde arrabonis uice traditum sit, ut hoc sibi cedat  
tanquam commissum. Id quod nedum cõtra omnia iura, sed & æ-  
quiritatem atq; honestatem ipsam proculdubio est.

*Quibus artibus iudices ecclesiastici causas promiscuas, quæ coram  
ciuili etiam magistratu in iudicium deduci possunt, sibi  
solis uendicare conentur. 70.*

Item licet complures sint causæ ita promiscuæ iurisdictionis, ut  
secundum iura communia, apud ecclesiasticos atq; ciuiles iudices  
agirari & puniri possint: sæpiusculè tamen euenit, ut quum ciu-  
iles iudices, concessam sibi hac in re prouinciam & iurisdictionem  
administrare atq; exercere uelint, quod id ipsum ne faciant per iu-  
dices ecclesiasticos sub excõmunicationis pœna eis interdicitur,  
prohibeturq;. Quòd si diutius præstari deberet, breui ecclesiastici  
iudices à ciuili magistratu, eiusq; iurisdictione quascunq; etiam  
causas eximerèt, suæq; assererèt ditioni. Id quod Cæsareæ Maiest.  
cæterisq; Imp. Romani mèbris graue est, & intolerabile. Et quan-  
quam secundum iura communia, manifesta periuria atq; adulte-  
ria, maleficiorumq; præstigiæ, ac consimiles aliæ causæ, per eccle-  
siasticos ac ciuiles iudices, promiscuum, uter occuparit, ciuilitè  
pro tẽpore plecti possint, habeatq; ita præuentio hac in re locũ: at-  
tamè ecclesiastici iudices contra omnia iura, causas huiuscemodi  
solis sibi, suæq; iurisdictioni usurpare conantur. Quod ipsum iurif-  
dictioni ciuili non ferendum est onus ac grauamen.

*Quemadmodum causæ prophane sub pretextu denegatæ executionis  
ad ecclesiasticorum consistoria trahuntur. 71.*

Item si quando personæ laicæ in causis etiam omnino prophaneis,  
à iudicibus ecclesiasticis citationes impetrare conentur, præ-  
tendantq; magistratũ ciuile, debitã sibi iuris executionẽ facere ne-  
glexisse, antequã summarie saltẽ per euidentis aliquod docuerint  
instrumentũ

instrumentum, iusticiã ut queruntur sibi denegatã: citationes tamen atq; alij iudicarij processus à iudicibus ecclesiasticis ad solã petentiũ querelam his decernuntur. Quòd si deinceps ad petitionem uel ciuilibus iudicis, aut partis in ius uocata, causã huiuscemodi ad ordinarium tribunal remittantur, præfigitur ciuili iudici perbreue, quatuor hebdomadarũ puta, tẽpus fatale, intra quod actoris intentioni & querimonix ex integro atq; ex asse executionis ordine satisfaciatur. Ac si in arctissimo ita præstituto termino, sententia diffinitiuã aut non fertur, uel executioni lata non mandatur, libertatem dehinc iudex ecclesiasticus dat actori laico, corã suo tribunali ulterius procedendum: fitq; non rarò (mirum hoc auditu) ut causã quã intra mensis spacium coram ciuili consistorio agitari peragiq; debebat, quòd hæc eadem apud ecclesiasticum iudicẽ triennio, aut eo amplius pendeat, hinc indecisa.

72.

Aiunt præterea iudices ecclesiastici, in talibus casibus prophanas ad se causas pertrahere sibi licere, si magistratus ciuilibus in administranda iusticiẽ executione negligens inueniatur: eregionẽ tamen ferre minimẽ possunt, ut in pari casu idem iuris cum eis ferueretur. Nimirum ut in causis ecclesiasticis quispiã de neglecto cultu iusticiã ab ecclesiasticis apud laicos aut ciuiles magistratus cõqueri, ac iusticiã sibi per ciuiles magistratus administrari postulare possit: quanquam iura cõmunia in genere definiant, statuãtq; quo pacto Canonica ciuilibus, & eregionẽ Canonicis ciuilia iura opem suppetiasq; ferre debeant.

*Quo pacto ecclesiastici iudices, seculares causas prætextu iurisdictionis prætextu, in esse transferre conentur.* 73.

Neq; hoc plerisq; longa experiẽtia rerum ac eruditione doctis probatur, quòd iudices ecclesiastici, quibusdam in locis diuturni usus quasi possessionis, adimpletãq; præscriptionis prætextu, laicorum controuersias coram se dirimendas hætenus præsumpserunt. Nam ea ex re Cæsarea Maiestas, Romanumq; Imperiũ haud parum detrimenti patitur, utputa quòd non minimus Imperij honor, tẽporalis scilicet iurisdictionis, memoratẽ præscriptionis uelamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad ecclesiasticos refertur. Quòd cõtra recepta apertaq; iura esse nemo est que nesciat quibus statuitur & cauetur, ut nulli præscriptioni quãtũuis longẽ aduersus præminentẽ tum Papæ tum Cæsaris potestati, sit locus.

T 2

Quam

*Quàm iniquè homicidæ, alijsq; peccatores ab ecclesiasticis iudicibus dupli-  
plici afficiantur pœna. 74.*

Quum diuina humanaq; iura uetent, ut nemo duabus cœdi de-  
beat uirgis, meritò pleriq; quibus cerebrum est, nonnullarum Ca-  
thedralium ecclesiarum odiosa statuta, peruersosq; mores, quib.  
utriusq; sexus homicidas, reliquosq; maiorum minorumue cri-  
minum reos hucusq; uexarunt, detestantur. Nam hactenus serua-  
ta est consuetudo, quòd homicidij, similiumq; facinorum, quos ca-  
sus episcopis reseruos uocant, rei, peracta in aurem confessio-  
ne, publicam pœnitentiam in totius populi conspectu, cum ma-  
gno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia subire cogun-  
tur. Quæ quidem pœnitentiæ forma, non usquequaq; improban-  
da foret, utpote quæ ad primitiuæ ecclesiæ instituta quàm proxi-  
mè accederet: si hac contenti, non etiam ampliorem iusto peccan-  
tibus egregij isti, maleq; officiosi Officiales extorquerent pecuniæ  
summam, dupliciq; delinquentes punirent pœna. Quare miram  
quàm multi offendantur. Quod quàm iniquum, quàmq; longè à  
Christi instituto sit alienum, cuiq; sanæ mentis cõiectura assequen-  
dum relinquitur.

*Quomodo funestæ pecuniæ intuitu, ecclesiastici iudices & Offi-  
ciales illegitimas cohabitationes & usuras  
tolerent. 75.*

Præterea officiales auri sacra pellecti fame, usuras ac pecuniæ  
fœnus illicitum, nedum non interdunt: sed & passim permittunt,  
fouent ac tutantur. Insuper etiam clericos, religiososq; & secula-  
res, accepto ab eisdem annuo censu, publicè cum suis concubinis,  
pellicibus, & alijs id genus meretricibus, illegitimè cohabitare, li-  
berosq; procreare sinunt. Quæ res ambæ quantum scandali, peri-  
culi, detrimenti, fortunis, animabus & corporibus pariant, non est  
quod recenseatur: quum nemo id, nisi talpa cæcutiat magis, non uideat.

76.

Præterea contingit aliquando, quòd alter coniugum, belli, no-  
torum, seu alia quapiam causa peregrè proficiscatur: qui si aliquan-  
to diutius quàm alterius conferat libidini absit, tum officialis al-  
teri, pacta tamen numerataq; prius mercede satis magna, cum alia  
uictitare persona ac cohabitare indulget: non præhabita prius dili-  
genti uestigatione, superstes ne sit abiens coniunx, an naturæ con-  
cesserit. Et ne hoc eorum factum à quoquam calumniari posset, to-  
leran-

lerantiæ nomen ei, non sine magno mortalium offendiculo, sancti; matrimonij contemptu, indiderunt.

*VI Officialium delegati seu synodales iudices illicitos è domibus census exigant. 77.*

Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, quodd synodales iudices quarundam regionum oppidula & uicos ostiatim peragrant, censusq; è domibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula persoluere nequit, protinus cum excommunicationis iaculis petitur, ad eorum quoq; censuum cum summa rei familiaris attritione atq; attenuatione compellitur. Quodd si penitus amoueri non potest grauumen, aliquo saltem sine ad æqui boniq; regulam coherceatur.

*Quo pacto hebdomadaria pecunia mechanicis exigatur. 78.*

Pari modo proximè memorati iudices, quibusdam in locis à stabularijs, pistoribus, lanijs, propolis, molitoribus, eiusdemq; generis mechanicarum artium professoribus, qualibet septimana pecuniam postulant: qua fortè per inopiam non soluta, ecclesiastico ad id fulmine adiunguntur.

*De iniquis ecclesiasticorum arrestis ( ut uocant ) & impedimentis. 79.*

Non mediocrem item superioritatis & iurisdictionis temporalis iacturam Cæsarea maiest. Romanumq; Imperium patitur, ex malè obseruata hastenus pluribus in locis, diuturna consuetudine: uidelicet quodd ecclesiastici iudices, ubi inter duos laicos ciuilibis orta est controuersia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt: quibus alteri partium mandât, ne inceptam coram seculari, seu suo iudice litem prosequatur, sed in ecclesiastico coram sese iudicio compareat. Cui mandato ubi pars uocata obtèperat, & se suamq; causam ad suum ordinarium iudicem remitti in iudicio petit, tum primùm libellus, articuli, exceptiones, replicæ, duplicæ, & cæteræ id genus scripturæ, utrinq; producuntur: quibus, reliquisq; actis & agitatibus, perlectis, numeratisq; potius quàm ponderatis, tandem interloquuntur, controuersiam coram se uentilandam esse. Cui sententiæ propterea, uelint nolint, parere coguntur, etiamsi maximè ea grauentur: quodd appellationè ad curiam Romanam interpositam, ob immensos tum labores tum impensas prosequi nequeant. Neq; enim cuius commodum est,

adire Romam. An uerò talibus, similibusq; sententijs se suspectos reddant, nec ne, cuilibet bono uiro conijciendum relinquitur. Vnum hoc certum est, quòd ex iam enumeratis casibus, copiosa ciuiliū causarum silua, iurisdictioni tēporali, ac ciuili magistratui, indies subtrahitur atq; eripitur. Quod non solum iuribus & æquitati, sed etiam rationi contrarium esse dignoscitur.

*Vi pleriq; inopia rerum laborantes iudicialium expensarum, uariorumq; laborum & expensarum formidine, ad iniquas transactiones compellantur. 80.*

Neq; hoc silentio præteriri potest, quòd ecclesiastici iudices & officiales miseros ac simplices laicos, multoties ad illicitas, iniquas, sibiq; penitus nociuas transactiones adigunt. Nam si quando eos in ius uocant, magna patronorum, rabularum forensium, scribarum, cæterorumq; quorū opera in iudiciario strepitu, ut necessum habent, caterua, nullo ære conducta, sed gratuitò cōquistata, stipati astant: ac pauperibus illis prophanis, egestate prelsis, id hominum genus non nisi magno conducendū est. Quod ubi fortunæ, rei q; familiaris tenuitas denegat, ni penitus causa, etiam iustissima, decidere uelint, transactionem seu compositionē utcunque iniquam inire coguntur. Quare quantum grauentur tenues, nemo est qui non facile id deprehendat.

*In multis ecclesiasticorum consistorijs, externi causarum patroni & procuratores, quàm non admittantur. 81.*

Et hoc hætenus Germanis multum attulit molestiarum, quòd per ecclesiasticos iudices, nulli coram se litigantium partium, alijs uti aduocatis & procuratoribus licet, quàm ijs quos sibi suisq; tribunali- bus, iurisiurandi sacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus consulantur, addè breues præfigūt terminos, ut ne adiri nequaquam possint. Et ne hoc eorum factum tanquam æquitati contrarium, improbari possit, se id in controuersie commodum facere adfirmant, quo ceteriore per consistorij iuratos procuratores sortiatur exitum. At interim meridiana luce clarius apparet, qua sinceritate, quate de- xteritate id agatur. Nempe compertū habent officiales, se suosq; superiores, à consistorij aduocatis & procuratoribus timeri. Et sic miseris clientibus patronorū uerecundia, dū quòd contra ecclesiasticum iudicē, eius uē superiores, quacunq; in parte facere possent in iudicio proponere nō audent, ultrà quàm par sit negligūtur. Quā rem

rem ecclesiastici prelati, ijq; quorū in territorio tale exercetur consistorium, quū prohibere, penitusq; eradicare deberēt, tutantur ac defendunt. Et id potissimū eā ob causam, ut si quando ipsis, subditis uē ipsorū in ecclesiastico iudicio experiendū sit, disti aduocati & procuratores contra ipsos exteris suis clientulis, ea quæ causæ sibi postulat necessitas, consulere, in iudicioq; proponere uereantur: nesi diuersum facerēt, prelatos sibi infensos, iudicesq; sibi male propitios redderēt: talemq; aduocatorū & procuratorū metum ac formidinē, nemo est cui uel cerebrū sit, cui lingua in parte mammillæ cor saliat, qui inficias ire uel possit, uel audeat: cū id quotidiana experiētia aded eluceat, ut nemini non, nisi fortē ijs qui nō dum ære lauantur, sit exploratissimū. Quotus enim quisq; est aduocatorū uel procuratorū, qui non amore, spe, timore, inuidia, fauore, muneribus, similibus uē adfectibus, animo non aliquādo, rectorq; consilio dei jciatur? quū nihilominus uacui etiā prædictorū adfectuū, uix tandē precibus precioūe inducuntur, ut nihil diligentia, laborū nihil, nihil item clientuli iurium prætermittatur. Enumeratis uerò grauaminibus, nulla præsentior adhiberi posset medicina, quàm si litigantib. à certo usq; limite, & aduocatos & procuratores uel consulere, uel ad consistorium secū adducere liceret.

*Quàm leuibus ex causis, pauperibus sacramenta denegentur. 82.*

Et hoc facinus, Christi disciplinam penitentibus penitens abominandū est, quòd ijs quibus est res angusta domi, ubi parrochis & ecclesijs ad diē solutioni destinatū per inopiam satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacrosancta, quæ nobis sacramenta in remissionē peccatorum reliquit, denegantur, imò quasi pignus præcluduntur, nō attenda ulterioris dilationis (& quidē modicè) petitione. Quanquam tales similesq; causæ pro conditione sua coram secularibus iudicibus, meritò finem sortiri deberent.

83.

Item quū agricolæ autumni tēpore uindemiare cupiunt, quē admodū unicuiq; ad sui utilitatē facere licet: nihilominus tamen, si uindemia illa displicet spiritualibus (ut nocant) qui eo loci decimas possidēt, miseris inhihēt agricolis, sub excōmunicatiōis, necnon pecuniarū pœna, ne uuas colligant prius quàm ipsi id permittant. Vnde euenit, ut sepe pauperculi illi nō paruo afficiātur dāno, cū uuas suas, quas maximis expēsis & laborib. p integrū coluerūt annum,



annum, vindemiare non audeant. Etiam si illi interim uel frigore pereant, uel etiam marcescere incipiant, tantummodo ob decimarum lucrum iniquum, sæpius etiam ob inuidiam detestandam. Quæ ambo contra iura sunt diuina, fas, & omnem pietatem, ac i-  
deo meritò aboleri debent.

*Vt Ecclesiastici Synodis abutantur.* 84.

Nec minus molestum, graue, & Germanorum vulgo intolerabile est, quòd synodales iudices pluribus in locis quotannis (id quod non nisi post annorum intercapedinem ut fieret, iuribus permissum est) obequitant, ac mirum, quid ficticiæ iurisdictionis aut superioritatis exerceant. Hoc interim cõstat, simplici popello hac uia, necessaria subtrahi alimenta: neq; talis peragratio eo fine & ordinatione, qua summis Pontificibus instituta est, obseruatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinorosos & criminũ son-  
tes à uitijs deterrere deberent, pecuniam præsentem & numeratã, & quicquid deniq; eis in lucellum cedere potest, exigũt. Id quod in superioribus etiam partim memoratum est.

*De Canonici cathedralium & collegiatarum ecclesiarum parrochis, reli-  
quisq; religiosis personis: & primũ, quòd iniquis nexi-  
bus episcopi & prælati à suis adstringantur  
capitulis.* 85.

Illicitum est & hoc, planeq; iniquum, quòd Canonici, ecclesia-  
rumq; cathedralium præ eminentiores, quorum in manu potior ecclesiasticorum iudiciorum, Synodorum, ac cõsularum pars sita est, reliquiq; collegiatarum ecclesiarum Canonici, quibus eligendi superiorem potestas est, nullum in episcopum, seu prælatum eligunt nisi se prius iureiurando astrinixerit, planeq; deuouerit, lite-  
ris quoq; interdum instrumentisq; sigillo probè munitis cauerit, ipsis ipsorumq; ordinatis iudicibus ab officialibus in nullo utcun-  
que graui, uel inhonesto, intolerabiliq; proposito, se contrariũ fore. Ac si quando eos delinquere contigerit, impunè eis per ipsum ut hoc sibi liceat.

*De non ferendis ultrà oneribus, quibus misera plebs pro sacramento-  
rum administratione grauatur.* 86.

Pleræq; item parrochiales ecclesiæ, monasterijs, prælatis, alijsq; ecclesiarum curatarũ rectoribus, incorporationis (ut uocant) seu alio quopiam iure subditæ sunt: quas etsi ipsi iuxta Canonum cõ-  
stitutiones per sese prouidere teneantur, ubi alijs elocant guber-  
nandas.

nandas, beneficiorum dotem, ac decimas plerunq; sibi ipsiq; reseruant, & præterea tam enormibus absentiarum pensionibus grauant atq; onerant, ut conducticij isti parrochi, eorumq; uicarij uiceplebani, sacellani, coadiutores, cæteri q; conductarum ecclesiarum administratores competentem sustentationem, decentiaq; alimenta inde habere nequeant. Quo fit (nam unde conducticij isti pastores & mercenarij uiuant, habeant oportet, ut illicitis exactionibus, locatas sibi ouiculas miserè deprædent, dilanient, omnemq; substantiam tantum nō absumant. Postquam enim altaris baptismiq; sacramenta administranda sunt, Primus, Septimus, Tricesimus, Anniuersariusq; dies peragendus, auricularis confessio audienda, mortui sepeliendi, & quicquid deniq; reliquū est quod ad uita functorum ceremonias obseruandas operæ precium arbitrantur, id gratuitò faciunt nequaquam: sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera plebecula uel cum summo suo dispendio præstare difficulter potest: talesq; exactiones usq; ad summū indies augent atq; accumulunt, nonnunquam quoq; excōmunicationis fulmine ad soluendū adigunt: pleriq; etiam, quibus per inopiã non licet ad celebranda uita functis obsequia, anniuersarios, & alias eius farinae ceremonias, cōpellere conantur.

*Vt ob missas cantandas & legendas, pecuniam exigant.* 87.

Neq; hoc præteriri potest, quum non minimum sit, quo Germani prematur: quòd sacerdotes unius diei missas, ad quas aliàs fundationis seu annuæ recordationis iure celebrandas obligantur, non semel, sed quater, quinq; pluries uel uenundat: unaq; missa duobus, tribus, aut pluribus ecclesiasticis beneficijs satisfacere præsumunt.

*Quo pacto parrochi, à suis parrochialibus subditis, ubi domicilium mutare uoluerint, pecunias emulgeant.* 88.

Item, sicubi curatæ ecclesie subditis domiciliū matrimonij, seu alterius cuiuspiam negocij causa, in aliam transferre parrochiam animo secum uoluerit, non prius migrandi licentiam à parrocho impetrat, quàm ubi pro testimonialibus literis aureum numerarit nummum: quem si soluere uel nolit, uel egestate pressus non possit, sacramentorum interdicto, donec satisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaq; , ac cæteris supra tactis oneribus & grauaminibus facile deprehenditur, mirumq; in modum emicat, quòd omnia Romanæ ecclesie sacramenta his qui opibus abundant, auro uepalia

V sunt,

sunt: reliquis uerò quibus minimum suppetit nummorum, & in quos est Plutus, ille diuitiarum deus, non impartiantur, sed penitus denegantur.

*Quemadmodum sepulture ius quibusdam mortuorum cadaueribus magno sit ære redimendum. 89.*

Papalibus statutum est canonibus, ut his duntaxat publici iuris ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis & planè notorijs, mortalibus (ut uocant) peccatis, ex communi hac mortalium forte, absq; Dominici corporis sanguinis uel participatione migrasse compertum sit. Verùm ecclesiastici non animaduersis talib. Põtificum decretis, fortè fortuna aqua suffocatos, gladio, ruina uel incendio occisos, iugulatos, atq; uita casu functos, etiam si nõ pateat, peccatis mortalibus obnoxij decesserint, nec ne, in ecclesiasticam tumulare sepulturam non permittüt, quousq; tam iniquo fato mortuorum uxores, liberi, amici uel ab ipsis cõmitemerium non modico ære comparauerint.

*Vt pleriq; ecclesiastici uitam laicam, planèq; rixosam agant. 90.*

Nec minus etiam Germanis molestum est, quòd potior parochorum, sacerdotum, monachorum, aliorumq; ecclesiasticorum pars, in diuersorijs, stabulis ac choreis, populorum turbis se immiscunt: in plateis item habitu minus decenti, ut puta gladijs, uestibusq; ludicris, præterea rixis, iurgijs, litibus, altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma prouocant, uulnerant, nonnunquam etiam confodiunt. Dein excommunicationis fulmine miseros illos laicos, uel quos læserunt, eò usq; diuexant, quousq; ad libitum suum laici se cum his composuerint.

91.

Itè in locis plerisq; Episcopi, & eorũ officiales, nõ solũ sacerdotum tolerant concubinacũ, dummodo certa persoluantur pecunia: sed & sacerdotes continentis, & qui absq; concubinis degunt, cõcubinarus censum persoluere cogunt: asserentes, Episcopũ pecunię indigũ esse: qua soluta, licere sacerdotib. ut uel cõcubinas permaneat, uel cõcubinas aliat. Quàm res hæc sit nephãda, nemo nõ intelligit.

*Quo pacto nonnulli ecclesiastici publicas exerceant tabernas, & illicita corradant lucra. 92.*

Ecclesiastici item, potissimum in his locis ubi iurisdictione habent, in templorum dedicationibus publicas exercent tabernas, suisq; sacellanis & sacerdotib. taxillos, chartulas lusorias, & quicquid

quid ad ludum pertinet, conuiujs administrare, ac omni sepulchro pudore illicitū inde percipere lucrum student, idq; superioritatis quodā iure sibi licere adserunt. Quanquā Pontificū canones, Imperatorum leges, omnesq; omnium prouinciarum magistratus uentent, ne ecclesiastici ita à decore & honesto deuiēt, ut his se inuoluant negocijs, circa quæ uix laicos occupatos esse decet.

*Quomodo ecclesiastici moribundis, ut suos & legitimos hæredes defraudent, persuadeant. 93.*

Inter cætera etiam hoc obticendum est nequaquam, quum nō minimū sit onus quo Germani grauantur, quōd regionū peruagatores, quos uulgò Terminarios ac Stationarios uocant, monachi & sacerdotes, infirmos, animamq; iam iam agentes, ac præsertim eos quibus æs esse in cista norunt, temporalibus uē bonis abundare compertū habent, blandiloquentia, adulatione, uerbisq; uentutulis (ut ad pessima quæq; hoc genus hominū semper plus æquo instructū est, atq; paratū) adoriuntur, circumueniunt, persuasionibusq; ficticijs eō tandē adducunt, quōd sibi potiorē & pecuniarū & bonorū partē in testamentis legant. Qua re liberi, agnati ac cognati, reliquiq; sui & legitimi hæredes, quibus potius tota hæreditas illæta relinquenda erat, contra omnem æquitatem, mirum quaiactura adficiantur, interdumq; ad miseriam usq; adigantur.

*Quibus medijs innumeram pecuniæ summam, mendicantium ordines*

*Romam importent, uirginumq; uestalium monasteria molestant. 94.*

Quum nemini dubium sit, his qui iure experiri uolūt, pecunia, eaq; non modica opus esse: & pleriq; mendicantiū ordinū regulis additi, multas causas atq; lites in iudicalem controuersiam, non sine magno ordinariorū, parrochorū atq; laicorū detrimēto, contra phas nephasq; imō nulla omnino necessitate exigente Romam pertrahant: tribus insuper eorum generalibus, quos uocāt, Cardinalitij galeri dignitatem, innumera (ut fertur) pecunia comparauerint: non parum timendum est, ne non præfati mendicantium ordinibus subiugati, multa sacrarum uirginū, & præsertim ea ubi se solos dominari norunt, monasteria, in quibus Principū, Comitum, Baronum, nobilium ac ciuium liberi frequenter uitam uiuunt, pecunijs expilent ac depeculētur: & eis dehinc, quibuscunque alijs modis, interitus, pernicipi, molestiarum, uariorūq; incommodorum radix atq; origo sint. Interimq; miserē ca-

ptiuas moniales, sub perpetui pœna carceris adigant, ne cuiquam alij, quo secum pacto agant, manifestent: id quod quibusdã in locis plus nimio, proh dolor, compertum est. Quibus uerò pharmacis huic morbo mederi possit, cogitandum relinquitur. Nũ præstaret, quòd uirginum monasterijs, ac mendicantium ordinibus in meri ac mixti imperij iurisdictionibus sitis, quibus hactenus per iurisdictionum magistratus ac potestates nulli præfecti essent curatores, seu dispensatores, duo ætate, moribus ac probitate perspicua præstantes uiri, unicuiq; tali monasterio seorsim præficerentur: qui omnibus eorum cõmunibus computationibus, acceptorum uidelicet & expensorum interessent: quibusq; curæ esset, ne in posterum prædicta uirginalia cœnobia, à mendicantibus monachis, eorum non necessaria presentia, uel quocunq; alio modo grauarentur. Qua una re proculdubio efficeretur, quòd distorum monasteriorum annui fructus, census, redditus, indies aueretur, monialium personæ in magnum usq; excrescerent numerum: & sic multo melius, uberius, utilius, quàm si ipsarũ pecunia uel Romã, uel in alium quempiam locum indecentem conferatur, sustentari possent.

*De Romanorum Pontificum Legatis & Oratoribus, necnon Comitibus (quos uocant) Palatinis. 95.*

Accidit aliquando, quòd Legati & Oratores Romani, cum Papalibus (ut uocant) facultatibus in Germaniam mittantur, qui talium facultatum uigore & prætextu, liberos uulgò conceptos, naturales, bastardos, spurios, damnato ex coitu prognatos, aliosq; qui contra Christi instituta, legumq; sanctiones in mundum editi atq; expositi sunt, legitimos efficere, & ad quoscunq; actus legitimos, idoneos reddere, ad successiones item cum legitimis & naturalibus liberis habiles facere & admittere, omnium deniq; statutu ac dignitatum capacitatem tribuere conantur. Cuius tamen rei, in Romani imperij territorio, nullam omnino habent potestatem. Nec parum inde litium, iurgiorum, errorum, controuersiarum, offendiculorumq;, in sacrosancto Romano imperio oritur, quòd ex non concessio coitu concepti, cum legitimè editis ad parem admitti debent successione. Quam rem ut nimium Germanis molestã, imperij ordines tolli, amoueri, penitusq; aboleri summo opere petunt.

96.

Pari præterea modo à Romana sede iam dictis Legatis, uicecomites

mites Palatini sufficiuntur, simili potestate legitimandi, ad successionem admittendi, & omnia ad instar legatorum, quorū iam antè mentio facta est, efficiendi, necnon Notarios creandi, Qui tamē Vicecomites aded sunt inidonei, aded inhabiles, aded literarū ignari, aded deniq; rerum inexpertes, ut minimum etiam quod ad Notariatus artem pertineat, ignorent. Vnde non immeritò subsequitur, quòd multo ineptiores quàm ipsi sint, creent Notarios: ut semper dignum, quo d in prouerbio est, cōtingat patellę cooperculū. Quod ipsum Imperij status, abrogari effectum rogitant. Præfati itē Apostolicæ sedis nunciij & legati à iureiurandis pactis, obligationibus absoluerunt, & sic absolutos ad agēdū de nouo restituere molliuntur. Qua una re æquati fideiq; humanæ nihil est aduersū magis.

97.

Conantur insuper beneficia quæ patronatus iuri subsunt cōferre, & sic patronis tã ecclesiasticis quàm secularibus in iuribus suis derogare, penitusq; eos priuare: quod etiam meritò aboletur.

*Virusq; sexus religiosi, in suorum monasteriorum, clausarum, foundationum, aliorumq; conuentuum commodum, succedunt secularibus: quum ipsi uicissim ab illis ad hæreditates neq; uocentur, neq; admittantur. 98.*

Neq; hoc Germanicorum grauaminum postremum est, quamuis ultimum hic sortiatur locum. Mos non amplius ferendus, hætenus inoleuit, pauloq; altius quàm par sit, radices egit: uidelicet quòd Monachi, Moniales, Begutræ, Beghardæ, Nolhardi, Conuētus, & quicunq; tandem sunt, qui se religiosos & à popularibus segregatos profitentur, parentibus, consanguineis, agnatis, ac cæteris amicis in hæreditarijs bonis aliquādo in partem, nonnunquā in totum succedunt: at uicissim eorum cognati, seu necessarij laici, à præactis religiosis, ad ipsorum hæreditates adeundas nō solum non uocantur, sed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & graue & molestum, iniustum etiam, ac non diutius tolerandum onus est. Eapropter necessariò ac summa prudentia curandum est, ut deinceps nemo se memoratorum religiosorum uotis uel astringat, uel addicet, nisi prius ea de re ciuiles magistratus certiores fecerit: quorum præsentia, authoritate & consilio religionem ingredi uolentibus à parentibus & amicis, iuxta cuiusq; fortunam ac facultates, mediocriter prouideri debet, ut habeant, unde commodè in monasterijs uiuere possint. Ea tamen lege, eo pacto & condi-

tione, ut omnibus hereditatibus, omnibusq; parentum, fratrum, fororum, cognatorum, cohæredum, ac quorumcunq; aliorum successionebus renuncient, in animumq; nequaquam inducant suū, se in posterum hæreditario iure quicquam nedum sperare, tantū abest ut consequi se posse putare queant. Idem q; cum his qui iam olim religiosorum regulis sese subiecerūt, fieri, à sacri Romani Imperij Statibus & petitur, & censetur.

*Quod et in proximè habitis Vuormaciæ comitijs, de hætenus memoratis grauamimbus tractatum sit. 99.*

Potior item pars hætenus enumeratorum articulorum, Romanam sedem, Archiepiscopos, Episcopos, prælatos, officiales, ecclesiastica cōsistoria, cæterasq; ecclesiasticas personas concernentiū, Cæsareæ maiestati in proximo principum ac procerum Vuormaciæ celebrato conuentu, à laicis Imperij colūnis & statibus, in scriptis, non sine supplicibus oblata est precibus: quo prædicta grauamina, æquitate necessitateq; ita postulantibus, aboleat, atq; è medio penitus tollat. Quod ipsum non clām Archiepiscopis, Episcopis, reliquisq; ecclesiasticorum statibus in prædictis comitijs factū est. At hucusq; nihil uel immutare, uel emendare cœperunt. Eam ob rem seculares imperij ordines necessariò, urgentibusq; ex causis adacti sunt, Papali sanctitati suprâ memorata, ac non amplius ferenda onera, prout sua sanctitas clementi, Christiano, planeq; paterno animi adfectu fieri petijt, iudicare, atq; suppliciter rogare, quo prædicta grauamina sua sanctitas emēdet, atq; è medio tollat.

*Plura adhuc grauamina ob oculos uersantur, indicatu maximè necessaria, quæ tamen breuitatis gratia obmittuntur. 100.*

Quamuis seculares sacrosancti Romani Imperij ordines, longè grauiora, multoq; plura adhuc haberent onera, quæ æquitate interpellante indicanda forent: at ne iustæ breuitatis modum excedere uideantur, iam recensitis hoc tempore, reseruat is alijs in magis commodum tempus, contenti esse uolunt. Ea spe freti, ea fiducia nixi, ubi hætenus enumerata abolita fuerint grauamina, quòd & reliqua unà corrui-  
tura sint.

*Peroratio, ac finis petitio.*

**S**UPER hæc omnia, omnium sacri Romani Imperij supremæ atq; inferioris conditionis statuum, supplex est adhortatio, humilisq; precatio atq; petitio, qua sanctitati Pontificiæ supplicant, quatenus sanctitas sua, omnia prædicta onera ac grauamina sedis Romanæ, ac sæpeditorum cæterorum statuum ecclesiasticorum & personarum ecclesiasticarum, id quod non semel in præcedentibus quoq; iustis precibus postulatum est, clementer tollere, emendare, abrogareq; , & è medio auferre dignetur: ac Archiepiscopos & Episcopos, si qua in re per eorum Capitula, grauamina hæc quo minus emendare, abrogareq; auferrent, obligati forent, à promissione, obligationeq; tali, mandatis absolutorijs, seueritatem quandam, sed eam quidem necessariam præ se ferentibus, absoluerent, liberareq; uelit: inq; omnibus & singulis his ita paternè ac gratiosè se gerere & exhibere, ut talia onera atq; grauamina in genere, seorsimq; , quantotius ex radice funditùs ac penitùs tollantur, amoueantur & emendantur. Quod ipsum, & quidem breui, futurù, curatumq; iri, sacri Romani Imperij status laici, uel ob Dei opt. max. laudem præcipè, & honorem: hinc rei quoq; ipsius necessitatem atq; æquitatem maximè, quum (ut prædictum est) sanctitas Pontificia per Oratorem & Legatum suum ita magnificè, ampliter, ac Christianè se obtulerit, indubiam certissimamq; spem animo conceperunt. Eregionè, se sanctitati Pontificiæ tanquam obsequentes, morigerosq; filios: cæteris quoq; statibus ecclesiasticis, ut in Christo fratres, & commembra capitis unius, nimirum Christi, se deuouentes, obligantesq; .

Quòd si enumerata onera atq; grauamina in præstituto tempore non etiã ocyus ex oculis mortalium sublata atq; abolita, & abrogata fuerint, id quod imperij Romani status laici futurum minime suspicantur, augurantur: tū sanctitatè Pontificiam latère nolunt, prædicta uigetissima atq; intolerabilia penitusq; nõ serèda onera, diutius eos neq; perferre uelle, neq; tolerare posse. Sed rei ipsius iniquitate & necessitate huc eos adigi, cogi atq; compelli, pro eorum captu ac industria: de alijs commodioribus fortè uijs & medijs cogitandi, uestigandi, ac consultandi, quibus tandem modis, qua arte, qua denique solertia, onerum atque grauaminum suprà memoratorum, ab ecclesiasticis exonerari, liberari, ac tandem in pristinam immunitatem & liberalitatem asseri, atque uendicari possint.

Quem-



Quemadmodum omnia hæc, priusquam sanctitatis Pontificiæ Orator & Legatus à Norinberga soluisset, eidem per modum responsi hinc legantis sanctitati referenda, ad longum sunt exposita atq; enumerata: essentq; ita in cōpendiū, & quodāmodo per catalogū redacta & recēlita, memorato nūcio atq; oratori Pontificio ferenda secum Romam tradita, si non præter omnium expectationem, abitionem suam hinc tantopere maturasset, ac inopinatò ita discessisset. Verùm ne ob id eo magis Germanorum principum, procerum, atq; Romani Imperij statuum consultatio & conclusio sanctitatem Pontificiam fugere uel latere possent: tādē placuit, onera ac grauamina, quorum non infrequens tum coram agente adhuc Legato facta fuit mentio, per capita ac sigillatim ita scripta, sanctitati Pontificiæ transmittere: eandēq; quā humili-  
 mē ac suppliciter, pro abrogandis hisce oneribus,  
 rogare, obsecrareq; ne deteriora  
 contingant.

FINIS CENTVM GRAVAMINVM

*Germanicæ nationis.*

INDEX RERVM ET VERBORVM TOTO OPERE MEMORABILIVM,  
& locupletissimus & fidelissimus.

PRIOR NUMERVS PAGINAM, POSTERIOR uersum notat.



A

**A**brahã quõ per opera dicatur iustificatus, Iacobi 2. pagina 121, uersu 34  
**A**brabæ filij duo, quid præmonstrant 181.21  
**A**braxastorum cœli 109.5  
**a**bsolutio an sit Sacramentum 27.33  
**a**busus non esse defendendos 195.2  
**a**ceptilatio solutioni opponitur iure 176.4 uerbum Iuris, quid 175.38.  
 & inde  
**a**ceptum ferre alicui, quando dicitur 175.36  
**a**ctio omnis, in particularibus aut bona aut mala 132.16  
**a**ctorem rei fori sequi debere 324.32  
**e**grotantibus datum non tantum de corpore, sed & de calice Domini 290.1  
**A**eneas Syluius, in Papam electus, Pius II. fuit transnominatus 90.38  
**Albertus** Pighius à Ruardo Tappero ceterisque Louaniensibus damnatus 162.21. in quibus dissentiat à scholasticis theologis 157.9. notatus ab episcopo Lyriensi 164.23. quare non libenter originale peccatum definiat 158.26  
**Alberti** Pighij sententia Christiana de

**iusticia nostra & iustificatione** 160.161  
**Albona** quæ olim, nunc Aluone dicitur 17.24  
**aliqua**litatem præcedere præstationem laudabilium factorum 27.18  
**Aluone**, olim Albona dicta 17.24  
**ambitio** malorum omnium mater 177.37  
**inter Amicissimos** etiam conuentiones aliquando incidere 56.24.  
**amicitia**, communionem omnium inter amicos facit 160.32  
**Anabaptistarum cum Papistis consensus** in quibus 246.21  
**de Anima** cuiusdam nobilis ex purgatorio liberatione perfecta per indulgentias plenissimas, iucunda historia & lepida 220.8  
**de Animarum raritate** in purgatorio, lepida historia 219.15  
**de Annatis** 311.6  
**Antichristi** abominationis ortus, progressus & interitus 4.12. abominationis patefactio, euidens est signum instans ultime diei 4.5  
**Antimoni** 243.4  
**Antonij** Marinarij oratio ad Patres in Tridentino concilio habita anno 1546. 179. & inde  
**Apostolos** etiam tempore Christi dubia disceptationesq; inter se habuisse 50.7  
 X aqua

I N D E X.

- aqua num sit de integritate Sacramen-  
 ti Eucharistiæ 289.10  
 de Arbitrio libero conentiones uariæ  
 55.1. M. Sementiarum locus 116.33  
 Archiepiscopi quib. nexibus sint adstri-  
 cti à suis capitulis ob beneficiorum  
 collationem 308.19  
 de Archipresbyterorum officialibus  
 323.25  
 arena. uide Harena.  
 Arsius flumen 17.25  
 circa Asphaltidis stagnum fructus qua-  
 les proueniant 81.30  
 auariciæ effectus 206.15  
 Augustana confessio quâdo Cæsari exa-  
 hibita fuerit, & ubi 10.5  
 Augustinus in quibus punctis contraria  
 D. Hieronymo docuerit 54.28  
 Augustini doctrina de prædestinatione,  
 à quibus notata 54.35  
 αὐτὸς ἔπαυθη Pythagoricū scutum 34.8
- B
- B** Aldus Lupetinus 43.2. eius do-  
 ctina & martyrium 43.26  
 Baliaie quid 317.9  
 banni onus 314.27  
 baptisnata uaria Papistarum 255.11  
 baptisnus quid 279.31. eius locus  
 118.23  
 beatitudo hominis quo agatur 175.29  
 beatus quis 175.28  
 bella pleraq; ab inclinato imperio in-  
 ter Christianos gesta, à Papis aut ex-  
 citata, aut promota 100.3  
 ob Beneficiorum collationem quibus  
 nexibus sint adstricti Archiepisco-  
 pi & Episcopi à suis capitulis 308.  
 19
- beneficiorum Ecclesiasticorū primūm  
 fundatorum collationes 319.17  
 de Beneficijs Ecclesiasticis curatis &  
 non curatis in genere 306.30  
 beneficijs magnis sæpe homines muta-  
 ri à Deo ad respicientiam ante ul-  
 timam castigationem 6.14  
 Bernhardinus Ochinus Senensis ob  
 contiones saniores Venetijs habi-  
 tas, Roma uocatus 45.8. institutor  
 & author Scapucinici ordinis 77.7  
 boni innumeri in generali ob coniugium et  
 communionem integram 204.9  
 Bonifacius, Germanorum apostolus nō  
 recte uocatus 56.14. Germanorum  
 seductor ibid. 15. Malefacius ue-  
 rius dicendus ibid. 17  
 bonum aliquod an uelle possimus sine  
 speciali Dei auxilio 81.3  
 boni agniti, thesauriq; diuini conēptus  
 ac hominum ingratitude, indicium  
 euidentis instantis extremi iudicij 5.6  
 bona opera quid 27.13. quomodo  
 ad sint iustificationi 27.6  
 bonorum operum studium excitandi in  
 hominibus peruersissima Papistarū  
 ratio 224.33  
 per Bona opera quomodo Deo patri  
 placeamus 180.10  
 bonis operibus & gratia simul nō pos-  
 se perferri saluationē nostram 209.3
- C
- C** Acus Aue nimus, pontifex Ro.  
 77.22  
 coelibatus sacerdotum damna-  
 tur 113.23  
 coelibatus Papistici delineatio 211  
 coelibatum uerbi Dei ministris non fuisse  
 se man-

I N D E X.

- se mandatum 202.10  
 de Coelibatu ministrorum catholice Ec-  
 clesie 149.2. & inde  
 Caietanus Luthero restitit, illiq; pluri-  
 mas insidias struxit 137.20. repre-  
 hensus ab Dominico de Soto ob sen-  
 tentiam suam de pueris qui absq; ba-  
 ptismo moriuntur 173.20. taxatur  
 à Lyriensi episcopo Lusitano 167.  
 15. eius errores à Catharino notati  
 138. usq; ad 148  
 calix Christi quare Testamentum dica-  
 tur 267.3  
 calicis omisso in communione cuius in-  
 uentum 170.7  
 calices cum fistulis ad distributionē san-  
 guinis Domini 290.10  
 Cancellarie Papalis regule, noue tech-  
 ne super casibus futuris 306.6  
 Canisius, Iesuitarum institutor & pro-  
 pagator 77.11. eius incestus 77.13  
 Canon, Missæ quasi cor & uita, ac ani-  
 ma 28.18  
 Canonum concordandorum regula 112.  
 23. discordantium concordatio fru-  
 stra à Gratiano tentata. ibid. 18.  
 multorum irreconciliabile dissidiū.  
 ibid. 34  
 Canonistæ unde originē traxerint 111.7  
 cautiones Ecclesiasticæ certamen in Ec-  
 clesia peperere 54.13  
 carbonarij cuiusdam à diabolo de fide  
 interrogati historia lepida 232.30  
 Cardillus Hispanus 33.20  
 caro, quis à Paulo appellatus 180.28  
 in Carnis appellatione quid ueniat con-  
 siderandum 180.21  
 carnales qui Papistis 242.19  
 Carolus Magnus Cæsar imaginum do-  
 rationem condemnauit 56.7  
 Carthaginensis synodi VI. celebritas  
 55.33  
 Catharinus à Ruardo Tappero ceterisq;  
 Louaniensibus damnatus 162.  
 22. archiepiscopus Campsanus 28.  
 34. archiepiscopus Minorienfis, in-  
 timus Pape, Euangelicæq; ueritatis  
 acerrimus hostis 130.1. quos errores  
 in Caietano notarit 138. usque ad  
 148  
 Catharini archiepiscopi Minorienfis  
 & Dominici de Soto cōtrouersi ar-  
 ticuli 130.20. eiusdē & Dominici de  
 Soto opiniones quò differant 131.29  
 catechismus Iesuiticus. uide Iesuiticus  
 catechismus.  
 ceremonie Ecclesiasticæ dissidium in  
 Ecclesia peperere 54.13  
 certamina. uide Dissidia.  
 certamina in Ecclesia facillimè oriri et  
 quare 49.15  
 certus rei falsè quomodo quis dici pos-  
 sit 136.37  
 Chetinus, idem quod hypocrita 77.5  
 Chetinorū quis auctor & inuentor fue-  
 rit 76.13. earū proprietates 76.22  
 Christiana confessio, s. q; Scripturæ cō-  
 formis 18.31. usq; ad 32.6. doctri-  
 na quando & à quibus ad philoso-  
 phorum normas fuerit attempera-  
 ta 94.9  
 Christiani hominis agonismus cum ho-  
 stibus suis, et resistendi ratio 183.30  
 Christiane concordie descriptio 90.  
 18. doctrina distributio 257.28.  
 sanctimonie iā explose descriptio

I N D E X.

- & deploratio 177.17. & 178. uer-  
 raq; concordie signa atq; indicia  
 237.238.239. & inde.  
 Christiani quibus calumnijs ab Ethni-  
 cis & Iudeis potissimū fuerint mo-  
 lestati 49.8  
 Christianorū gloriatio in quo 184.23.  
 theologia unde dependeat 124.37.  
 Theologiam sub artem nullam cade-  
 re posse 124.38  
 Clemens Alexandrinus quando uixerit  
 49.4  
 Clerus quomodo sit reformandus 199.38  
 Cleri doctitudineq; restituēdi. salubris  
 uia 202.4. honesti inopia unde e-  
 merserit 200.30. libidines 198.16.  
 morum impudicē maxime offendi  
 imperiti populi animos 198.25. pu-  
 blicis scandalis ob eorum libidinem  
 exortus, quomodo occurrī possit  
 199.34. reformatio al.quoties in  
 Germania tentata, sed frustra: &  
 quare non successerit 200.3  
 cœmeteria quomodo nonnunquam su-  
 persue, ac minimē necessariō conse-  
 crentur 321.29  
 habitatores oppidorum quo pacto  
 excommunicantur 315.15  
 de Collegiatis ecclesijs super nobilibus  
 tantum fundatis 310.10  
 Commeaturæ quid 317.10  
 Commissarij iudices, qui 302.22  
 commoda terrena. uide Terrena com-  
 moda.  
 communicare in primitiua Ecclesia  
 quoties sint soliti fideles 270.11  
 comunicandum quare sub duplici spe-  
 cie 275.20  
 communicationis ordo 283.18  
 communo laicis ut fuerit data 169.37.  
 & 170. qualis olim fuerit usitata, et  
 nunc sit frequens in ecclesijs Ori-  
 entalibus 198.34. sub una specie, Ma-  
 nichæorum inuentum 71.37. quomo-  
 do irrepserit 262.27.263. sub utraq;  
 specie modò probata, modò repudia-  
 ta est à Papis 226.27. quare cele-  
 bretur 266.4  
 communionis doctrinæ ergò multos de-  
 ficere à Papis religionē 198.30.  
 integræ prohibitio quando primū  
 decreto generali fuerit confirmata  
 262.26. secundum species, uel utraq;  
 uel unam, uariæ apud Papis asser-  
 tiones 256.27. sub utraq; specie ne-  
 gatio, apud Germanos hæresibus lo-  
 cum patefecit 202.32. sub utraq; spe-  
 cie usurpata usus probatur recen-  
 tissimorum scholasticorū, sophista-  
 rum & monachorum testimonijs  
 261. usq; in 290 paginam. uaria in-  
 ter Papis dogmata 720. usum à  
 laicis, uel sub una, uel sub utra-  
 que specie, rem esse indifferētē  
 202.29  
 communionem sub utraq; specie doceri  
 in Papis libris M. salib. 289.21  
 de Communionē sub utraq; specie, quo-  
 ad liberum fuerit disputare. ibid. 17  
 concilium Carthaginense. uide Cartha-  
 ginense concilium.  
 contra à Papis nostro tempore indi-  
 cta, neq; legitima neq; libera fuisse  
 86.16  
 concordia Christiana. uide Christiana  
 concordia. Papis. uide Papis  
 concor-

I N D E X.

- concordia.  
 concordia uera Christianaęq; definitio 236.21  
 confessio Augustana. uide Augustana  
 confessio. Christiana. uide Christia-  
 na confessio.  
 consecrationem non ijs uerbis Papistis  
 in Missa sua peragere, quibus conse-  
 crauit Christus 151.26  
 de Confessione Christiana, locus Hila-  
 rij elegans 236.29  
 consensus parandi nouus modus Papis  
 usitatus in doctis ad sue sententię  
 patrociniũ adducendis 233.38  
 conseruatores iudices, qui 302.1  
 controuersias inter amicissimos & san-  
 tissimos etiam incidere 56.24  
 Cornelius papa primatum aliarum Ec-  
 clesiarum ad se rapere conatus est  
 54.3  
 corpus a sanguine quare separatim con-  
 secretur 283.9  
 Cosuicum 8.25  
 Cusanus in docendo uariis 90.4  
 cultus uoluntarij. uide uoluntarij cultus.  
 cupiditas omnium malorum mater 177.37  
 Cyprianus, archiepiscopus Carthagine  
 sis totiusq; Africae fuit 54.2
- D
- D**ebitoris dilectio erga suũ cre-  
 ditorẽ unde nascatur 218.28  
 Decretum, liber Papistarum,  
 quid sit 71.3. multis semel ijs non  
 paucos Papatus errores dñat 115.9  
 Decreto Papistę quantum tribuam 71.2  
 decretorum Papisticorum aliquot inter  
 sese pugnantium enumeratio 71.72  
 delegati iud. ces. qui 302.22
- Deus quibus libentissimẽ opituletur  
 184.29  
 Deo quid homines debeant 19.16  
 in Deum confidentibus omnia coniu-  
 gum felicia 184.28  
 Deum homines ad respiscentiã inui-  
 tare aliquoties beneficijs 6.14  
 Deorum Papisticorum celebrium ali-  
 quot nomina, locaq; in quibus maxi-  
 mẽ floruerunt 57.14  
 Deorum Papisticorum uarietas 57.8.  
 & inde.  
 diabolos quare satan dicatur 248.38  
 diabolus quibus artibus contra Christi  
 Ecclesiam furem er grassetur 51.9.  
 quomodo oppugnet Ecclesiam Chri-  
 sti 49.19  
 dictione quando angĩ non debeamus  
 176.19  
 dies extremus. uide Iudiciũ extremum.  
 de Dierum feriatarum aliquot abrogat-  
 tione 316.16  
 diffidentia arcendę optimum antidotũ  
 183.27  
 diffidentiam quę machinentur in homi-  
 ne 182.37  
 dignitatum Ecclesiasticarum prouisio-  
 nes quomodo Romam pertraban-  
 tur 305.23  
 discordia. uide Dissidia.  
 de Dispensationibus ere redẽptis 197.2  
 dissidia inter Euangelicos unde orian-  
 tur 51.20  
 dissidiorũ ueteris Ecclesię aliquot exẽ-  
 pla enumerantur 53.54.55.56  
 dissidia facillimẽ in Ecclesia oriri: &  
 quare 49.15  
 diuortio factõ an liceat matrimonium  
 iterum

I N D E X.

- iterum contrahere persone inno-*  
*cemi* 152.20  
*diuortia an concessa* 154.6  
*diuorum diuarumq; aliquot ordines di-*  
*gnitatum in caelo secundum Papi-*  
*stas* 253.29  
*diuis unde administratio caelestium ter-*  
*renorumq; tradita sit* 254.3  
*doctorum hominum honestus animus*  
*in contemnendis Ecclesiasticis bene-*  
*ficijs* 201.31  
*doctrina Christiana. uide Christiana*  
*doctrina. Ecclesiastica, qua de causa*  
*in tantas tenebras prolapsa sit* 111.  
*19. Papistica. uide Papistica doctri-*  
*na. pura, quomodo emendet uitam*  
*213.33. qua falsa anathemaq; sit ha-*  
*benda* 238.26  
*doctrina Ecclesiastica partes prima-*  
*riae ante 450 annos* 111.33. *ueræ*  
*propagatio, instantis ultimæ diei e-*  
*uidens indicium* 4.25  
*de Doctrina Ecclesiæ Ruperti Galli ui-*  
*sio* 81.35  
*Domini corporis & sanguinis commu-*  
*nionis efficacia* 268.9. *corporis &*  
*sanguinis quot modis quis sit reus*  
*276.26. corpus & sanguinem quis*  
*indignè comedat ac bibat* 267.  
*19*  
*Dominicanos etiam inter sese diffensif-*  
*se* 80.34  
*Domini imaginis subscriptio* 39.6  
*Dominicus de Soto, Caroli V. Confes-*  
*sor* 129.36. *taxatus ab Lyriensi epi-*  
*scopo* 165.10  
*Domini de Soto & Catharini archi-*  
*episcopi Minoricis opinionones quo-*  
*modo differant* 131.29. *controuer-*  
*si articuli* 130.20  
*Domitius Calderinus quando uixerit*  
 232.3
- E
- E**ccij in disputando inconstantia  
 169  
**E**cclēsia an Scripturæ subdita sit  
 171. & 172  
*Ecclesiæ ueteris dissidia aliquot* 54.  
 55.56. *quanta auctoritas secundum*  
*Papistas* 172.37  
*Ecclesiam Christi onerari immensa uì*  
*ceremoniarum & traditionum* 27.  
 32. *Dei, non esse causam dissidij in-*  
*ter Euangelicos* 51.20. *ueram pro-*  
*pter dissensiones non debere incur-*  
*tere in reprehensionem apud candi-*  
*dos iudices* 56.27  
*in Ecclesia ac uera religione etiam*  
*ex minimis uerbis licem oriiri* 50.  
 19. *monarchiam non habere locum*  
 31.26  
*de Ecclesiarum primatu obtinendo con-*  
*tentiones* 54.1  
*Ecclesiasticæ camiones. uide Cantio-*  
*nes Ecclesiasticæ.*  
*Ecclesiasticæ ceremoniæ. uide Ceremo-*  
*niæ Ecclesiasticæ.*  
*ut Ecclesiasticæ personæ ob perpetra-*  
*ta maleficia meritam luani pœnam*  
 313. & 314  
*Ecclesiastica bona, maxime immobi-*  
*lia, quod non possint distrahi aut*  
*uendi personis laicis* 318.18  
*de Ecclesiasticorum contributione con-*  
*tra Turcas* 311.21  
*Ecclesiasticas personas eisdem pœnis*  
 cum

I N D E X.

- eum* Laicis esse subiectas, quid utili-  
 tatis adferat 314.21  
 emendationis ueræ ratio 197.36  
 Episcopatum quemlibet sua habere  
 Breuiaria, Missalia, & eius generis  
 reliqua 74.22  
 Episcopi officium 54.8  
 Episcopo Papæ contradicere non con-  
 cessum, etiam uera loquendo  
 90.1  
 Episcopi bona hereditaria Ecclesiasti-  
 corum quomodo ad se pertrahere  
 conentur 318.32. quibus nexibus sint  
 adstricti à suis Capitulis ob benefi-  
 ciorum collationem 308.19  
 de Episcoporum residentia sententiæ  
 contrarie 185.8  
 Episcopos ex scortationibus sacrifico-  
 rum annuū uectigal colligere 211.33  
 D. Erasmus Roterodamus pro catholi-  
 co doctissimoq; habetur à Papis  
 80.30  
 Ἐπίσκοπος διὸντος λαβῆναι 9.19  
 errorum in Ecclesia orientium aliquot  
 cause 185.18. & inde  
 Ethnicorum calumnia aduersus Chri-  
 stianos 49.8  
 Euangelij Ioannis initium in collo-  
 gati, Papis presentaneum re-  
 medium contra omnia mala 214.  
 21  
 Euangelicæ Papisicæq; doctrinæ ca-  
 pita præcipua per ἀντιθέσιν colla-  
 ta 252.9. usq; ad 258  
 Euangelicam ueritatem neuinquā esse  
 dissidiorum causam 51.20  
 Eucharistia quid 279.32  
 Eucharistiæ qualis soleat esse effectus  
 287.21. sacramentum quid 279.19.  
 & 280.1. quomodo assumendum  
 281.27. & inde. sub duplici specie  
 quare fiat 279.20  
 excommunicationis onus 314.27.  
 quæ nam sit uera iustaq; causa 314.  
 36  
 extremum iudicium. uide iudicium  
 extremum  

F

**F**acere in memoriam eius, quid  
 191.13  
 facinora præclara quæ Deū non  
 respiciunt, etiam opera carnis esse  
 dicenda 181.5  
 factiones Papisicæ. uide Papisicæ fa-  
 ctiones.  
 factiositas 46.8  
 fames, res maleuada 320.38  
 Faminus deus & opitulatur 39.22  
 fideles in primitiua Ecclesia quoties cō-  
 municare sint soliti 270.11  
 fides quomodo iustificet secundum Pau-  
 lum 176.28. summum sinceræ pie-  
 tatis absolutæq; obedientiæ funda-  
 mentum 179.33  
 fidei constantis illa befaciat æq; descri-  
 ptio 183.38. & inde. necessitas 180.  
 5. Papisicæ concordia qualis 233.1.  
 ueræ descriptio 179.35. uiræ inge-  
 nium 182.26  
 fidem hominum cordibus imprimere,  
 ad quem spectet 180.15  
 fiducia in Deo, quorū certa, stabilisq;  
 quorum econtrā incerta atq; insta-  
 bilis 182.10  
 fiducia constantis firmæq; descriptio  
 184.1  

fieri



I N D E X.

fieri quando quid dicatur 112.23  
 Formosi caduer ut à Sergio ignominio  
 se fuerit tractatum 63.25. corpus ex  
 tumulo extractum quibus contume  
 lijs affecterit Stephanus V I. 62.14  
 Francfurdensis ad Nicenum, synodus  
 adorationem imaginum condemna  
 uit 36.8  
 Francisci Spieræ uitæ breuis synopsis  
 43.3  
 Franciscus Zabarella quo tempore ui  
 xerit 115.35

G

**G**Allionis submersio Venetianis  
 iudiciū futuræ iræ Dei 45.15  
 Gasparus Contarenus 44.20.  
 in quibus capitibus uerā Christi do  
 ctrinam agnouerit 44.26. tabifico  
 ueneno extinctus 45.7  
 genitaliter uiuere 197.29  
 Genouise ignotæ deæ idolum Parisius  
 40.33  
 Gentilium Theologia à quibus fuerit  
 descripta & inuenta 124.31. Theo  
 logia quæ fuerit & qualis 124.31  
 Germani matrimonium castum quo lo  
 co nunc temporis habeant 200.29  
 Germaniæ seculū quale nunc sit 201.27  
 Germanicæ nationis grausaminum cata  
 logus 291.292.293.294. & 295. &  
 inde ad finem libri.  
 Gerson quæ in Papatu reprehenderit  
 90.26  
 globulorum usus in Papisticis precibus  
 217.3  
 Gratia cooperans, quæ 117.6. iustifi  
 cans, quid 119.5. quotuplex, ibi. 10.  
 operans, quæ 117.4. præueniens,

quæ 119.18. quid 194.6. & 11. & 15.  
 unde dicatur 120.27  
 gratia & bonis operibus simul nos sal  
 uari non posse 209.3  
 Gratianus Papisticorum disidicrū pri  
 mus author 111.3. quam Theologiæ  
 partem amplexus fuerit 112.2. quæ  
 tempore uixerit 111.13. eius locus de  
 canonibus concordandis 113.5  
 Gregorius Arimemensis qualis scriptor  
 fuerit, quoq; tempore uixerit 168.  
 19. quando uixerit 81.16

H

**H**Acreses originem unde sumant  
 132.2  
 ab Hæresi quomodo preserue  
 mur 163.7  
 Hæresiarchæ XX, ducentis à Christo  
 annis 49.14  
 hæreticorum astutia in propagandis  
 suis dogmatibus 202.32  
 hæreticorum librorum lectionem esse  
 noxiam 163.1. periculosam 153.34  
 hærcas Libyæ dinumerare 115.8  
 D. Hieronymus in quibus punctis à D.  
 Augustino dissenserit 54.28  
 Hilarius quæ Augustinum monuerit.  
 ibid. 35  
 holitores etiam quandoq; utilia dicere  
 18.2  
 homo ad procreandum pronus & pro  
 cliuis 212.6. quomodo iustificatur  
 120.13  
 hominis conditio delineata 181.14. &  
 ga Deum debitum 19.14. perditū cō  
 ditio quæ 21.24. quæ summa laus,  
 quodq; summum officium 7.19  
 homini quàm impossibile sit Deo satisfacere

I N D E X.

- facere* 19.26  
**bonorum ingratitudo erga agnitam**  
*ueritatem* 5.6. *occupationes in im-*  
*minente mundi sine, quales* 5.26  
**Hofius Cardinalis** 33.33
- I
- Ab Idolothytis esse abstinendum, &**  
*quare* 275.8  
*ieiunare quib. diebus, & quib. nō oportet,*  
*num sit præcepto uel Domini uel Apostolorum definitum* 150.9  
*ieiunandum esse* 150.8  
*ieiunij Papiſtici descriptio* 210.31  
*ieiunia de quo iure sine* 150.5  
**Iesus Christus corpus suum quare uelatum**  
*dare uoluerit* 281.13. *pro quibus peccatis*  
*sua passione satisfecerit, ex Papiſtarū*  
*sententia* 29.2. & 186.30  
**Iesu Christi ad omnes seuerum mandatum**  
*47.34. ad peccatorem iustificatum uerba*  
*27.11*  
**de Iesu Christi crucis ligno quanta copia**  
*per orbem terrarum* 224.21  
**Iesu Christi de extremo die ac iudicio**  
*differentis extrema uerba* 31.17. *iusticiam*  
*nobis imputatam male à Papiſtis exagitari*  
*209.12*  
**in Iesu Christi obediensia quare nostra**  
*iusticia ponatur* 161.12  
**Iesu Christi parricide, eum spinis coronantes,**  
*ei sceptrū dantes, &c. quid præfigurent*  
*227.20*  
**Iesum Christum sub duabus tantum speciebus**  
*conineri in communione* 280.19  
**Iesuitarum catechismus** 34.16. *sacrosanctissima*  
*authoritate apud Papiſtas roboratus* 36.2. *conatus sceleratissimus*  
*36.13. de peccatorum expiatione sententia*  
*59.13. quis institutor fuerit, & author*  
*77.10*  
**Iesuitici catechismi impietas** 59.2  
**ignorantia in quibus ferri aut non ferri**  
*possit ex parte* 68.30  
**de Imaginū adoratione, cultuq; diuersæ**  
*sententiæ* 152.7  
**de Imaginibus dissidia** 56.4  
**de Impensis immodicis quæ in Ecclesiarum**  
*consecrationibus impenduntur*  
*321.13*  
**Imperatori Papam olim fuisse subiectum**  
*114.27*  
**impietas unde oriatur** 132.2  
**impiorum studia** 18  
**indocti quo pacto sæpius ordinentur**  
*sacerdotes* 320.28  
**indulgentiæ Papales quid mali pepererint**  
*apud Germanos* 298.30  
**indulgentiarum mercatorum doctrina**  
*qualis* 94.14  
**de Indulgentiarum Papalium oneribus**  
*297.36*  
**ingratitudo hominum. uide** *Hominum*  
*ingratitudo.*  
**inidonei quo pacto sæpius ordinentur**  
*sacerdotes* 320.28  
**iniusticia nostra coram Deo, quæ**  
*27. quid homini coram Deo* 19.24  
**innocentes quo pacto sepe excommunicantur**  
*315.16*  
**Innocentius III. quando sederit** 118.18  
**de Interdictis illicitis** 316.3  
**Incerim Protestantibus quando fuerit**  
*obtrusum* 190.7. *quid de Missa prædicet*  
*190.8. & inde*  
**Incerimisticus libellus qualis** 96.3
- X      *inuoca*

- inuocationibus idololatricis Christo  
 abrogari suum officium 38.24  
 Ioannes X. Formosi causam in integrū  
 statum restituit 162.31  
 Ioannes Thaulerus quando uixerit  
 285.4  
 Ioannis Cochlei, intempestiuum & a-  
 lienum à re responsum Eccio datū  
 82.21. Euangelistæ p. ctura cum uer-  
 su quo est inuocandus & compellan-  
 dus 38.14. Frederici Electoris Sa-  
 xoniæ argutum responsum 82.23  
 Isaac quid in Scriptura adumbret 181.  
 34  
 Ismael quid in Scriptura præfigeret.  
 ibid.32  
 Ismael ludens cum Isaac, atq; ideo eie-  
 ctio à Deo, quid in scriptura nobis  
 præmonstretur. ibid.38. & inde  
 Iudeorum calumnia aduersus Christia-  
 nos 49.8  
 iudices delegati, qui 302.22. commissā-  
 rij, qui. ibid.22. conseruatores, qui.  
 ibid.1  
 iudicij extremi iam iam instantis indi-  
 cia primaria & euidentia 4.5. &  
 6. indicia Christianis diligenter ob-  
 seruanda & expendenda: & quare  
 6.18  
 de iudicio extremo uerba Iesu Christi  
 ultima 3.17  
 ius diuinum, quod 150.11. & 19. Ponifi-  
 cium. uide Pontificium ius.  
 iustificemur quomodo 160.1. & 25  
 iustificari idem cum Saluari 120.37.  
 per opera, quomodo intelligendum  
 122.29. quid 160.21. quotupliciter ac-  
 cipi possit 121.36  
 iustificatio peccatoris quid 176.22. pio-  
 rum. uide Piorum iustificatio. quid  
 120.4. quomodo fiat apud Deū 121  
 iustificationis modus alius quàm quo  
 saluati sumus, an esse possit secundū  
 Papistas 175.2. nostræ causa forma-  
 lis quæ 20.35. materialis quæ 20.31  
 ratio quæ 22  
 iustificationem nostram simul bonis or-  
 peribus & gratia perfici non posse  
 209.3  
 de Iustificatione, locus Petri Lombard-  
 di 117.81  
 de Iustificatione nostra locus Cathar-  
 ni plenus blasphemæ 186.38. 187.  
 188. & 189.21  
 pro Iustificatione qua orabit omnis san-  
 ctus 27.1  
 iustitia in creaturis, quid 162.35. nostrā  
 corā Deo, quæ 21.32. quare in Chri-  
 sti obedientia ponatur 161.12. num  
 relatio an qualitas 163.27. quæ a-  
 pud Deum, in interiori corde est  
 122.4. quæ ex operibus, apud homi-  
 nes est 122.5. quid homini corā Deo  
 19.23  
 iustitiæ spes quid 120.30  
 iustitiam Christi imputatiuam indecen-  
 ter falsoq; à Papistis exagitari 209.  
 12. filij Dei imputatiuam quomodo  
 apprehendamus 23.24.25  
 iustum in creaturis, quid 162.34  
 iustorum uerba qua uia peruertantur.  
 234.24  
 Ixionis rotā 192.34

## L

**L** Aica quedam bona Ecclesiis aut  
 religiosis domibus certis pa-  
 ctionibus

I N D E X.

- tionibus aut uendita aut hypothe-*  
*cata, quo pacto diuioni Ecclesiasti-*  
*cæ subuigata* 319.4  
*Laicorum bona immobilia quemodo*  
*ad manus Ecclesiasticorum perue-*  
*niant, & non contrã* 318.14  
*Laicos iniquè trahi ad uctitum Ecce-*  
*lasticorum tribunal* 324.3  
*Landsbutani pastoris libidines* 211.16  
*laterem lauare* 71.5  
*Legendæ, apud Papistas liber in maxi-*  
*ma ueneratione* 223. 34. *scatent*  
*mendacijs & contradictionibus.*  
*ibid. 36*  
*Lex Dei benedictione neminem potuit*  
*donare: & quare* 182.20. *doctrina*  
*quæ* *ibid. 18*  
*liberum arbitrium. uide Arbitrium li-*  
*berum.*  
*libidines sacrificarum impunitæ relin-*  
*quantur* 204.22  
*Libyæ arenas dinumerare* 115.8  
*à Linea prima exordiri* 136.1  
*Lipomanus Veronensis* 33.25  
*Liripipia* 77.8  
*lira occidit, à quibus usurpetur ad*  
*effugiendum aliorum instantias*  
*125.33*  
*literarum sacrarum autoritas an supe-*  
*ret Ecclesiæ autoritatè* 171. & 172  
*lites quales sint in renouata Ecclesia*  
*243.1.*
- M
- M** *Agister Sententiarum. uide*  
*Petrus Lombardus.*  
*Magistratuum ciuiliu sub-*  
*diti, propter debitam pecuniam ad*  
*iudicium Ecclesiasticum quo pacto*  
*pertrabantur* 324.14  
*mala omnia etsi ex singulis non emer-*  
*gant, in omnibus tamen latent* 181.3  
*malorum omnium mater & nutrix quæ*  
*177.37. radix auaritia* 206.15  
*Manichæi speciem uini non sumunt*  
*170.24*  
*Manichæorum error & impietas* 261.  
*27. & inde*  
*Maria de Miraculis* 39.23  
*Maria mater Domini in quib. locis sin-*  
*gularem sit sortita cultum* 58.1  
*Martini Lutheri pictura* 206.31  
*Matthæi Euangelistæ pictura cum uer-*  
*su quo est inuocandus & compellan-*  
*dus* 138.12  
*Matthiæ Flacij Illyrici occupationum*  
*breuis synopsis* 8.15. & *inde. pa-*  
*trium solum* 17.27  
*matrimonium castum quo loco nunc a-*  
*pud Germanos sit* 201.29  
*mendacia semetipsa plerumq; destruere*  
*208.4*  
*Mendicantes quæ certamina grauissi-*  
*ma excitarint à sesquitercentum an-*  
*nis* 97.9<sup>8</sup>  
*Mendicantium audacia & potentia*  
*98.27*  
*Mendicantibus maximè patrociniatus*  
*fuit Papa: & quare* 98.20  
*in Memoriam eius facere quid* 191.  
*13*  
*Meschias* 225.36  
*Michael angelus, pictor egregius &*  
*sculptor* 155.12  
*de Ministrorū Catholice Ecclesiæ coe-*  
*libatu* 149.2. & *inde*  
*Missæ Papisticæ à seditiorum Papistico-*

I N D E X.

- rum confusionem immensam exhibet 109.18. et 110. pro quib. peccatis offerenda, ex sententia Papistarum 29.4
- M**issa anima & uita in quo sit sita 28. 18. sacrificium pro quibus peccatis litare dicatur à Papistis 186.33
- M**issam esse humanum inuentum ac figmentum 28.12. in Christi passionem multipliciter esse conuuliosam 28.22. quomodo uenditem recentiores Papistæ 190.3
- de **M**issa concilij Tridentini sententia 191.32 & 192. quid interim doceat 190.8. & inde
- M**issarum maxima est uarietas; eaq; testatur eius nouitatem, humanumq; inuentum 28.20
- monachi** quæ in extremo iudicio sue conuersationis Deo ostentabunt iudicia 108.25. quibus nitantur 108. 19
- monachorum** cognomenta uaria 108. 15. publicorum doctrina qualis 94. 13. tres ordines infra 40 annos esse extortos 76.11
- contra **Monachos** 107.15
- Monarchia** ex Ecclesia tollenda 31.26
- mundani** qui Papistis 242.19
- mundus** primus ui fuerit ad resipiscentiam mutatum à Deo 6.16
- Munzerus** 243.4
- Musaica** pictura 38.10
- N
- N**icolaus Clemangis quando uixerit 81.25. de Lyra, quando 279.17
- nodum** in scirpo querere 251.33
- nuptiarum celebratio quò tempore apud Papistas interdicta 197.24
- O
- O**cioforum in uinea Domini uocationem, in nostra tempora incidisse 5.1
- opus quod moraliter bonum 165.16
- opera an iustificent 120.17. bona. uide Bona opera. fidem sequentia quomodo dicantur iustificare 122.22. piorum. uide Piorum opera. quid commune habeant cum iusticia 121.27. satisfactoria. uide Satisfactoria opera.
- de **Operum** merito, locus Dominici de Soto 174.24
- opum iniuste aliquot possidendarum rationes enumerantur 200.35
- oratio certissima fide niti debet 30.17
- Origenes** qualis fuerit habitus 54.20
- de **Origenis** doctrina & libris digladiatio atrox 54.19
- originale peccatum quid 163.38. quid sit, apud Papisticos Theologos ignotum. 157.11
- originalis peccati definitiones aliquot 157.20. & inde
- Osiander** nouæ doctrinæ autor. 13.4. idem Papisticis erroribus respersus 52.11
- Osiandri** error in quibus Papistica doctrina consensiat. 245.35. iusticia 14.24.
- Osiandristæ** 52.6. & 53.7
- P
- P**antheologia Rainerij. uide Rainerij Pantheologia.
- Papa** iucarius Christi uideri uult 226.36

I N D E X.

- 226.36. ut sit honorandus 116.18.  
 terrenus Deus 33.21
- de **Papæ** auctoritate disidia 55.25. di-  
 gnitate contentio atrocissima. ibid.  
 iurisdictione disidia. ibid. monar-  
 chia discordia 56.1. superiorita-  
 te contentio. ibid. superioritate uel  
 inferioritate cōtentiones quomodo  
 nostro tēpore fuerint sedatæ 151.15
- Papæ** tyrannis 116.3. summi factorum  
 dictorumq; fas non esse rationem in-  
 quirere 241.1
- Papam** falso se appellare seruum seruo-  
 rum 208.22. utrumq; impium, Eccle-  
 siasticum & Politicum. in toto orbe  
 terrarum diuino iure non habere  
 208.13
- Papæ** in quanta ueneratione opinio-  
 neq; sine apud suos 61.25. in quas  
 Ecclesias potissimum suam tyran-  
 nidē exercuerint 69.32. plures  
 aliquando fuere, illiq; sibi contrarij  
 & 61.34
- de **Paparum** disidijs, Erasmi Rotero-  
 dami locus 64.13. & 65. locus ex  
 quodam Remensi concilio 66.29.  
 & 67.68
- Papas** olim **Cæsaribus** fuisse subiectos  
 114.27
- de **Papali** iure corruptissimo iniquissi-  
 moq; Budei locus 73.15
- Papatus** errores multis sententijs De-  
 creti damnari 115.9
- in **Papatu**, doctrinæ norma & funda-  
 mentum 93.13. unde exorta sit tam  
 uaria uia, persuasioq; salutis conse-  
 quendæ 60.30
- Papistæ** idola quomodo coluerint 57.
22. primarij nunc ipsi suos errores  
 damnant crassissimos 195.22. quæ  
 nam in doctrina Christi maximè  
 exagitant 21.12. quantum suis here-  
 siarchis tribuant 240.31. quare mi-  
 tius agant inter sese in mutuis accu-  
 sationibus & recriminationibus  
 168.10. quib. machinis potissimum  
 oppugnent Euangelicos 51.5. sibi  
 mutuo in erroribus conuiuent, &  
 quare 172.23. ut soleant sese extri-  
 care de erroribus conuicti 35.33
- Papistarū** ad salutem parandam uaria  
 media 58.23. blasphema arro-  
 gantia 32.33.34. dogmata aliqua è  
 diametro inter sese pugnantia 208.  
 usq; ad 228. in eligendo idolo & sal-  
 uatore suo uarietas 57.12. in sacra  
 Scriptura euoluenda, stupenda osci-  
 tantia 215.3. preces delineatæ 216.  
 10. & inde. refugia in suis abomina-  
 tionibus tutandis 251.23. testamen-  
 ta ut claudi soleant, quamq; conue-  
 nienter Christianæ professioni  
 29.25
- Papistas** abominationes suas comuni-  
 ter approbasse, etsi nunc in paucis-  
 simos earum tanquam authores fal-  
 sò referant 195.35. confessio-  
 nis suæ doctrinæ exhibitionem sub-  
 terfugere 83. in idolis suis om-  
 nem spem habuisse repositam 57.  
 20. & 58.11. non ijs uerbis conse-  
 crare in sua Missa, quibus consecra-  
 ut Christus 151.26
- Papistica** religio & facilima & diffi-  
 cilima: idq; quo modo 227.32.  
 & inde.

I N D E X.

- Papisticæ abominationis detestatio ab Episcopo Sydonis recitata* 195.8.  
*concordiæ descriptio* 90.8. do-  
*ctrinæ à 400 annis præcipuæ mu-*  
*tationes quatuor* 93.94.95. do-  
*ctrinæ impietas ubi plenissimè de-*  
*scripta sit* 34.14. *Euangelicæq;*  
*doctrinæ capita præcipua per æv-*  
*ridæcip collata* 252.9. usq; ad 258.  
*harmonie plenissima descriptio*  
 207.1. *synagoga sibi inuicem exter-*  
*na specie coherere & consentire*  
*usq; causæ* 230.30. usq; in paginã  
 237
- Papisticam concordiam, ueram non es-*  
*se concordiam: & quare* 237.24.  
 & inde.
- Papisticæ aliquot contradictiones, seu*  
*dissensiones* 208. usq; 228. *factio-*  
*nes primariæ unde originem sum-*  
*pserunt, & à quibus* 111.6. *sectæ*  
*primariæ unde primùm originem*  
*traxerint* ibid.
- Papisticas concordias esse perniciosis-*  
*simas* 236.23
- partialitas* 46.8
- in Particularibus, omnis actio aut bona*  
*aut mala* 332.16
- de Paschali die discordiæ in ueteri Ec-*  
*clesia* 53.30
- Patres non errarunt* 134.7. *scriptu-*  
*ris innixi sunt.* ibid.6
- Patrum dogmata non posse concordari*  
 112.20
- de Patronatus iuris attenuatione* 303.11
- Pauli apostolatus* 31.32. *imagini olim*  
*quid subscribi fuerit solitum* 39.5
- Peccanti, dicere, esse difficile* 52.24
- peccans omnis, seruus est peccati* 209.2
- peccatum Originale. uide Originale*  
*peccatum.*
- peccati remissio quid* 210.15. *seruus*  
*quis* 209.1
- peccata baptismum antecedentia &*  
*sequentia quomodo remittantur*  
 186.27. *quæ quibus litationibus ex-*  
*pianda, secundum Papistarum sen-*  
*tentiam* 29.2. *ut expientur, secundũ*  
*Iesuitas* 59.13
- peccator nullum opus dignum ciuita-*  
*acceptatione facere potest* 174.33.  
*reciduius agens in peccato an pos-*  
*sit satisfacere pro pœna residua*  
 174.29
- peccatoris iustificatio, quid* 176.22
- de Peccatoris speciali auxilio, locus*  
*Roffensis* 133.9
- in Peccatore quid maneat, unde dicitur*  
*peccator* 163.28
- pecuniæ causa neminem esse execranda-*  
*micandum* 315.36
- pecunijs omnia in Papatu obtinere li-*  
*cet* 224.35
- pedetentim quid significet in emenda-*  
*tione Ecclesiæ incipienda, à Papis*  
*promissa* 101.36
- Petrus à Christo, Satan uocatus, et qua-*  
*re* 14.11. *à Paulo obiurgatus, &*  
*quare.* ibid.14
- Petri administratio Ecclesiastica qua-*  
*lis fuerit* 116.11. *apostolatus* 31.32.  
*cathedra dei ogare* 150.36
- Petrus Lombardus in quibus à Seme-*  
*ntarijs reprehendatur* 79. *magister*  
*Sementiarum quando uixerit* 78.  
 35. *Papisticorum disfidiorum pri-*  
 mus

I N D E X.

- mus author 111.3. qualem Theologia amplexus fuerit 112.1. quando uixerit 111.13. & 266.3
- Petri Lombardi doctrina qualis fuerit 93.32
- Philosophorum sermo qualis 123.36
- Pius II. sibi ipsi contraria docuit 91.1
- piorum iustificatio quæ 26.33. opera etiam immunda coram Deo. ibid.30
- pœnitentia quid sit 257.17
- Pontifex cum suis harpyis purpuratis in idololatrica lucri occasione cecutiunt 41.9
- Pontificis munus 68.31
- de Pontificum discordijs, Platina locus 62.63
- Pontificia Theologia in partes à quibus primum scissa, & in quot 111.8. Theologia olim unum quasi corpus fuit. ibid.9
- Pontificium decus qua de causa à pristino uirtutis splendore desierit 63.16. quibus uis ad tantam dignitatem peruenerit 63.12. ius sibi ipsi esse contrarium 115.17
- de Pontificio iure Francisci Zabarelæ locus 115.36
- Pontificiorum blasphemia erga Sacrosanctam Scripturam 32.27. in promissa Ecclesiæ reformatione perfida 101.102.103. intoleranda impunitas 211.30. scelera flagitiaq; alii quot enumerantur 100.6
- postcommunio unde appelletur 270.8
- precipientis intentio quid 217.35
- de Prædeterminatione doctrina Augustini à quibus fuerit notata 54.35
- de Prælaturarum commendis & incorporationibus 309.28
- precatio quid 216.37
- de Presbyterorum coniugio disidia 56.19
- Primitiarius 174.7
- præiulia inueterata manu tenenda 310.35
- de Propagatione sobolis procreatione q; locus Aristotelis pulcherrimus 212.9
- prophane causa iniquè in prima instantia ad Romanum tribunal iudicarium trahuntur 301.4
- Prosper, D. Augustini discipulus 55.4. D. Augustinum monuit de doctrina prædeterminationis 54.35
- Protestantes 137.11
- Prothei instar sese in nouam formam commutare 10.27
- protoparens 174.6
- de Pueris quæ casu aliquo absq; baptismo moriuntur, sententiæ aliquot Theologorum 173.14

Q

Quadragesimæ ieiunium & quatuor temporum de quo iure sit 149.38

qualitatum sensibilium quotuplex doctrina 282.6

Quappe, pro tempore confessor Domini archiepiscopi Coloniensis 91.31

questionum Theologicarum lutiones unde sine petendæ 133.38

quot capita, tot sensus 226.15



I N D E X.

- R
- R** Amerij Pantheologia quando collecta 281.26  
 religio pura quomodo emendet uitam 213.33  
 religionis ueræ indicia 12.14. & inde. 14.2  
 de Religioſarum domuum contributio ne contra Turcas 311.21  
 contra Religioſos uocatos 107.15  
 res multe ante interitum ultimū quaſi reuiuifcunt & reflorefcunt 6.9. terrena. uide Terrenæ res.  
 Reſidentia perſonalis & aſidua cuius ſit iuris 149.22  
 reſponſio quomodo fieri debeat 153.8  
 Rochus deus 39.24  
 Romanus pontifex, Stephani VI. acta improbat 62.26  
 Romana Eccleſia ut de tota Eccleſia iudicet, & ipſa ad nullius iudicium commect, quid requiratur 68. 18  
 Roſæ & coronæ 58.27  
 Ruardus Tapperus in inferiori Germania, utpote inquiſitor, miſeros Chriſtianos excarnificauit 167.4. notatus ab Lyrieniſi epiſcopo 165.33. & 166  
 Rupertus Gallus quando ſcripſerit 81. 33. eius uifio. ibid. 35
- S
- S** Accellorum papifticorum laſciua pictura 155.30  
 ſacerdos ut ſit cœlebs, non eſſe diuinum mandatum 202.10  
 ſacerdotes quare ſint indocti 213.2. quare inhoneſti & nequam 213.9.  
 quomodo honeſti poſſint reddi. ibi. 14. corũ cœlibatus damnatus 113.21  
 ſacramentum corporis Chriſti manducare, quid 289.6  
 de Sacramenti integritate, numſit utraque ſpecies 288.31  
 de Sacramento Altaris, Gabrielis Biel ſementia 193.18. Thomæ Aquinatis locus. ibid. 9  
 ſacramenta quæ ſint 27.26. quot 27.30  
 ſacrifici enormis libido impunita manſit apud Papiftas 204.24  
 ſacrificiorum uſus 190.33  
 ſaluari, idem quod iuſtificari 120.37. nos non poſſe per gratiam & bona opera ſimul 209.3. per opera, quomodo accipiendum 122.29  
 ſaluationis ratio ſecundum Papiftas 257.33  
 ſalutis conſequenda uaria uia unde apud Papiftas radices egerint 60.32  
 ad ſalutem conſequendam uia Papiftarum aliquot 58.23  
 ſanctus pro qua iuſtificatione orabit 27.1  
 in Sanctorum inuocatione plurima eſſe incertiſſima 30.19  
 de Sanctis aut inuocatis aut non inuocatis lepidiſſima hiſtoria 82.17  
 inter Sanctiſſimos etiam diſcordias incidere 56.24  
 ſapientium oculi qua ratione excercentur 234.23  
 Satan. uide Diabolus. mille artifex 10. 25. quare diabolos ſit dictus 248.38  
 ſatisfactoria opera ſecundum Papiftas 228.9
- Scapu-

I N D E X.

- Scapuciorum autor quis.* 77.7. cultus  
 quales 77.8  
*Schmalcaldici articuli* 239.37  
*Scholastica theologiae authores* 125.9.  
 theologiae plenissima descriptio se-  
 cundum ortum, progr. ssum, abu-  
 susq; in ea pessimos 125.126.127.128.  
*de Scholastica Theologia, locus non in*  
*elegans Domini de Soto* 174.14.  
*Scholastici philosophiae magis quam*  
*Theologiae innixi* 134.7. Schol-  
 Theologi à Gregorio Ariminesi  
 oppugnati 169.13. ubi uis ferè impe-  
 gere 134. unde originem sumpse-  
 rint 111.7  
*de Scholasticorum sophistarum pseudo*  
*theologia, Alberti Pighij censura.*  
 156.30  
*Scholasticorum Theologorum studia*  
 & occupationes 127.128.  
*Scholasticos inter sese mutuo dissentire*  
 81.2  
*Schuenckfeldius cum Papistis in quibus*  
*conueniat* 246.8. ubi agat  
 246.36  
*Scriptorculus* 170.37  
*Scripturae autoritas an maior Eccle-*  
*siae autoritate* 171. & 172. S. sacr. &  
 autoritas atq; dignitas apud uerè  
 Christianos 238.14. propria aliquot  
 uocabula. 215.5  
*secta idem quod ordo Monachis, seu re-*  
*ligio* 242.23. ut constituatur: secta-  
 rius ut quis dicatur, quatenus alijs  
 aut adherendum, aut ab eo dissen-  
 tiendum 240.18  
*sectae aliquot Papisticae* 244.3. nouae  
 aliquot 246.33  
*sectarum aliquot in renouatione Euan-*  
*gelicae ueritatis enumeratio* 243.110  
 mina, unde nunc temporis nomen  
 sortiantur 249.20. originem non ab  
 Euangelicis, sed à Papistis trahi  
 245.18. & 246. Papisticarum ali-  
 quot nomina 239.21  
*sectas facere, quid* 241.35  
*in Sectis capita aliquot quae obseruari*  
*debent, & unitate* 244.  
*securitas summa, indicium euidentis in-*  
*stantis ultimi iudicij* 5.23  
*sensu patefcente, non angidebemus di-*  
*ctione* 176.19  
*Sententiarum magister. uide Petrus*  
*Lombardus.*  
*Sententiarij doctrinam Christianam*  
*ad philosophorum impiorum nor-*  
*mas attemperarunt* 94.10. in qui-  
 bus à suo magistro discedant 179  
*Sententiariorum doctrina qualis fuerit*  
 94.1. distinctio 80.6. uariae appella-  
 tiones. 103.32  
*Sententarios inter sese dissidere* 80.5.  
 & 131.34. sacram scripturam suae  
 rationi & philosophiae postposuisse  
 se 131.35  
*Sepiae natura* 10.26  
*Seraphici doctores.* 126.6  
*Sergij II l. in Formosum acta* 63.21  
*seruus, dictio in titulo Papae, ut sit intel-*  
*ligenda: idq; bifariam & bellè expli-*  
*catur* 208.35  
*Sodomitae ut fuerint ad resipiscentiam*  
*à Deo inuitati* 6.16  
*circa Sodomiticum stagnum quales fru-*  
*ctus proueniunt* 81.30  
*Sorbona in quibus ab Alberto Pighio*  
 Y 5 notata:

I N D E X.

notata	156.22	quedam orationemq; 107.1. nimia &
spes iusticia, quid	120.30	cumima, Erasmi locus 103. usq; ad
spirituales qui Papistis	242.18	106
Staphylus pseudopropheta	72.32	Theologastrorum superbia in compella-
Stationariorum doctrina qualis	94.14	lacione Magistri nostri 107.9
Stenckfeldiani	53.7	Theologia Christianorum. uide Chri-
Stephani VI. impietas & crudelitas in		stianorum Theologia. Gentilium.
Formosum	62.5	uide Gentilium Theologia. Schola-
Stemoria uox	128.7	stica. uide Scholastica Theologia.
studium rerum ac commodorum terre-		Pomificia. uide Pomificia Theolo-
norum. uide Terrenorum commo-		gia.
dorum, &c.		Theologie uere diuisio 129.2
contra Subtilitates nimias argutiasq;		Theologus quis nunc doctus aut non
Sententiariorum Papistarumq; lo-		doctus habeatur 126.36
cus Erasmi 103.104.105.106		Theologum non decere adulari 8.2
Suffraganei qui dicamur 320.30		Theologi Scholastici. uide Scholastici
in Superstitionem Papisticam, Erasmi		Theologi.
Roterodami inuectiua 75.8		Theologorum sermo qualis esse debeat
suum cuiq; semper pulchrum 61.17. &		123.34
226.15		Thomas de Aquino à Sorbonistis taxa-
Synodus Carthaginensis. uide Carthagi-		tus 123.5. maxime autoritatis a-
nensis Synodus.		pud Papistas 118.38. quid de se sene-

T

<b>T</b> emplorū lasciuæ picturæ apud		
Papistas 155.30. Papistico-		
rū spurcæ impudicæq; statuæ.		
ibid. 15		
de Tempore interdictio 197.23		
terrenorum commodorum & rerum		
studium nimium, instantis diei ex-		
tremæ iudicium euidentis 5.24		
testamentorum communis clausula ab		
500 annis 196.12. Papisticorum		
communis clausula 222.23		
Teutonici fratres 316.38		
Theologastrorum aliquot cognomina		
127.2		
contra Theologastrorum barbaram lo-		

I N D E X.

V

<b>V</b>	Atinianum odium	46.35	uigilanda esse semper, & quare	3
	Veglenſis epiſcopus ob umbrā libertatis & ueritatis in periculum incidit	89.35	D. Virgo an ſit in originali peccato cōcepta, queſtio acris in Dominicanos & Franciſcanos	150.23
	Venetiani quos habuerint legatos prædicatoresq; uoluntatis diuine ab inſtaurata ueræ religionis puritate	43.1. & 44.20	Virgilius Bauricus epiſcopus	56.17
	uentroſitas	210.36	uiri cuiuſdam docti in Papam inuchenſis, & pecunia ab ipſo corrupti non illepada hiſtoria	233.28
	ex Verbis minimis ſepè litem ortam, præſertim in Eccleſia	50.20	uitæ emendandæ uera ſubſidia	213.33
	uera doctrina. uide Doctrina uera.		unitas duplex	274.35
	ueritas Euangelica. uide Euangelica ueritas.		uoluntarij & ab hominib; excogiti cultus Deo exhibendi, quæ in ueneratione apud Papiſtas	61.4
	ueritatem propter diſſidia non debere in reprehentionem uenire apud candidos iudices	56.27	uulgus quàm faciliè ſe in errorem duci patiatur	40.28
	uetus Eccleſia. uide Eccleſia uetus.		uxorum pluralitas an conſeſſa	154.5
			<b>X</b>	
			Xiſtina decreta	151.2


F I N I S,

BASILEAE PER PAULUM QUEECKUM. M. D. LXV.

INDEX

Introduction	1
Chapter I	10
Chapter II	25
Chapter III	40
Chapter IV	55
Chapter V	70
Chapter VI	85
Chapter VII	100
Chapter VIII	115
Chapter IX	130
Chapter X	145
Chapter XI	160
Chapter XII	175
Chapter XIII	190
Chapter XIV	205
Chapter XV	220
Chapter XVI	235
Chapter XVII	250
Chapter XVIII	265
Chapter XIX	280
Chapter XX	295
Chapter XXI	310
Chapter XXII	325
Chapter XXIII	340
Chapter XXIV	355
Chapter XXV	370
Chapter XXVI	385
Chapter XXVII	400
Chapter XXVIII	415
Chapter XXIX	430
Chapter XXX	445
Appendix	460
Index	475

PAULINE M. PER...  
 M.D. 18...



legimus & p.

Henricus de Staffordia pater de matris quod fuit  
designatus pater ex hinc designatus. clausura est Henrici ad 136

2060/61.

